pro libraria artistarum in Crac.
Liber magistri Johannis de Osswanczym Collegiati Collegij artistarum

632

domino cum prono animo ubilibet complacendi Et quia ingeniosus Johannes Belze de Crac. cupiens [illegible]
patrias ad tempus derelinquere personaliter coram nobis exposuit Quod ex deliberato consilio suorum amicorum
proposuisset se ad partes exteras transferre Quare humiliter supplicavit quatenus ei literas nostras commendaticias dare
dignaremur. Nos attendentes quod petentibus iusta exauditio debetur, secundum gratam ydeam vestris Generabilitatibus
Egregietatibus Honorabilitatibus Spectabilitatibus et Reverentiis tenore presencium significamus Quod dictus Johannes
legalibus parentibus Nicolao Belze Margaretha sua genitrice procreatus extitit in civitate Crac. De anno
domini Millesimoquadringentesimosexagesimo ad quatuortempora Lucie in baccalarium artium est promotus et circa hec
lectiones dictum gradum baccalariatus concernentes exaudivit ordinarie et extraordinarie publice respondit
postea rigoroso examini se subiecit et ibidem ydoneus quo ad tunc gradum repertus est in quibus prius
vita et conversacione laudabilibus et maxime baccalarios ordinem et locum eiusdem iure promissum meruit
obtinere in decanatu venerabilis Magistri Johannis de [illegible] licenciati [illegible] medicinis Quare omnes vestras Vene
rabilitates Egregietates Spectabilitates et Reverentias humiliter precamur quatenus prefatum baccalarium artium universitatis Cracoviensis nobis dilectum habeant recommendatum et recommissum quem coram vobis recommendamus et vestris
quibus et recommendatum recommittimus cupientes ut vestris favoribus presertim amplioribus velut gratiose Nos in
similibus tenens [illegible] reciprocare vestri [illegible] [illegible]

947

II

Egidius de Regimine Principum

Georgius de Haslmair

Jesus Christus

Incipit prologus super libros Egidy Romani fratrum heremitarum sancti Augustini

Ex nobili regia ac sanctissima
prosapia oriundo suo domino
speciali domino Philippo
primogenito et heredi pre-
clarissimi viri domini Philippi dei
gratia illustrissimi Regis
Francorum suus devotus
frater Egidius Romanus
ordinis fratrum heremitarum
sancti Augustini cum reco-
mendatione seipsum et ad omnia famulatum. Clamat
politicorum sententia omnes principatus non esse equaliter
diuturnos nec equali periodo singula regimina men-
surari sed aliqua sunt annualia. Aliqua ad vitam aliqua
vero per hereditatem et per successionem in filiis quo-
dammodo perpetua iudicantur. Cum igitur nullum ~~perpetuum~~
violentum esse perpetuum fere omnia naturalia protestantur
qui in se et in suis posteris uba filiis suum principatum
perpetuari desiderat summopere studere debet ut sit suum
regimen naturale. Numquam autem quis naturaliter rector
efficitur si passione aut voluptate cupiat principari.
sed si custos iusti existens absque ratione et lege nihil
statuat imperando. Nam ut testatur philosophus sicut est
natura servus qui pollens viribus deficit intellectu
sic vigens mentis industria et regulativa prudentia
naturaliter dominatur. Hanc si vestra generositas gloriosa
me amicabiliter requisivit ut de eruditione principum sive
de Regimine Regum quendam librum componerem. Quatenus
gubernatione regni secundum rationem et legem diligenter
circumspecta pollentis regiminis naturalis ut apparet ad li-
quidum non instinctu humano sed potius divino huius petitionem
postulat. Videtur enim deus omnipotens in tuo femore scribens
Dominus dominantium et Rex regum vestre domus sanctissime
curam gerere specialem. Cum vestram pudicam ac vene-
rabilem infantiam inclinavit ut sequens maiorum patrum
ac predecessorum vestigia in quibus et per exempla et per mores
viguit et viget zelus fidei et religio christiana non passi-
one et voluptate sed lege et intellectu regulas regimini
regni iustissimas cupiatis perseverare. Hac igitur

Prima Pars

R equisitione laudabili et honesta quam in xpristo in preceptum necnon suffragante bono gentis et communi quod est divinius. Quoniam bonum aliquod singulare revera sabiliter opus aggrediar ut vestra reverenda nobilitas concessit

Sequuntur tituli libri primi

i Quis sit modus procedendi in regimine
ii Quis sit ordo dicendorum principum
iii Quanta sit utilitas dicendis
iiii Quot sint modi vivendi et quomodo in eis felicitas habet esse secundum finem et sua felicitate cognoscere
v Quod maxime expedit regie maiestati
vi Quod non decet regiam maiestatem suam felicitatem ponere in voluptatibus ponere in divitiis
vii Quod non decet regiam maiestatem suam felicitatem
viii Quod non decet regiam maiestatem suam felicitatem ponere in honoribus in fama et gloria
ix Quod non decet regiam maiestatem suam felicitatem ponere
x Quod non decet regiam maiestatem suam felicitatem ponere in civili potentia ponere in robore
xi Quod non decet regiam maiestatem suam felicitatem corporali et in plenitudine aliquorum bonorum corporis
xii Quod in amore dei et actu prudentie est ponenda felicitas commissum
xiii Quantum sit premium regis boni et plus sibi

Incipit capitulum primum libri primi videlicet Quis sit modus procedendi in regimine principum

OPORTET UT LATITUDO SERmonis in unaquaque re sit secundum exigentiam illius rei et non magis neque minus ut vult philosophus in primo ethicorum. Si ergo de regimine principum vel regum intendimus artem et notitiam tradere ut non fiat ultiores et subtiliores sermones quam presens opus requirat. Primo videndum est quis sit modus procedendi in hac arte. Barum quia in toto morali negocio

Modus procedendi est figuralis et grossus. Oportet enim in talibus typo et figuraliter pertransire quia gesta moralia complete sub narratione non cadunt. Possumus autem triplici via venari quod modus procedendi in hac scientia oportet esse figuralem et grossum. Prima via sumitur ex parte materie circa quam versatur huiusmodi ars. Secunda ex parte finis qui intenditur in hac arte. Tertia ex parte auditorum qui erudiendus est per talem artem. Prima via sic patet. Cum enim doctrina de regimine principum sit de actibus humanis et comprehendatur sub morali negotio, quia materia moralis ut dictum est non patitur perscrutationem subtilem sed est de negotiis singularibus que ut declarat Philosophus 2o Ethicorum propter sui variabilitatem magnam incertitudinem habent. Causa ergo sic est ipsa acta singularia que sunt materia huius operis oportet incedendo esse figuraliter et typo. Hanc autem rationem innuere videtur Philosophus in primo Ethicorum. Cum enim ait tunc dicetur sufficienter de morali negotio si fiat manifestatio secundum subiectam materiam. Unde subdit quod disciplinati est intantum inquirere certitudinem in unoquoque genere in quantum natura rei recipit. Ubi ergo natura rei moralis omnino esse oportet negotium in certo non demonstrationes in certe sed in primo gradu certitudinis ut ait Commentator 2o metaphysice rationes non mobiles sunt superficiales et grosse. Geometrice igitur est non persuadere sed demonstrare. Rethorice non et politice non est demonstrare sed persuadere. Propter quod primo Ethicorum scribitur cum proximum est vel per peritum mathematicum persuadentem attemptare et rethoricum demonstrationes expetere. Secunda via sumitur ex parte ~~materie circa quam~~ finis qui intenditur in hac arte. Nam ut scribitur 2o Ethicorum opus morale suscipitur non contemplationis gratia neque ut scientes simus sed ut boni fiamus. Finis ergo intentus in hac scientia non est cognitio sed opus neque est veritas sed bonum. Cum ergo rationes subtiles magis illuminent intellectum superficiales vero et grosse magis moveant et inflamment affectum in scientiis speculativis ubi principaliter queritur illuminatio intellectus procedendum est demonstrative et subtiliter sed in negotio morali ubi queritur rectitudo voluntatis et ut boni fiamus procedendum est persuasive et figuraliter. Unde primo Ethicorum scribitur morale negotium amabile est si de talibus et ex talibus dicentes et de hiis que sunt ut frequenter grosse et figuraliter veritatem ostendere. Tertia via sumitur ex parte auditorum qui erudiendus est in hac arte. Nam licet intitulatus sit hic liber de eruditione principum totus tamen populus erudiendus est per ipsum. Quamvis non quilibet possit esse rex vel princeps, quilibet tamen summopere studere debet ut talis sit quod dignus sit regere et principari quod esse non potest

Titulus huius libri

Nisi sciantur et observentur quae in hoc opere sunt dicenda. Totus ergo
populus auditor est huius artis, sed pauci sunt vigentes acumine intellectus. Propter
quod 3 Rhetoricorum dicitur: quanto maior est populus, tanto minor est consideratio.
Cum ergo in tanta multitudine auditor sit grossus et simplex, et grossi ut ostendi
habet primo Rhetoricorum, et ideo totus populus subtilia comprehendere non possit,
incedendum est in materia morali figuraliter et grosse. Immo quia secundum Philosophum
in Politicis dominium sancte pape habet quod et sanctitudo sancte fidei, sed
per hunc librum instruimus principes quomodo se debeant habere, et qualiter
debeant suis subditis imperare, doctrina haec extendenda est usque
ad populum, ut sciant qualiter suis principibus debeant obedire. Et
quia hoc fieri non potest ut tactum est nisi per rationes superficiales
et sensibiles, modus procedendi in hoc opere esse grossus et figuralis.

# Quis sit ordo dicendorum

·ii· Cum omnis doctrina et omnis disciplina
ex praeexistenti fiat cognitione, ut vult primo Posteriorum, si scire volumus
ordinem dicendorum, oportet de ipsis quandam praecognitionem
habere. Hanc autem praecognitionem praehabita intellectu dicendorum
facilius capiemus. Sciendum ergo quod hunc totalem librum intendimus in tres
partiales libros dividere. In quorum primo ostendetur quomodo regia
maiestas et quilibet homo se ipsum regere debeat. In
secundo manifestabitur quomodo familiam suam debeant gubernare.
In tertio vero determinabitur vel declarabitur quomodo debeant praeesse civitati
et regno. Primus ergo liber continet ethicam sive monasticam, secundus politicam
oeconomicam, tertius politicam. Est autem hic ordo naturalis et rationabilis.
Videmus enim quod ea quae sunt ad alterum sumunt originem ex
his quae sunt ad se ipsum. Unde 9° Ethicorum dicitur quod amicabilia quae sunt ad
alios videntur venire ex his quae sunt ad se ipsum. Ille enim
amicus esse videtur qui sic se habet ad alium sicut amicus ad se ipsum.
Quod ergo dictum est de amicabilitate veritatem habet de ipsa industria
regitiva. Nam industrius esse volens alios regere debet industriosus
esse ut se ipsum gubernet. Constat ergo rationale esse ut primo determinemus
de regimine sui ipsius, deinde de regimine familiae sive regiminis
domus. Est etiam hic ordo non solum rationabilis sed etiam naturalis. Natura
enim semper ex imperfecto ad perfectum procedit, ut primus est quis
naturaliter imperfectus ut puer, et postea perfectus ut vir. In ipsis enim speculabilibus
ordine naturali semper ex imperfecto ad perfectum procedimus,
ut prius quis habet scientiam et cognitionem imperfectam et postea perfectam,
semper dando se speculationi quousque in scientia perficiatur donec
secundum modum sibi possibilem habeat perfectam notitiam. Si ergo secundum
ordinem naturalem dictum de speculabilibus veritatem habet, veritatem habet et
de ipsis operabilibus. Nam sicut in speculabilibus cognitio imperfecta
industriam naturalem praecedit perfectam, sic in operabilibus perfectam industriam
praecedit actio imperfecta. Cum ergo non regimur

Tanta industria ad regendum seipsum quanta requiritur in gubernatione
familie vel regimine tanta prudentia vel regimine familie quanta
vel gubernatione civitatis et regni ordine naturali docet regiam maiestatem
primo scire seipsum regere. Secundo scire suam familiam gubernare. Tertio scire re-
gere regnum et civitatem. In primo ergo libro de quo agere de regimine
sui quatuor sunt declaranda. Nam primo ostendere quid regie maiestatis de-
siderandum fieri et suam felicitatem ponere. Secundo quas virtutes debeat
habere. Tertio quas passiones debeat sequi. Quarto quos mores debeat
imitari. Nam bene vivere et bene regere seipsum esse non potest nisi
quis se det bonis actibus et bonis operibus regulatis. Dicunt vos
volens tractare de regimine sui oportet ipsi notitiam tradere de omnibus
hiis que diversificant actiones. Unde est quod dicitur per ii ethicorum
perfectum esse moralis negotii scientia ea que sunt circa operationes
quomodo sit facienda eas. Operationes autem nostre ex quatuor quantum
ad presens spectat videntur oriri et diversificari videlicet ex finibus habitibus
passionibus et moribus. Nam cum finis sit operationum nostrarum principium
secundum quod quis sibi aliud et aliud prestituit finem alia et alia operatur. Ad
secundo vero quod operationes diversificantur perfectum esse videtur quod fiet nobis
prestituere debeamus. Rursus ut dicitur ii ethicorum signum generati habitus est
delectationem et tristitiam fieri vel opere secundum alios et alios habitus in aliis
et aliis actibus delectamur. Tertio diversificantur actiones et opera
non solum ex finibus vel ex habitibus sed etiam ex passionibus. Nam
alii et aliter operantur. Videmus enim quod timor et desperatio non sunt eadem
passio cum spe. Timentes et desperantes de victoria turpiter agunt
ut dimittant aciem et fugiunt de bello. Sperantes autem se vin-
cere et invadunt bellantes et aggrediuntur hostes. Quod ergo dictum est
de spe et timore intelligendum est de aliis passionibus. Singule enim
passiones et affectiones aliquam inclinationem in nobis efficiunt ut talia
opera faciamus. Quarto etiam ipsi mores opera diversificare videntur.
Nam iuvenes mores secundum iuventutem sequentes. Senes enim ut suo loco ostendetur
sunt naturaliter increduli et amari. Iuvenes non naturaliter credentes et li-
berales. Videntur ergo maiorem habere aliquam analogiam adinvicem. Nam ex
aliis et aliis moribus habent esse alie et alie passiones et ex aliis et
aliis passionibus consurgunt alii habitus: ex aliis et aliis habitibus
instituimus alios et alios fines. Sic enim diversi sunt mores iuvenum et
senum sic alie affectiones et passiones sunt in utrisque et sicut
malorum et bonorum sunt diverse affectiones sic diversi sunt habitus utro-
rumque. Rursus ex aliis et aliis habitibus prestituimus nobis alios
et alios fines. Nam ut dicitur iii ethicorum qualis unusquisque est talis fi-
nis videtur ei ut temperato videtur quod totus finis et magna felicitas
sit uti venereis. Sic etiam habentes alios habitus inclinantur ut
finem sibi proximat conformem suo habitui. In primo ergo libro de omnibus
hiis quatuor tractabimus videlicet de fine felicitate principum et de
eorum virtutibus et de ipsorum passionibus et moribus. Proximo

Quid primo continet

Tamen dicemus de ipso fine sive de ipsa felicitate quia finis rerum
agendorum est primum principium quantum ad aliquos aliorum

## Quanta sit utilitas in dicendis

.iij. Quoniam ut dictum est opus istud suscepimus gratia
eruditionis principum ad hoc ut magis ad huius plene erudiatur
oportet ipsum esse benevolum docilem et attentum per ea que in prologo
reddidimus regiam maiestatem benevolam ostendendo que dicenda
sunt nos esse faciliter tractaturos et in secundo reddidimus eam docilem nar-
rando ordinem dicendorum Restat ut in hoc tertio capitulo reddamus eam attentam
ostendendo quanta sit utilitas in dicendis Nam quia communiter homines
communem sermonum ostentationem ut plurimum auditores sunt benevoli profe-
rentibus sermones faciles et superficiales quia sunt in animo huius et cor-
ruptus appetitus in morali huius negocio ut modus rei requirit traditur
figuraliter et grosso modo et corruptus appetitus Sic in hunc igitur arte
et facilitate tradendi redditur auditor benevolus sed ex ordine
dicendorum redditur docilis idem abilis ad capiendum doctrinam si
ei dicenda quadam serie et ordine proponuntur Ex utilitate autem
dicendorum redditur auditor attentus Nam quilibet attente audit si
sperat se utilia auditurum Ex dicendis autem si recte cognoscantur
et observentur de recte consequentur maiestas Regia quantum ad presens
spectat quatuor que quibus maxime amare et desiderare debet Primo
in lucrabitur maxima bona Secundo lucrabitur seipsum Tertio lucrabitur alios
Quarto consequetur ut habeat ipsum deum et felicitatem eternam
Distinguuntur quidem vnde ipa bona quia quedam sunt bona minima quedam
media quedam maxima Minima sunt bona exteriora Media sunt bona
interiora que possunt esse communia bonis et malis huius sunt industria
mentis ingenium naturale potentie anime his enim bonis
etiam ipsi mali participant Bona vero maxima sunt bona interiora
que mali participare non possunt cuiusmodi sunt virtutes quibus secundum
sanctos et etiam philosophos nemo male utitur Dicitur enim ab Augustino
quod sole virtutes sunt quibus nemo quantum male uti Secundo distin-
guuntur bona ut patet per ipsum philosophum in magnis moralibus et in Ethicis
quia quedam sunt delectabilia quedam utilia quedam honesta
Bona autem honesta sunt bona per excellentiam Nam in hiis
bonis sed plura includuntur bona delectabilia et utilia Bona
enim si honesta sunt tamen ipse maiorem delectationem et includunt
bonitatem utilium bonorum Cum igitur in hoc libro intendatur
quod maiestas Regia fiat virtuosa et quod eos quos habet
regere inducat ad honestatem et virtutem maxima est utilitas
in dicendis quia eis observatis habebimus bona maxima et
honesta Secundo est maxima utilitas in dicendis quia ex eis quis
non solum lucrabitur maxima bona sed etiam lucrabitur seipsum Est
enim morale negotium ut plures tactum est ut boni fiamus

Homines autem in se ipsis. Malus autem in se ipso rixam sit et
ymaginari debemus quod sicut in civitate et in regno plures ordinantur ad unum
ducem et ad unum regem sic in homine et in eo hoc ponitur quod sit potestas
et principalis ordinatur ad intellectum qui est rationalis per essentiam. Sic
igitur rex non dicitur habere regnum nec dux habere civitatem si in regno
nec in civitate sit dissensio vel si incole civitatis et regni non
obediant regi vel duci. Sic hic aliquis singulariter dicitur non habere seipsum
si appetitus dissentiat rationi et si totaliter per participationem non
obediat rationi per essentiam. Homo non sit per se rex etiam maxime est
infectus et ratio. Cum igitur ratio non dominatur hiis que sunt in
homine hic non dominatur sibi ipsi nec regit seipsum nec habere se
ipsum hic ymmo unum vult ratio et aliud facit passio tactus et incli-
natus. quare si igitur hic mala non habet seipsum sed bonus per negotium
quod est ut bonus fiat hic seipsum lucratur. Ratio lucratur alios. Nam ergo ex
hoc quod aliquis recte regit seipsum dignus est ut efficiatur rector et
dominus aliorum. Illa ingentis prudentia et aliis virtutibus moralibus de
quibus in hoc libro tractabitur dignius est principari quia sic habet valeat
dato quod per potentiam civilem principetur magis tamen est dignius
sibi quod principetur et magis est naturaliter sunt quam dominus. Certo
observantes hiis quorum in hoc libro tradimus notitiam consequimur ut
habeamus deum ipsum et felicitatem eternam. Est enim deus ipsa summa
veritas et bonitas quia est maxime verus et maxime bonus.
Quanto ergo aliquis appropinquat plus ad veritatem et bonitatem tanto est
conformior primo principio et perfectius habet ipsum deum ... at homines
immune sit verum. totum in regnum eorum est dissipatum Regnum non
habet homines et ... quod possunt anime regunt per rationem et intellectum
Cum in civitate aliud ratio et aliud sequitur appetitus quod contingit
in hiis qui animam ... tamen hoc non est verus sed in seipso
dissensio habet quod dissonans est a primo. Et pollentes
virtutibus et virtutes abundantia in bonis honestis quia con-
sequuntur regulas rationis et secundum bonum sunt non bene sibi ipsum
in seipsis habent veritatem et bonitatem propter quod conformantur primo principio
et in seipsis ipsum deum habere dicuntur. tanta ergo est utilitas
in ditendis quod eis observantur libri maxime bona nostri propositi
et cum deus et habebimus ipsum deum et perpetuam felicitatem eternam.
Verumtamen ea quorum tradimus notitiam absque divina gratia obser-
vari non possunt. Decet quibuslibet hominibus et maxime Regiam maiestatem
implorare divinam gratiam. Nam quanto maiestas Regia loco
excelsiori existat tanto magis indiget divina gratia ut possit
virtuose opera exercere et sibi subditos valeat inducere ad virtutes

Quot sunt modi vivendi et quo modo in eis felicitas habet esse .iiii.

Premissis quibusdam preambulis necessariis ad
propositum quia rerum sequentium operibus ex facilius modo


Deus

Prima pars

Tradendi reddimus Regiam maiestatem benivolam ex ordine
dicendorum reddimus ipsam docilem ex utilitate recepta de dicendis
reddimus ipsam attentam Restat dicere seriatim que in hoc opere sunt
dicenda Ideo quia finis est principium in agibilibus principaliter quia aliquid ait ut
dicebatur supra Ideo a fine et felicitate est inchoandum Primum
secundum diversos modos vivendi diversi diversos sibi fines constituunt
narrandi sunt modi vivendi et ostendendum est quid in eis fe-
licitas est ponenda Distinxerunt autem philosophi ut patet in primo ethicorum triplicem vitam
scilicet voluptuosam politicam et contemplativam videbatur enim homo
esse medium inter superiora et inferiora Est autem homo medius
naturaliter inter bruta quibus est superior et substantias separatas quas
quidam nomine vocamus angelos quibus est inferior Est enim homo
infra angelos et supra bruta Tripliciter ergo potest considerari
homo Primo ut comparatur ad bruta Secundo ut est aliquid in se
Tertio ut comparatur vel appropinquat ad substantias separatas secundum has
tres considerationes supradictas sunt a philosophis posite tres vite vo-
luerunt enim quod homo ut comparatur ad bruta competit vita volu-
ptuosa ut est aliquid in se vita politica sed ut appropinquat cum
substantiis separatis competit ei vita contemplativa Civiliter ergo
vel vivit ut homo vel ut angelus vel vivit ut bestia Nam per
vitam voluptuosam vivit ut bestia · secundum civilem vivit ut
homo · secundum contemplativam vivit ut angelus Distinxe-
runt ergo tres vitas sive hos tres modos vivendi
Non tamen posuerunt in omnibus felicitatem Nam in vita
voluptuosa negaverunt esse felicitatem politicam quod et
Theologi negant Posuerunt enim felicitatem politicam et contempla-
tivam ut dicatur quis felix politice qui est felix ut homo
habendo in se prudentiam que est recta ratio agibilium Dicatur autem
felix contemplative qui est supra hominem et qui est felix non solum
ut homo sed prout est in eo aliquid divinum et quod melius homine
consistens primo in agibilibus vocabat felicem politice sed consistens in
speculabilibus vocavit felicem contemplative et appellat ipsum non
hominem sed homine meliorem Nam agere et operari in actionibus
ad alios competit homini ut homo est · Sed speculari et cogno-
scere veritatem competit ei ut est in eo intellectus speculativus
quod est aliquid divinum · et secundum quem comparatur ad deum et ad substantias
separatas vnde ex primo politicorum patet Quicumque non est homo vel est peior
homine et tunc est bestia · vel est homine melior et
tunc est quid divinum et semideus Si autem est homo quia homo ut
ibi patet est naturaliter animal sociale civile et politicum · Secundum ergo
quod regulatur secundum prudentiam et vivat vita politica Si autem est
bestia et homine peior ut non recta ratione et prudentia · sed
sequitur passiones et vivit vita voluptuosa Si vero sit di-
vinus et homine melior tunc speculatur per sapientiam et vivit vita

Contemplativam. Erat enim prius dictum quod dicebant eos perfecte in agibilibus et perfecte
in speculabilibus. Quia ita viverent vitam humanam et politicam, et vitam con-
templativam et angelicam deditis non corporalibus operabilibus propter diversitatem nego-
ciorum exigentium turbationem erga plurima, et ut plurimum fervebant paucis
curis. Sed non speculabilibus quodammodo ab his penitus se abstrahebant. Et
quia vivere sic non est homines sed est magis angelicum quam humanum, felicem vitam
contemplativam voluerunt philosophi appellare politicam felicem et ut homines,
sed ut conversantes ad substantias separatas. Respicientes ergo in eis speculativam sunt
maxime honorandi. Quia sic Commentator eorum colloquitur. Hec ergo de modis vivendi et
de felicitatibus quas ipsi philosophi distinxerunt. Non tamen ad plenum et per
omnem modum potuerunt attingere veritatem. Nam licet dicerent verum quod vita
voluptuosa non est querenda felicitas ut ipsa declaratum est. De
vita tamen politica quam theologi vitam activam vocant et de vita con-
templativa non usquequaque verum senserunt. Crediderunt enim quod ex puris naturalibus
absque auxilio gratie possent quibus omnia perfecte vitam et perfecte vi-
vere. Sed vita activa et contemplativa quod falsum est. Nam ut supra tan-
gebatur omnibus volentibus recte vivere necessaria est divina gratia. Et maxime
est necessaria regibus et rectoribus dominis. Posuerunt etiam vitam contemplativam esse in
prima speculatione quod falsum est. Nunquam enim in vita tali quis perficitur nisi
in eo sit amor dei sive dilectio caritatis. In his ergo non bene sense-
runt. Cum autem vitam contemplativam dixerunt esse potiorem quam politicam
et activam a theologis et a veritate catholica non discordant.
Hiis ergo peractis dicamus quod decet regiam maiestatem hos modos vivendi con-
siderare. Et vitam voluptuosam fugere ne sit homine peior. Nam tales
vt dicitur primo Ethicorum sic vitam pecudum eligentes. Vitam autem activam et con-
templativam debet sic habere dicens ut per vitam activam vacans, actus mag-
nificos faciendo sibi subditos recte regendo per vitam contemplativam
vacans sibi per internam devotionem et dei dilectionem vel dei amorem pro-
ficiendo. Haec autem interna devotio tanto magis decet reges
et principes quanto apud tribunal summi iudicis reddituri
sunt de pluribus rationem. Cap. 5. Quod maxime expedit regie
maiestati suum finem et suam felicitatem cognoscere.

Est autem diligenter notandum quod sicut materia per debitas
transmutationes consequitur suam perfectionem et formam, sic homo per
rectas et debitas operationes consequitur suam perfectionem et felicitatem.
Cum ergo ignota cognitione recte agere ut consequatur operationis finem, igno-
rato ipso finem expectet, volentem consequi suum finem vel suam felicitatem
hunc precognoscere oportet. Possumus autem dicere quod viis ad presens spectat
duas via venari possumus quod expedit regi suum finem cogno-
scere. Una est inquantum per suam operationem cooperatur ut sit finis consecutiva.
Alia non cognitio est dominorum directiva. Tertia via sic patet. Nam ad hoc
quod quis per suas operationes finem consequatur tria requiruntur. Primo quod agat
bene. Secundo quod ex electione. Tertio quod agat delectabiliter. Si enim non agens
bene sed male non consequitur finem sed contrarium finis. Nam finis ut
plurimum non solum dicit quod ultimum sed etiam quod optimum. Propter

Error philosophorum

Quod 2o metae innuit phus quod finis et bonum idem sunt et qui tollit finem
tollit bonum quare si male agentes digni sunt ut mala consequantur quia
malum contrariatur bono et penis contrariatur fini Male agentes autem quia
agentes digni sunt ut non consequantur finem · sed contrarium finis · immo non solum
male agentes non consequuntur felicitatem sed etiam potentes bene agere si bene agant
non detur eis corona nec debetur eis finis vel felicitas Unde phus primo
ethicorum ait quod in olimpiadibus id est in illis bellis et agonibus non
coronantur fortissimi sed agonisantes quia non fortissimi sunt · sed potentes
agonisare actu · si actu non agonisant non debetur eis corona oportet
igitur actu bene agere ut per opera nostra mereamur finem vel felicitatem
consequi Secundo requiritur quod ex electione agamus Nam qui casu vel fortu
ito bene agit ex hoc non est laudandus nec debetur ex hoc finis vel felicitas
Nam que ex electione non fiunt non sunt voluntaria sed involuntarijs autem
ut patet per phum iii ethicorum non laudamur nec vituperamur Unde in eodem 3o
dicitur quod nemo est beatus si nolens sed qui non agimus ex electione non agimus
volentes ergo per se loquendo sed quod huiusmodi sunt non consequuntur beatitudinem et fe
licitatem immo est ex operibus virtuosis felicitatem consequuntur Virtus enim est
habitus electivus in medio existens ut patet ii ethicorum oportet operationes per
quas finem consequimur ex electione procedere Tertio oportet agere delectabiliter
Nam quanto quis in aliquo opere magis delectatur tanto magis voluntarie
et ex habitu efficiat opus illud Unde phus in iio ethicorum vult quod non sufficiat
agere bona sed bene nec sufficit operari iusta sed iuste Contingit enim aliquos
pravos facere aliqua de genere bonorum tamen quia non faciunt ea bene
et delectabiliter non oportet per huiusmodi opera eos consequi felicitatem
Cum ergo ita sit contingat quod agamus bona ex electione et delectabiliter maxime
contingit nos sic felicitatem consequi Hec autem maxime contingit cognito fine
· expedit ergo ut finem consequimur cognoscere Sic etiam imaginari
debemus quod sicut est in causis efficientibus quod agentia secunda movent in
virtute agentis primi sic fines secundarij movent in virtute finis ultimi
propter quod non existente agente primo nullum agens ageret · sic si non esset finis
ultimus et si non apprehenderemus aliquod ut bonum ultimatum quod voluntatem
moveret nullum bonum voluntatem movere posset Cum ergo nichil velimus
nisi ut in ordine ad aliquod · vel ut finale et ultimatum Non apprehenso ergo
aliquo sub ratione finis non contingit nos bene agere · quia hoc remoto cessat
omnis humana actio Ut ergo agamus quod nobis possibile fit bonum et
debitum · quia ex fine opera nostra specificantur Nam non esse possibile quod essent
bonum opus si ordinaretur in malum finem precognito ergo fine requiritur
ut ex electione agamus Nam sicut sagittantes non videntes signum si
signum percutiant hoc est casu et fortuito · sic non prognoscentes
finem si bene agunt et finem consequuntur hoc non est ex electione sed a for
tuna Unde phus primo ethicorum volens ostendere necessariam esse prognitionem
finis ait quod cognitio finis ad vitam nostram magnum habet momentum
consequimur enim ex hoc magis ipsum finem · quemadmodum sagittatores
signum habentes magis ipsum adipiscuntur quod oportet Tertio prognitio
finis non solum facit nos agere bene ex electione sed etiam delectabiliter
Nam magna opera efficiuntur delectabilia et dubia consecuta beatitudine
et felicitate quam ex ipsis sequitur Multum ergo homo ut agat

Bene ex electione delectari expedit suam felicitatem prognoscere sed maxime
hoc expedit Regie maiestati super omnibus suis operibus debet intendere bonum
gentis et gentis quod est magis expediens et divinius quam bonum alicuius singularis patet
primo quia maxime decet Regiam maiestatem cognoscere suam felicitatem ut opera quam
que sunt quodammodo divina exerceat bene et delectabiliter et ex electione 2o hoc idem patet
exemplo quia Rex est aliorum directivus Nam si sagitta signum non perciperet non tamen
propter hoc impediretur quin signum pertingat quia a sagittante in signum dirigitur
Sic igitur magis expedit sagittatori signum percipere quam sagitte cum quo sit
sagitte director Sic magis expedit Regie maiestati et felicitatem et finem
cognoscere quam populum eo quod sit populi directiva

## Quod non decet regie maiestati suam felicitatem ponere in voluptatibus — VI

Vulgus non putat aliud nisi sensibiles delectationes et inde est quod sub
nomine et generaliter ponunt solas delectationes maxime sensibiles
que sunt delectationes tactus et gustus abtente appellant voluptates
et delectationes Licet tamen simpliciter loquendo delectationes intelligibiles et spirituales
secundum comparationem sint potiores et excellentiores quam voluptates sensibiles tamen hoc
capitulo voluptatibus sensibilibus non esse felicitatem ponendam tota via venari possumus
Intentio enim ad presens spectat felicitas tamen importat virtus felicitas enim dicit
quid perfectum et per se sufficiens bonum Nam ad dicendum aliquem esse felicem quam assecutus
est id in quo consistit suum perfectum bonum Vnde primo Ethicorum describens felicitatem
10. capitulo ait quod felicitas est finis per se operatorum perfectissimum et per se sufficiens
bonum Ex hoc primo Ethicorum iam scilicet quod felicitas sit aliquid vinum rationis et intellectus ratio
dictat Licet enim bonum secundum rationem et secundum intellectum sit bonum perfectum et simpliciter bonum non sensibile
sensibile sit bonum secundum quid et ut nunc si felicitas debet esse perfectum bonum oportet quod sit
secundum intellectum et rationem ut quod idem est oportet quod sit tale bonum quale recta ratio
prescriptio indicaret Ex his autem sequitur duo vera quod felicitas consistit in bonis
anime non in bonis corporis Licet enim corpus ordinetur ad animam sicut materia ad formam
et sicut imperfectum ad suum perfectum bonum corporis est imperfectum respectu bonorum anime propter quod
hoc bona non dictat ratio sit prescripta esse nisi bonum anime felicitas igitur anime
existens dicitur bonum perfectum dicitur bonum Secundum autem et vinum rationis Nam in operatione anime
secundum rationem consistit bonum humanum perfectum ut declarari habet primo Ethicorum Licet igitur volu-
ptas et delectationes sensibiles non sint bonum perfectum nec bonum secundum autem et secundum
rationem constat in talibus felicitatem non esse ponendam Quod autem huiusmodi voluptas non
sint perfectum bonum et sufficiens de levi patet Nam quod est bonum est saciativum appetitus
hoc autem voluptas appetitum saciare non potest ut in se ipso quilibet expiri potest
Vnde primo iii capitulo loquens de talibus delectationibus ait quod insaciabilis est delectabilis
appetitus Secundo in talibus non est ponenda felicitas quia non sunt bonum vinum rationis sed magis
sunt bonum sensibile Bonum enim secundum rationem quanto amplius sit tanto magis reddit rationem li-
beram et expeditam Nam quia secundum rationem existit regens est quod rationem impereat sed
huiusmodi delectationes sensibiles si vehementes sint rationem obnubilant Unde idem Ethicorum
capitulo 4 Sic tales delectationes magne et vehementes sunt cogitationem i rationem
perimunt 3o non est ponenda felicitas in delectationibus sensibilibus quia talia magis
sunt bona corporis quam anime Licet igitur corpus ordinetur ad animam et non econverso sit felicitas
est finale bonum ad quod alia bona ordinantur huiusmodi bona non est ponendum in voluptatibus
sensibilibus que sunt bona corporis sed magis in operibus virtutum que sunt bona anime Possumus
enim dicere quod licet sint delectationes aliqua licite et honeste eo quod ipsa opera virtutum
homini bono et virtuoso delectationem afferunt nam tamen delectatio interna est ipsa
felicitas licet possit aliqua felicitate consequi sed hoc declarari non est presentis ne-
gotii forte tamen de hoc aliquid infra dicetur Ad presens autem scire sufficiat
quod non decet aliquem hominem suam felicitatem ponere in delectationibus sensibilibus

felix e

felicitas

Est igitur detestabile cuilibet homini suam felicitatem ponere in voluptatibus, sed maxime hoc est detestabile regie maiestati, quod et triplici via venari possumus. Primo quia talis sic detestabilis regem quasi ipsum maxime deprimit. Secundo quia reddit ipsum contemptibilem. Tertio quia facit ipsum indignum principari. Dicebatur enim supra quod in vita voluptuosa conveniunt cum brutis et desidentes et viventes secundum vitam pecudum eligentes. Cum ergo quilibet in altiori gradu existit tanto per hanc vitam magis deprimitur. Dictum est enim quod decet reges et principes esse super homines et totaliter divinos. Nam ut vult philosophus in politicorum principatus tanto est magis et quanto ut tanto quis ad hoc princeps existit tanto ad hoc magis decet in dignitate vite et in magne bonitatis. Tanto ergo quanto existit indignum est ut vitam pecudum eligat quia per eam prude deprimitur. Secundo hoc est detestabile regi quia seipsum contemptibilem reddit. Unde philosophus in V politicorum ait quod maxime expetit principibus esse moderatos in delectationibus corporalibus, contemnuntur enim, ut ipse ibidem, quod dantes se delectationibus tales sunt sicut dormientibus et ebriis. Nam dediti his voluptatibus vix se sentiunt sicut dormientes et ebrii. Utique nemo non putat dignum esse. Sed eundem philosophum non speciale sit contemptibilem quam sobrius, et qui ebrius est quam vigilans. Et qui dormientes decet regem maxime tales delectationes immoderatas fugere ne contemptibilis videatur. Tertio decet principem talia detestari ne principari efficiatur indignus. Nam nunquam eligit in duces iuvenes, indignum est enim puerum principari. Secundo ut dicitur primo ethicorum. Differt autem nihil iuvenem secundum etatem aut secundum morem iuvenilem, sequentes enim delectationes sensibiles, dato quod sit senex tempore indignus est principari. Et ergo diligenter notandum quod sicut non differt puerum esse etate et moribus, sic non refert esse secundum etatem et moribus puerum. Propter quod si sit senex tempore et puer moribus indignus est principari, sicut si sit puer etate et senex moribus dignus est principari. Non enim aliter philosophus quam nemo eligit iuvenes in duces eo quod constet ipsos non prudentes sed eo quod non constat eos esse prudentes. Quare si constat eos habere mores seniles et vigere prudentia digni sunt principari. Sit igitur conclusio talis quod ne princeps deprimatur et ne contemnatur et ne sit indignus principari debet immoditates voluptatum despicere.

Quod non decet regiam maiestatem suam felicitatem ponere in divitiis

VII

Philosophus primo politicorum distinguit duo genera divitiarum. Nam secundum ipsum quedam sunt divitie naturales et quedam artificiales. Divitie naturales esse dicuntur que naturaliter ex rebus naturalibus producuntur, cuiusmodi sunt que recipiuntur ex agris et arboribus ut frumenta et vina, vel ex animalibus et alia quecumque ad victum et vestimentum deserviunt, inter naturales divitias computantur. Artificiales autem divitie sunt que per artem et industriam hominum invente in has naturales divitias commutantur, huiusmodi sunt aurum et argentum et alia omnia numismata que immediate corporales indigentias non supplent sed per commutationem deserviunt indigentie corporali. Aurum enim et argentum licet sint naturalia metalla, tamen sunt artificiales divitie. In neutris autem divitiis est ponenda felicitas. Tangit enim philosophus primo politicorum sua per que venari possumus in artificialibus divitiis felicitatem non esse ponendam. Primo quia artificiales divitie ad naturales ordinantur.

Secundo quia talia habent quod sint divitie ex ordinatione hominum. Tercio quia secundum se ipsa indigentie non satisfaciunt. Dicebatur enim supra felicitatem esse illud bonum ad quod bona alia ordinantur. patet quod divitie artificiales eo ipso quod ordinantur ad divitias naturales rationem felicitatis habere non possunt. Secundo in talibus non est constituenda felicitas quia non habent quod sint divitie nisi ex ordinatione hominum. Vera enim felicitas innata est bonum non fictum. secundum se. non est bonum verum ex ordinatione hominum. Numismata autem non habent quod sint divitie nisi ex ordinatione hominum. Unde primo politicorum dicitur quod transmutatis utentibus et transmutata dispositione utentium sive transmutato ordine et dispositione hominum huiusmodi divitie nullam dignitatem habent. Non enim tum auri ut tot numismata tantum valeant tritici. hoc est quia numismata reputantur magis in oppositione hominum et quia sic vult ordo et dispositio utentium eis. Tercio in talibus non est ponenda felicitas quia aurum et argentum et omnia numismata non solum animam non satiant nec sunt perfectum bonum sed etiam per se ipsa non satisfaciunt indigentie corporali. Potest enim contingere. Ut dicitur primo politicorum. Quod quis dives pecunia fame moriatur. Recitatur enim ibi de quodam cuius nomen erat Meda qui cum nimis esset avarus sive amicus auri. ut fabulose dicitur impetravit a deo Ut quicquid tangeret fieret aurum. Cum ergo tactus resideat in singulis partibus corporis. etiam cibum quem tangere poterat quem consumeret tunc in aurum. erat ergo ei magna copia auri tamen tamen fame periret quod esse non posset. si aurum ut cetera numismata vere essent divitie et vere satisfacerent indigentie corporali. Cum ergo quia numismata sunt divitie in ordine ad aliud. tum vero quia sunt divitie ex institutione hominum. tum etiam cum sint talia ipsi indigentie corporali per se non sufficiunt. in eis non est ponenda felicitas. Quod autem in naturalibus divitiis cuiusmodi sunt cibus et potus et ea que per se indigentie corporali satisfaciunt non sit ponenda felicitas. Declaratur per rationem. Nam cum felicitas sit bonum optimum. in optimo nostro queri debet. Cum ergo anima sit potior corpore. felicitas non est ponenda in talibus divitiis que sunt bona corporis. sed ut superius dicebatur ponenda est in actibus virtutum que sunt bona anime. Cunctis ergo hominibus detestabile est ponere suam felicitatem in divitiis. sed maxime detestabile est

Regie maiestati ... cum si rex aut princeps ponat fe-
licitatem suam in diviciis tria mala inde sequuntur Primum
quia amittit maxima bona Secundo quia efficitur tyrannus
Tercio quia efficitur populi depredator Diligens enim pe-
cuniam ut finem et timens pecuniam elargiri nunquam potest
esse magnificus cuius est facere magnos sumptus ut eciam
potest esse magnanimus quia metuens pecuniam perdere
nichil magnum attemptabit ymo cum ille sit magnanimus
cui nichil temporale est magnum ut vult philosophus iiii° Ethicorum
c° de magnanimitate quia in oppinione avari et in oppinione
ponentis suam felicitatem in diviciis divicie sunt quid
magnum impossibile est talem esse magnanimum Si ergo mag-
nificencia et magnanimitas sunt maxima bona et maxime decet
Regiam maiestatem esse ornatam talibus virtutibus dete-
stabile est ei suam felicitatem ponere in talibus Secundo
detestabile est Regi vel principi suam felicitatem ponere
in diviciis quia hoc facto tyrannus efficitur Est enim differencia
Rex — inter Regem et tyrannum ut patebit in iii° libro cum det-
erminabitur de regimine regni Quia Rex proprie est qui inten-
dit bonum Regni et bonum commune si autem intendat bonum
privatum hoc est ex consequenti Tyrannus non eiusdem principaliter
intendit bonum ~~privatum~~ privatum Si autem intendit bonum
publicum hoc est ex consequenti ut inquantum ex bono communi
exurit ei aliquod bonum proprium Cum igitur finis maxime
diligatur ponens suam felicitatem in numismate
principaliter intendit thezaurisare et sibi congregare pecu-
niam non ergo est Rex sed tyrannus quia non intendit
bonum principaliter publicum sed privatum Tercio hoc posito
sequitur quod Rex sit populi depredator Nam finis
adeo immense diligitur quod quilibet studet omni via
omni modo quo potest consequi finem suum ponens ergo
felicitatem suam in diviciis non curat sibi tamen si opp-
rimat viduas et pupillos si depredetur populum et rempublicam
dum tamen possit pecuniam congregare Qui ergo bene
intelligit quid importat nomen finis non potest eum latere
quod omni via qua potest velle consequi finem
tyrannus — suum Est ergo Rex tyrannus si sic vult esse dominus
quod tamen rei publice bonum non procurat sed tamen est
depredator quia non solum non procurat bonum sed eciam
infert malum Si ergo tam detestabile est Regem amit-
tere maxima bona esse tyrannum et predatorem est dete-
stabile suam felicitatem ponere in diviciis Quia non decet

regie maiestati suam felicitatem ponere in honoribus viij

Forte multi viventes vitam politicam crediderunt fe-
licitatem ponendam in honoribus eo quod ut plurimum
cives maxime honorari desiderant. Sunt autem
in honoribus tria attendenda. per que tria
triplici via venari possumus felicitatem in eis non esse
ponendam. Primo enim honor est bonum ad aliud
ordinatum. Secundo est bonum extrinsecum. Tertio est magis
in honorante quam in honorato. Felicitas autem econtra
non est bonum ad aliud ordinatum. sed est bonum ad quod alia
ordinantur. Non est bonum extrinsecum sed intrinsecum. habet
esse maxime in ipso felice. sive in eo cuius est ipsa feli-
citas. Quod enim honor sit bonum ad aliquid ordinatum. patet
per philosophum primo ethicorum. Qui vult honorem esse exhibitionem
reverentie in testimonium virtutis. Causa ergo quare homines
volunt maxime honorari est. ut appareant sapientes
et virtuosi. quibus maxime debetur honor. Ideo secundum
philosophum. Nullus curat honorari a pravis. quia reverentia
talium non est debitum testimonium sapientie et virtutis.
Quare si honor est bonum ordinatum ad virtutem. in honore
non erit ponenda felicitas. sed potius in ipsis virtutibus
vel potius in actibus earum. Secundo non debet poni
felicitas in honoribus. quia honor non est bonum intrinsecum
sed extrinsecum. Dictum est enim quod honor est reverentia
exhibita in signum virtutis. Signum autem vel testimonium
si plene vult manifestare ipsum signatum. oportet quod sit
quid notum et manifestum. Intrinseca enim non sunt
nobis nota et manifesta. sed extrinseca. non enim cogno-
scimus que quis in corde cogitat. sed que exterius reputat
Reverentia ergo que est honor si debet manifestare virtutem
eius cui exhibetur non sufficit quod sit cogitata in corde
sed requiritur quod exterius proferatur. Honor autem habet
rationem extrinseci boni. cum sit reverentia exhibita per
quedam exteriora signa. Quare si felicitas non est ponenda
in bonis extrinsecis que sunt minora bona. sed in intrinsecis
que sunt maiora. in honoribus felicitas poni non debet.
Tertio hoc idem patet ex eo quod honor magis est in honorante
quam in honorato. ut plane vult philosophus primo ethicorum.
Quare si in honoribus ponatur felicitas. contingit illa detesta-
da pervesitas. quod felicitas magis sit in alio quam in eo cuius
est. sicut enim principaliter dicitur curialitas est omnis qui facit
ipsam. sic honor magis est in eo qui facit ipsum. quam
in eo qui per huiusmodi reverentiam honoratur. Apparet autem

Hoc esse sensibiliter manifestum. Nam si aliquis inclinans se et reverens aliquem ut honorat ipsum, constat inclinationem principaliter esse in inclinante non in eo cui inclinatio exhibetur. Accidens enim principaliter est in suo subiecto, non autem in obiecto. Vel si aliquo modo est in obiecto, magis tamen est in subiecto. Inclinatio ergo illa et reverentia magis est in inclinante ut in subiecto quam in eo cui inclinatur quod est ut in obiecto. Bene igitur dictum est quod reverentia sive honor magis est in honorante quam in honorato. Sed cum felicitas maxime sit in ipso felicitato vel in ipso beatificato, in honoribus non est ponenda felicitas. Unde indecens est ergo cuilibet homini ponere suam felicitatem in honoribus ut credat se esse felicem si ab omnibus honoratur. Maxime tamen hoc est indecens regie maiestati quod triplici via venari possumus. Si enim rex suam felicitatem in honoribus ponat, sequuntur tria mala. Erit enim superficialiter bonus, erit presumptuosus et erit iniustus et inequalis. Nam si princeps suam felicitatem in honoribus ponat, cum sufficiat ad hoc quod quis honoretur quod videatur esse bonus, non curabit esse bonus existenter sed apparenter et superficialiter. Unde et philosophus in politicis curantes de honore tantum dicit esse fictos et superficiales. Si ergo maxime decet regem existenter esse bonum, maxime indecens est ipsum ponere felicitatem in honoribus, ne sit fictus et superficialis. Secundo indecens est regi ponere suam felicitatem in honoribus, quia ex hoc periculosus populo est et presumptuosus. Nam cum finis maxime diligatur, si princeps suam felicitatem in honoribus ponat, ut possit honorem consequi, presumet suam gentem exponere cum periculo. Exemplum huius habemus de filio cuiusdam Romani principis nomine Thorquati, qui nimis honoris avidus contra imperium patris ut honorem consequeretur se exposuit periculis bellicis. Unde Thorquatus Romanus princeps ne alii ex hoc exemplum assumerent et ne essent nimis honoris avidi, filium suum presumptuosum occidit, non obstante quod dictus filius victoriam ab hoste adeptus fuerat. Ne ergo princeps se precipitet et ne nimis presumat, non expedit ei suam felicitatem in honoribus ponere. Tertio hoc est indecens ei, ne sit iniustus et inequalis. Decet enim principem sua bona distribuere secundum dignitatem personarum, ut plura bona det dignis et sapientibus quam indignis et histrionibus. Sed si princeps suam felicitatem

In honoribus ponat: quia timens summo ardore diligere non
curabit remunerare personas secundum earum dignitatem. sed
solum eo modo beneficia dividet quo plures honores consequi
possit. Si ergo rex suam felicitatem in honoribus ponat
erit malus in se quia non curabit esse nisi superficialiter
bonus. erit malus in populo sibi commisso. quia non cura-
bit enim pericula presumptuose et precipitanter exponere. erit malus
in suis rebus. quia eas non distribuet equaliter secundum
personarum dignitatem.

## Quod non decet regiam maiestatem suam felicitatem ponere in fama et gloria. ix

Differunt autem fama et gloria ab honore
et laude. quia honor et laus sunt causa fame et
glorie. Ex hoc enim est aliquis in fama et gloria
quia laudatur et honoratur. Honor autem differt a laude
quia est universalior ea. Nam laus proprie non est nisi
per sua virtualia. Sed honor habet esse per quecumque se
exteriora. Unde dicitur primo ethicorum. Quod partes honoris
sunt sacrificia et recordationes in metris antiquitus premordiatas
sedes ad orationes et cetera talia exteriora que pertinent
ad reverentiam. Gloria quidem et fama pro eodem accipi
consueverunt. Nam gloria est quedam clara notitia de
aliquo. Est enim gloria claritas quedam. hoc etiam est fa-
ma quia fama est quedam clara cum laude notitia.
Si autem vellemus aliquo modo distinguere inter gloriam et fa-
mam. diceremus quod fama oritur ex gloria. erit ergo
hic ordo quod gloria oritur ex honore. Nam ex hoc
quod aliquis est in magno honore et in magno apparatu ex
hoc apparet clarus et gloriosus. fama autem oritur
et ex honore et gloria. quia ex hoc quod aliquis est in ho-
nore et gloria habetur in fama. et pro accipiendo
sic famam et gloriam large et pro eodem. Posset for-
te alicui videri felicitatem ponendam esse in fama et
gloria. eo quod ea esse possunt magnitudine latitudinis
cum ad diversas partes divulgari possit. et magne
diuturnitatis. cum per multa tempora contingit ipsam
indelebilem esse. Videtur etiam quod maxime principes
in hoc suam felicitatem ponere debeant. Dicente
philosopho v ethicorum. Quod merces quedam danda est principibus
hec autem est honor et gloria. quibus si contenti non
sunt tyranni fiunt. Sed hoc stare non potest. quod
triplici via venari possumus. Quantum enim ad presens
spectat quod satis potest haberi per humana felicitas

Non est tamen signum boni sed est etiam perfectum et per se
sufficiens bonum. Secundo felicitas inest bonis tantum et
beatis, gloria autem infelicibus et pravis. Tercio est in inte-
rioribus bonis. Non in hiis que extra existunt. Fama
autem econverso magis est signum bonitatis quam sit ipsa
bonitas. non solum competit bonis. sed ut plurimum
competit ipsis malis. Rursus magis innititur exterio-
ribus signis quam interiori bonitati. Si enim fama alicuius
castitatis ideo consistit quia de ipso apud homines habetur
quedam laudabilis et clara notitia. tamen scientia nostra nec
est ipsa res nec est causa rerum sed magis signum et
tanta quod ~~causatum~~ ab eis fama nec est bonitas vera nec
ab ea dependet bonitas vera. sed solum est quoddam
apparens signum vere bonitatis in ea felicitas nostra
esse non potest. Secundo hoc stare non potest quia
gloria et fama apud homines non solum habetur apud eos de
bonis. sed etiam de omnibus pravis. quia enim multotiens
in iudicando decipimur. contingit autem plurimum illa detestan-
da perversitas quod boni et digni non habentur in precio et
pravi et infelices sunt in gloria et in fama. Tercio in fama
non est ponenda felicitas quia magis innititur exterioribus
signis quam interiori bonitati. Nam homo non intuetur
nisi ea que foris patent. Non enim videt ipsas cogita-
tiones mentis nec ipsas virtutes vel malicias in animo
existentes. sed si iudicat aliquem bonum et virtuosum. hoc est ex
hiis que nobis extrinsecus innotescunt. sic ergo ad hoc quod
aliquis honoretur sufficit quod exterius bonus appareat. sed
ad hoc quod aliquis sit apud homines in fama et in gloria
sufficere videtur quod exterius bona ostendat. quare cum Regem
deceat esse totum divinum et quasi semideum. si inconveniens
est felicitatem in eo ponere quod est magis signum bonitatis
quam sit ipsa bonitas. quibus ipsi pravi proprie non possunt
participare. et magis innititur exterioribus signis quam interiori
bonitati. inconveniens est quod Rex credat se esse felicem
si sit famosus apud homines. vel si sit in populo gloriosus.
Non igitur debet Rex se credere beatum esse si sit in gloria
apud homines. attamen beatus est si sit in gloria domini.
Dictum est enim quod gloria et fama est quedam clara dei notitia
cum laude dei. autem notitia ut ad presens spectat in 2bus
differt a notitia nostra. Nam notitia dei causat res. nostra notitia
causatur a rebus ut ut ~~[illegible]~~ Rursus notitia
dei est infallibilis. nostra notitia pluries fallitur. Amplius

Notitia est dei est de ipsis intimis nostris. Notitia vero nostra
per se et directe solum exteriora comprehendit. Bonitas ergo nostra
per se dependet a notitia dei tamquam effectus a sua causa. Rursus
circa bonitatem nostram in notitia deus non fallitur. cum scientia
sua falli non possit. Amplius bonitatem et maliciam nostram inti-
mam deus clare videt et percipit. Non igitur esse potest
quin aliquis apud deum sit in gloria et in fama. vel sit apud ipsum
in clara notitia cum laude. nisi sit bonus et beatus ut
exigit status suus. Licet ergo sic sit de notitia dei et de fama
et de gloria apud ipsum. nequaquam tamen in fama et
gloria hominum felicitas est ponenda. Quod vero dicebatur
quod est diuturna et lata. dici potest quod est econverso. quia est mo-
dica et arta. Nam secundum Boetium fama Romanorum populi nunquam
transivit Caucasum montem. Immo licet fama alicuius ho-
minis per universam terram se extenderet. sed cum tota terra
sit quasi punctum respectu celi. et secundum Astronomos quelibet stella
fixa nobis visibilis sit maior tota terra. arta et exigua
est fama cuiuslibet hominis. Amplius huiusmodi fama est bre-
vis non diuturna. cum totum tempus vite presentis sit quasi
punctuale respectu eternitatis. Cum enim homo secundum intellectum sit im-
mortalis. in eo non decet felicitatem ponere quod immortaliter
et perpetue durare non possit. quod vero dicebatur intendere
tribuendam esse Regibus. et hanc esse gloriam et honorem
non est intelligendus textus philosophi quod Reges principaliter suo animo
querere debeant gloriam et famam hominum. quia modicum
esset eorum fructus. sed hoc pro tanto dictum est. quia decet re-
ges et principes esse magnificos et magnanimos. Magna-
nimi autem licet non intendant principaliter honorem sed
bonum honorabile. tamen eos consequitur. et decet acceptare
honorem sibi exhibitum. non humilibus hominibus aliquid
magis. quod eis tribuant. Quarto ethicorum. Non quia
honor sit condigna retributio eis ut ibidem dicitur. Acceptare
ergo honorem tamquam retributionem condignam potest intelligi
dupliciter. Vel ratione ipsius honoris in se. Vel ut procedit
ex affectione dantium. Honor autem in se cum non sit
nisi quoddam signum et quoddam testimonium bonitatis ut patet
non est condigna retributio. Attamen ut huiusmodi honor pro-
cedit ex affectione dantium. habet ibi esse quedam condigna
remuneratio. Nam cum hi qui dantes non habent aliquid
magis quod tribuant. condigniter principi. hic videtur honorem
exhibitum acceptare. et recipit quod ut plane patet non huiusmodi
retributionem acceptat. sed affectionem dantium. et non honor

proprie datus. Quod si tamen principes non attemptarent
habere affectionem diviciarum · sed contenterentur a gente sibi commissa
ad exteriora bona ut pecuniam argentum et aurum vel divitias · alias
tyranni essent · Nam ex hoc efficerentur populi depredatores.

Capitulum. Quod non decet regiam maiestatem suam felicitatem ponere in civili potentia

x. Vegecius in libro de re militari · super omnia
commendare videtur bellorum industriam. Hoc enim
secundum ipsum est quod Romanos maxime
exaltavit · quia maxime dederunt operam
rebus bellicis · et summopere studuerunt quomodo sibi possent
subicere nationes. Propter quod secundum eundem Vegecium
hoc esse debet principalissimum in intentione principis
quod abundet in civili potentia · et quod per eam sibi
subiciat nationes et gentes. Quod si hoc est felicitas
regia videtur esse ponenda in civili potentia quod fal-
sum est. Probat enim philosophus in vii politicorum quinque ra-
tionibus felicitatem non esse ponendam in civili po-
tentia. Prima via sumitur ex eo quod talis principatus non
multum durat. Secunda ex eo quod esse potest sine boni-
tate vite. Tertia vero ex eo quia est indigens. Quarta autem
ex eo quod per huiusmodi principatum tamen ordinatur
ad minora bona. Quinta vero ex eo quod tale dominium
ut plurimum nocumentum. Prima via sic patet. Nam
per civilem potentiam velle sibi subicere nationes · hoc
est velle dominari per violentiam. Violentia autem
perpetuitatem nescit. Cum ergo violenta non diu durant
· talis principatus diu durare non potest. Immo sicut ignis
qui est nature calide naturaliter agit cum calefacit. Sic
quia homo naturaliter est liberi arbitrii · tunc homo naturaliter
dominatur hominibus · quia eis libere et voluntarie principatur
· quod contingit si populus libere et voluntarie precepta principis
exequatur. Non ergo rex debet credere se esse felicem si per
violentiam et per civilem potentiam dominetur · quia tale domini-
um sit violentum et contra naturam diu durare non potest.
Felicitas enim non est ponenda in aliquo transitorio · sed
magis in aliquo sempiterno. Secundo in civili potentia
non est ponenda felicitas · quia hoc potest inesse alicui et absque
bonitate vite. felicitas enim ut supra dicebatur est perfectum
et per se sufficiens bonum. Impossibile est autem in aliquo
esse maximum bonum · nisi ille bonum operetur · et sit maxime
bonus · sicut impossibile est in aliquo esse intensam albedinem

[illegible]

Nisi ille sit maxime albus. Quod autem civilis potentia possit inesse alicui absque bonitate virtute, patet quod videmus. Que temporibus retroactis facta conspeximus. Vidimus enim multos tirannos pessimos magis abundasse in civili potentia. Nam Dionisius Siracusanus sive Dionisius Sicilianus ut recitat philosophus in politicis maxime abundat in civili potentia. Et tamen pessimus erat tirannus. Nero autem et Cesar qui fuerunt principes Romani et tantum abundaverunt in civili potentia pessime tamen vivebant. Nam tante fuerunt luxurie ut omne indecorum esse in muliebribus. Tante fuerunt crudelitatis ut non videretur in eis esse aliquid molle nec clementia aliqua. Unde patet vii politicorum quod ridiculum est aliquem putare felicem si abundat bonis exterioribus. Non ergo in civili potentia ponenda est felicitas que sine bonitate virtutis inesse potest. Tertio in huiusmodi potentia non est ponenda felicitas quia huiusmodi principatus nec est optimus nec est dignus. Si enim felicitas in aliquo principatu poni debet ponenda est in principatu optimo et digno. Principari autem per civilem potentiam est principari servis non liberis. Nam tale principatus est per coactionem et violentiam. Cum ergo principantes se extendant ad invitos et ad eos quibus aliquis principari. Et ut patet in politicis quanto liberi sunt meliores servis tanto principari liberis est melius et dignius quam principari servis. Principatus ergo per coactionem et civilem potentiam cum non sit liberorum sed servorum non est optimus neque dignus. Unde vii politicorum dicitur quod principatus liberorum qui est cum virtute est melior quam principari despotice et serviliter. Quarto non est ponenda felicitas in civili potentia quia si princeps se credat esse felicem si abundet in civili potentia non ordinabit cives nisi ad exercitium armorum et ad ea per que sibi possit subicere nationes. Inducit ergo cives non ad virtutem iusticie sed ad virtutem fortitudinis. Iusticia autem ut dicit philosophus vii politicorum est maius bonum quam fortitudo. Non ergo ordinabit cives ad bona maiora nec ad iusticiam sed plurimum ad minora ut ad fortitudinem. Sic ergo preferet bonum quod est diminutum quam aliquod bonum simpliciter. Non decet principem suam felicitatem ponere in civili potentia. Quinto hoc idem decet ostendi quia huiusmodi principatus inferet civibus plurimum nocumentum. Nam cum felicitas sit finis omnium operationum quilibet totam vitam suam et omnia opera sua ut plurimum ordinat ad id in quo felicitatem suam ponit. Ponens ergo suam felicitatem in civili potentia et in subiciendo

Sibi nationes forte sed dy habebit tempore belli · tempore suo pacis nescient bene vivere Unam tamen ut plurimum non studuit nisi in exercitiis bellicis & totam vitam suam ordinaverunt ad fortitudinem non ad iustitiam & temperantiam · tempore pacis in quo oportet esse iustitiam & temperantiam nescierunt vivere · sic fiet vitiosi et ut notatur secundo politicorum Propter quod philosophus vii politicorum vituperavit lacedemones ponentes felicitatem in simili potentia aut tempore esse sub bellandi participare bonis · sed non vacare et similiter in pace fieri vitiosos Quare si inhonestum est ponere felicitatem in aliquo non diuturno & in eo quod potest esse sine bonitate vite et est quid indignum & per quod ordinantur gentes ad maiora bona & ut plurimum infert nocumentum · inhonestum est principem suam felicitatem ponere in simili potentia & quod credat se esse felicem si possit sibi subiicere nationes etc Quod non decet regiam maiestatem suam felicitatem ponere in robore corporali vel in pulchritudine vel in aliis bonis corporis

xi Satis est per habita manifestum quod in bonis corporalibus non est ponenda felicitas Sunt enim tria bona corporis que homines maxime desiderare videntur scilicet sanitatem pulchritudinem & robur · ymo non multi in talibus suam felicitatem ponunt Videtur enim omnino esse verum de bonis corporis et anime · bona enim corporalia quanto minus habentur magis desiderantur · postquam enim quando talia bona adquisita sunt credimus esse maiora quam sunt · eis autem adeptis apparent non esse tanta quanta credebantur · virtutes autem & bona intellectualia modum contrarium tenent · nam eis adeptis invenimus maiora quam credebamus Adeo ignorantes dulcedinem sapientie & studii reprehendunt vacantes philosophie & negotio scientiali quia ignorant bonitatem & dulcedinem virtutum & scientiarum · quod si bene ea cognoscerent · non solum non contemnerent dantes se studiis & virtutibus · sed etiam deriderent quicunque talibus non vacarent
L non · Bona ergo corporalia · quia maiora habita reputantur quam sunt multi carentes corporalibus bonis adeo affectant & credunt ipsa esse tante excellentie ut si haberent illa reputarent se esse felices Adeo in primo ethicorum dicitur Quod infirmi egrotantes ut sic suam felicitatem ponunt in sanitate & medii in divitiis · turpes non in pulchritudine · debiles in robore Sed quod non sit felicitas nec in robore neque in sanitate neque in pulchritudine · triplici via venari possumus Primo quia talia bona sunt corporalia Secundo quia sunt quodammodo extrinseca Tertio quia de facili sunt mutabilia Corporalia enim sunt quia habent esse in corporalibus ut in subiecto Nam sanitas est in humoribus · pulchri

In membris · robur in ossibus et membris Nam ut vult philosophus tho[picorum]
de eligendis Sanitas est debita complexio humorum · pulcritudo debita
commensuratio membrorum Robur debita proportio ossium et nervorum
Cum hec enim humores membra · nervi et ossa sint corporalia
· sanitas pulcritudo et robur corporalia dicuntur non ergo in eis est
ponenda felicitas Secundo felicitas in talibus poni non debet
quia sunt quodammodo extrinseca bona Nam homo secundum philosophum est
magis intellectus quam sensus et anima est plus de ratione hominis
quam corpus · et ideo forma magis dicit naturam rei quam materia
Illa vero sunt intrinseca bona interiora magis que se tenent ex parte
anime · ponenda est vero ~~sanitas~~ felicitas non in sanitate
· pulcritudine corporis sed anime Non ergo aliquis se credat esse
felicem si habeat complexionem humorum et sit sanus corpore
vel si habeat conformia membra et sit pulcher · vel si habeat proportionem
ossium et nervorum et sit robustus corporaliter Sed si
habeat complexiones potencias ut appetitus inferiores potencie subiecte
rationi · et sit sanus et fortis mente et si huiusmodi potentias
habeat ornatas virtutibus et bonis operibus · ut sit pulcher in anima
· tunc ut exigit suus status credat se esse felicem Certa dicit
autem ut exigit suus status · quia plena felicitas in hac vita
haberi non potest In sanitate vero fortitudine et pulcritudine corporali
quia sunt quodammodo bona extrinseca felicitas poni non debet
Sed autem in solis bonis interioribus sit ipsa felicitas · patet per
philosophum vii politicorum dicentem Cuius testis est deus nobis
cuius felicitas in bonis interioribus est ponenda Testificatur
enim hoc deus per scripturam ut idem ibidem innuit Nam deus
non est beatus per aliqua extrinseca bona · sed per ea que sunt
in seipso Si ergo anima beata assimilatur deo non erit beata nisi
per bona que sunt in seipsa Tertio in talibus bonis
non est ponenda felicitas · quia sunt valde mutabilia · complexio
enim humorum cum subiecta motui supercelestium corporum
variationi aeris mutationi ciborum et accidentali recipit vari
ationem · sed amissa sanitate amittitur robur corporis
· quia lesantur membra debilitantur nervi · propter quod
tollitur proportio nervorum et ossium in quibus habet esse cor
poralis fortitudo Sic etiam tollitur pulcritudo · quia amissa
sanitate fiunt membra macilenta · non tamen in eis co
lor debitus · amittunt conformitatem iam in qua consistit decor
et pulcritudo Non decet ergo regem nec aliquem hominem in talibus
suam felicitatem ponere · quia sunt corporalia · quodammodo ex
trinseca · et de facili mutabilia Dictis vero ad intelligentiam omnium
dictorum · quia non decet principem suam felicitatem ponere in voluptatibus

Corporalibus vel in diviciis vel in honoribus vel in fama vel
in civili potencia vel robore corporali vel in pulcritudine. Quibus
tamen omnibus est utendum ut sunt organa ad felicitatem. Debet enim
uti cibis in quibus est delectacio corporalis propter conservacionem individui
sive propter conservacionem persone proprie. Nam cum ipse sit caput
Regni ex defectu eius potest contingere malum genti. Debet uti
actu matrimoniali propter conservacionem speciei sive propter creacionem
prolis. Nam ex defectu filiorum multa regna passa sunt divi-
sionem et scandala. Decedentibus enim principibus absque liberis plures
insurgunt ut dominentur et faciunt dissensionem in populo. Debet
enim princeps possidere sufficientes divicias ut possit Regnum
defendere et exercere operaciones virtutum. Decet enim Regem esse ma-
gnificum et beneficiare personas dignas quod sine diviciis fieri
non potest. Sit etiam ne vilipendatur maiestas Regia. Est
Rex dignus honore et expedit ei habere civilem potenciam.
Nam propter vilipensionem principis ut plurimum aliqui op-
erantur mala et offendunt alios quod Regno non expedit.
Sit etiam debet esse circa ipsum principem debita fama quia per
hoc inducuntur subditi ad virtutem. Nam ut plurimum qualis
est princeps talis est populus. Cum igitur princeps bonus
predicatur subiecti suscipiunt materiam benefaciendi. Et sic etiam sanitas
pulcritudo et fortitudo competunt principi. Non quia in eis sit propria
felicitas sed quia possunt esse organa ad felicitatem. Talia ergo diligenda
sunt ut sunt organa ad felicitatem et ut faciunt ad quandam
claritatem felicitatis. Propter quod de hiis quomodo diligenda sunt hoc
breviter pertransimus quia de eis inferius sumus aliqua tractaturi.

## Quod in amore et in actu prudencie ponenda est felicitas

DUAS autem felicitates philosophus posuit. Unam
politicam aliam contemplativam. Voluit enim feli-
citatem ponendam non esse in viribus sive in potenciis
anime quia hiis non solum boni sed etiam mali parti-
cipant. Voluit etiam eam ponendam in habitibus quia
habens habitum et non operans quasi assimilatur dormienti.
Quidam autem homines dormiunt non videntur differre felici-
bus a miseris ut innuit philosophus primo ethicorum. In actu sive in
operacione anime est ponenda felicitas. Non in operacione virium
sed in operacione virtutis. Non cuiuslibet sed virtutis perfecte. Felici-
tas ergo ut dicitur primo ethicorum est operacio anime secundum
virtutem perfectam. Quia vero virtus perfecta secundum philosophum in vita
politica sit prudencia et in vita contemplativa sit perfecta
virtus sapiencia sive intellectus. Secundum ipsum quicunque scit alios
bene regulare secundum prudenciam est felix politice. Qui vero
scit speculari secundum veritatem est felix contemplative. De hiis duabus

Felicitatibus mentionem facit de quarum una determinat in x° ethicorum
ut de felicitate politica. de alia vero de contemplativa determinat
in decimo. Quarum autem sit una ponenda a philosopho non est
presentis speculationis. tamen ut appareat quod deceat regiam
maiestatem ponere suam felicitatem in actu prudentie. Se-
cundum quod decet regem maxime suam felicitatem ponere in ipso
deo quod triplici via venari possumus. Rex enim est homo
et est dei minister. et est rector multitudinis. Inquantum autem est homo
participat intellectu vel ratione. Cum igitur bonum rationis non sit bonum
aliquod particulare. quia hoc est bonum sensus. Sed bonum
rationis sit bonum universale et intelligibile. decet regiam maie-
statem ex ipso quod est homo et ratione participat ponere suam
felicitatem in bono maxime universali et maxime intelligibili
hoc autem est ipse deus. qui est bonum maxime universale quia
est bonum omnis boni. In eo enim omnis bonitas reperitur.
est etiam bonum maxime intelligibile et maxime a materia seperatum.
Secundo principem decet felicitatem suam ponere in ipso deo non
solum quia homo. sed etiam quia specialiter minister est dei minister.
Nam illud quod habet aliquid per participationem imperfecte
est instrumentum et organum eius quod habet illud essentialiter et perfecte
quia ergo virtutem regitivam et potentiam regnandi habet principaliter
et perfecte solus deus. oportet quod quicumque principatur sive regit
sit divinum organum sive sit minister dei. quilibet autem minister
suam intentionem et suum premium debet ponere in suo domino. et decet
eam expectare ab ipso. decet regem qui est dei minister suam
felicitatem ponere in ipso deo. et suum premium expectare ab
ipso. Tertio hoc decet regem eo quod est multitudinis rector.
Nam regens multitudinem debet intendere commune bonum. in eo
ergo debet suam felicitatem ponere quod est maxime universale
et commune bonum. huiusmodi autem est ut dicebatur ipse deus.
Rex ergo tum quia est dei minister. tum etiam quia habet intellectum
et tum quia intendit bonum commune debet suam felicitatem ponere
in deo cui servit. qui est bonum maxime intelligibile et maxime
universale et commune. Si igitur Rex debet suam felicitatem ponere
in deo. oportet ipsum huiusmodi felicitatem ponere in actu illius
virtutis per quam maxime deo coniungimur. huiusmodi autem actus
est dilectionis sive caritatis. Nam amor et dilectio maxime
vim unitivam et coniunctivam habet. Unde dionisius iiii°
de divinis nominibus ait. Amorem sive naturalem sive animalem
sive humanum sive angelicum sive divinum unitivam quandam
dicimus esse virtutem. In amore ergo divino est ponenda felicitas.
Sed cum probatio dilectionis sit exhibitio operis. et ex hoc aliquis

Probabile esse dilectionem altius si agat que ipse vult. Sic princeps est felix diligendo deum. dicitur se esse credendo feliciter operando que deus vult. Maxime autem deus requirit a Regibus et principibus ut per prudentiam et legem populum sibi commissum iuste et sancte regant. Regibus ergo et principibus ponenda est felicitas in actu prudentie non simpliciter. sed ut est imperatum a caritate. propter quod in ipso actu caritatis per quem et immediate coniungimur ipsi deo magis est ponenda felicitas quam in actu prudentie. licet in huiusmodi actu modo quo dictum est aliqualiter felicitas sit ponenda. Quantum sit premium regis regentis bene populum sibi commissum

xiij Magnum autem esse premium Regis si magna eius esse felicitatem. si per prudentiam et legem populum sibi commissum recte regat ex quinque declarari possumus. Nam meritum Regis ut ad presens spectat ad quinque comparari videtur. scilicet ad deum a quo redditur. ad Regem cui attribuitur. ad actum ex quo consurgit. ad virtutem ex qua efficitur. et ad materiam circa quam versatur. Deus enim est remunerator omnium bonorum. et quia non remunerat nisi ex amore. cum semper amor sit ad similes et conformes. oportet esse similem et conformem deo qui a deo remunerari desiderat. Quanto igitur quis magis gerit ymaginem eius. et plus se conformat ei. maius meritum ab ipso suscipiet. Principis autem status requirit. ut ipse sit deo conformior quam eius subditi. ymo eo ipso quod Rex studet per legem et prudentiam suum Regnum regere quo deus totum universum Regit et gubernat Rex maxime conformatur ei. ergo respectu dei a quo primo expectatur magnum est meritum Regis si regnum suum recte regat quia ex hoc ipsi deo maxime conformatur. Secundo magnum est premium Regis si refertur ad ipsum Regem cui huiusmodi premium est reddendum. Nam omnes actus ex ipsa difficultate operis quandam bonitatem assumunt. potentes enim transgredi si non transgrediuntur laudabiliores fiunt. Multi enim non existentes in statu in quo possent mala facere preservant se a malo. qui si tamen ad statum dignitatis assumerentur multas transgressiones efficerent. propter quod vulgo etiam scribitur quod principatus virum ostendit. tunc enim apparet qualis homo sit. cum in principatu existens in quo potest bene et male facere cogitat qualiter se habeat. Si ergo meritum Regis comparatur ad ipsum Regem cui reddenda est quadam magnitudine. Ipse videtur Reges cum preferuntur communi bono si non transgrediantur cum possint transgredi. maiore meritum esse videntur. Dicima autem parantes communi bono. quia si bono communi non parcerent. non oporteret eos esse maioris meriti

Ex hoc q transgredi prin quia si no consideato communi
bono quis periculo se exponat dato q no transgrediar quia
indiscrete agit suum initiu vero augmentat Tertio magnum
est initiu principium considerando actum per quem tale initio hz
esse Nam ex hoc actus est initiosus iniquitio est contra naturaz
et contra ordinem rationis ex hoc autem e bonus et initio
sui iniquitio e contra naturam et ordine rationis Quinto
actus magis est secundum naturam et ordinem rationis tanto
magis bonus est et magis initiorius valde autem est natura
esse indetur q pars exponat se pro toto videmus enim
q quia percutato capite percutitur et corpus totum brachiu
quia e pars corporis exponit statim se totum pro capite
ne totum corpus pereat Reges vero si bene regant gentez
sibi commissam ex operibus eorum consequuntur mercedem magnam
quia pro bono gentis et pro bono totali totaliter se exponunt
Quarto magis est initius Regum vacare initiu per quod quis
meretur huiusmodi initio Nam maior virtus requiritur ad
regendum seipsum quam ad regendum familiam et ad regendam
familiam quam ad regendum civitatem et Regnum Magis igitur
dz ee initia Regis ad quem spectat regere non solum se et suam
familiam sed etiam totum Regnum Cum igitur magis initiu
debeatur magis initio magnum erit initio Regum bene regentium
Regnum suum Sexto Quinto magnum erit premium ipsorum Regum
si consideretur materia circa quam operantur laudatur enim quis
si dirigat personam aliquam singularem Cum ergo bonum gentis
sit divinius quam aliquod bonum singulare ipsa materia circa
quam operatur Rex que est gens et multitudo indicat eius
premium esse magnum Et sic est finis primae
partis libri magna videbatur quod reges et principes suam
Sequitur tituli libri primi partis secunde felicitatem ponere debent
Primo Quo dividuntur potentiae anime et in quibus
potentiis habent esse virtutes
2m Quomodo distinguuntur virtutes quomodo se habent in
intellectu et appetitu
3m Quot sunt virtutes morales et quomodo
earum numerus est summendus
4tum Quod bonarum dispositionum quedam sunt virtutes
quedam sunt supra virtutem quedam annichi
llantes virtutibus et preparatores ad virtutem
Quintum Quod virtutum quedam sunt principales
et cardinales quedam non annexe derivata
vjm Quod diversitate notificari potest quod est pru

vii Quod deceat reges et principes esse prudentes
viii Quot et que oporteat habere regem si decet esse prudens
ix Quomodo reges et principes possunt seipsos prudentes facere
x Quot sunt modi iusticie et circa que iusticia habet esse
et quomodo ab aliis virtutibus est distincta
xi Quod absque iusticia nequeunt regna subsistere
xii Quod maxime decet reges esse iustos et in suo re
gno iusticiam observare
xiii Quid est fortitudo et circa que habet esse et quomodo pos
simus facere nosmetipsos fortes
xiiii Quot sunt species fortitudinis et secundum quam fortitudinem
decet reges et principes esse fortes
xv Quid est temperancia et circa que habet esse et que sunt
species eius et quomodo nosipsos possumus facere temperatos
xvi Quod ex probabilibus est esse intemperatum
quam timidum et quod maxime decet reges et prin
cipes temperatos esse nos possumus facere liberales
xvii Quid est liberalitas et circa que habet esse et quomodo
xviii Quod reges et principes quanto impossibile est esse prodigos
x et quod maxime detestabile est inter eos esse avaros
et quod potissime decet eos esse liberales
xix Quid est magnificencia et circa que habet esse et quomodo
possumus nosipsos magnificos facere
xx Quod maxime detestabile est reges et principes par
vificos et quod decet esse magnificos
xxi Que sunt proprietates magnifici et quod proprietates
illas reges et principes habere debent
xxii Quid est magnanimitas et circa quod habet esse et quomodo
possimus nosipsos magnanimos facere
xxiii Que sunt proprietates magnanimi et quod decet reges
et principes magnanimos esse
xxiiii Quomodo decet reges et principes esse amatores
honorum et qualis est virtus illa que dicitur
honoris amativa et quod dicitur magis est humilis
xxv Quod humilitas dici potest honoris amativa et
Quid est humilitas et circa que habet esse et quod decet
xxvi Reges et principes esse humiles

Quid est mansuetudo et circa que habet esse et quod xxvij
decet reges et principes esse mansuetos
Quid est amicabilitas et circa quae habet esse et quomodo xxviij
decet reges et principes esse amicabiles
Quid est veritas et circa que habet esse et quod decet xxix
reges et principes esse veraces
Quid est iocunditas et circa que habet esse et quomodo decet xxx
reges et principes esse iocundos
Quod maxime decet reges et principes omnes virtutes xxxi
habere quia si una careat nullam habeant
Quomodo diversi gradus bonorum et malorum sunt et in xxxij
quo horum reges et principes esse decet
Quot sunt gradus virtutum et in quibus virtutes xxxiij
habere deceat reges et principes
Quomodo bonis dispositionibus quedam sunt virtutes xxxiiij
quedam annexe virtutibus quae disponentes ad virtutes

Incipit secunda pars libri primi Capitulum primum ubi j
ostenditur potencie anime et de quibus potenciis
habeant esse virtutes

Postquam auxiliante deo complevimus primam partem huius libri primi in quo agitur de regimine ostendentes in quo reges et principes suam feliciatatem ponere debent quia non decet eos suum finem ponere in divitiis nec in civili potentia nec in aliquibus talibus sed omnibus ut supra plenius probatum debent uti tamquam organis ad feliciatatem. Suam autem feliciatatem ponere debent in actu prudencie prout tales actus est imperati a caritate. Illa tunc reges habent feliciatatem suo statui debitam et condignam quando instigante dei dilectione secundum prudenciam regnativam gentem sibi commissam secundum legem et rectam ducunt et iuste regunt. Principaliter igitur regum felicitas ponenda est in ipso deo et in cognitione et dilectione eius. Et suum studium et suam vitam ad hoc ordinare debeant ut cognoscentes et diligentes deum tamquam veri ministri eius secundum ordinem racionis dirigant populum sibi commissum. His igitur ita peractis et ostenso in quo reges debeant ponere suum finem in omne supra pertractato

Restat ponere quibus virtutibus reges pollere debeant. Virtutes autem
sunt quidam ornatus et quedam perfectiones anime. Oportet igitur
prius ostendere quot sunt potencie anime et in quibus potentiis
habent esse virtutes. Consequenter autem manifestabitur quomodo virtutes sunt
distinguende. Postea vero ostendemus quot sunt numero huiusmodi
virtutes et que illarum sunt principales et que secundarie. Deinde
declarabitur singulariter quid sit unaqueque illarum virtutum et quomodo deceat
reges et principes tales virtutes habere. Potencie autem anime
sic distingui possunt, quia quedam sunt naturales, quedam cognitive
sensitive, quedam appetitive et quedam intellective. Naturales
potencie sunt ille in quibus communicamus cum vegetabilibus et plantis
ut potencia nutritiva augmentativa generativa et talia que etiam
ipsis arboribus competunt. Potencie cognitive sensitive sunt
visus gustus et tactus et talia in quibus communicamus cum brutis.
Appetitive vero distinguuntur. Nam quidam appetitus est in homine
in quo non communicat cum brutis ut appetitus sequens intellectum.
Quidam vero in quo communicat cum eis ut appetitus sequens se-
sum. Appetitus autem sequens sensum potest nominari sensua-
litas, sequens intellectum nominatur voluntas. Secundum quem modum
loquendi bruta habent sensualitatem et appetitum sensitivum, sed
non habent voluntatem et appetitum intellectivum. Virtutes ergo
de quibus loqui intendimus que sunt quidam habitus laudabiles
vel erunt in potentiis naturalibus vel in ipsis sensibilibus vel in
appetitu sensitivo vel in appetitu intellectivo vel in ipso intellectu
vel in his omnibus vel in aliquibus horum. In potentiis autem
naturalibus esse non possunt, quod triplici ratione probari potest. Primo quia ex
naturalibus nec vituperamur nec laudamur. Nullus enim dicitur bonus
homo ex eo quod habeat bonam digestionem vel augmentationem
bonam. Secundo in talibus non habent huiusmodi virtutes, quia
virtus est aliquid secundum rationem ut potest haberi ex II Ethicorum.
Potencie autem naturales sic huiusmodi sunt quod rationi non obediunt.
Nam si quis ratiocinetur sive velit sive nolit homo, non
propter hoc per se loquendo potencie naturales variantur in actibus suis,
sed semper secundum modum sibi proprium suas actiones efficiunt.
Tercio quia in talibus potentiis non sunt habitus et virtutes,
quia habitus sunt ad determinandum potencias ut bene vel male
agant, vel per habitus viciosos determinantur potencie ad agendum
male, per virtuosos ad agendum bene. Cum igitur natura
sit determinata ad unum et potencie naturales sufficienter determinantur
ad agendum ex natura sua, secundum eas non sumus viciosi nec virtuosi,
ut habetur de vicio et virtute loquimur, quare in eis huiusmodi
virtutes esse non possunt. His ergo tribus rationibus probatum
est virtutes non esse in potentiis naturalibus. Planum est per eas non esse

In cognitivis sensitiva sive in potentiis sensitivis. Nam sicut non laudamur nec vituperamur ex potentiis naturalibus, sic neque laudamur nec vituperamur ex sensibus. Nam sicut nullus laudatur tamquam bonus homo ex eo quod bene digerat et bene retestat. Sic non laudatur ex eo quod acute videt vel subtiliter audit, nisi forte hoc esset passivus, vel si quis ex superflua comestione vel ex nimia potatione incurrisset obtalmiam oculorum ne bene videret, vel debilitatem stomachi ne bene digereret, increparetur ille non quia male digerat vel quia non clare videt, quia bene digerere per se loquendo non est in potestate hominis, sed increparetur ex nimio potu vel ex superfluo cibo. Nam erat in potestate sua ut posset in potu et cibo moderate. Secundo in sensibus non est ponenda virtus moralis, quia sicut potentie naturales non obediunt rationi, quia secundum regulam rationis nullus magis et minus digerit, sic nec sensus obediunt rationi. Non enim est in potestate hominis clarius vel minus clare videre. Quare vide
si virtus moralis est aliquid secundum rationem, huiusmodi virtus in sensibus poni non debet. Tertio in talibus non est moralis virtus, quia sicut potentie naturales sufficienter determinantur ad actiones suas per suam naturam, sic et sensus. Nam sicut ignis tantum calefacit quantum potest calefacere, propter quod hoc quia determinatur in actione sua, nec laudatur nec vituperatur, nec est in eo virtus moralis, sic quia potentia digestiva tantum digerit quantum potest digerere, et oculus tantum videt quantum potest videre, in eis virtus moralis esse non potest. Nam per virtutem moralem determinatur potentia ad agendum. Hoc autem sufficienter determinantur ad actiones proprias per naturam. Non igitur indigent virtute morali. Si igitur nec in potentiis naturalibus nec in sensibus est virtus moralis, cum preter potentias naturales et sensus non sit nisi intellectus et appetitus intellectivus et sensitivus, oportet in talibus esse virtutes morales.

## Capitulum 2m in quo distinguuntur virtutes et quomodo se habent in intellectu et appetitu

Ostenso quod nec in potentiis naturalibus nec in sensibus habent esse virtutes, restat ostendere quomodo distinguuntur virtutes et que in intellectu et appetitu existunt. Distinguendum est ergo de virtutibus et de hiis potentiis. Nam virtutum quedam sunt intellectuales, quedam morales, quedam medie inter intellectuales et morales. Virtutes intellectuales dicuntur ille que sunt in intellectu speculativo, huiusmodi sunt scientie speculative, ut naturalis philosophia, geometria, arismetica et cetera talia. Virtutes vero sunt morales que sunt ille que sunt in appetitu, sive appetitus ille sit sensitivus sive intellectivus. Huiusmodi autem sunt iustitia, temperantia, fortitudo, mansuetudo

Restat tertia via de quibus singulis sunt tractaturi. Virtutes aut
medie inter intellectuales et morales sunt virtutes existentes in
intellectu practico ut prudentia et alie virtutes sibi annexe.
Prudentia autem secundum Commentatorem super librum Ethicorum
media est inter virtutes morales et intellectuales. connumerari
tamen potest cum virtutibus moralibus. nam prudentia non
inest nisi hominibus bonis sicut nec virtutes morales. plurimi
enim homines etsi possent esse scientes astuti et versipelles
prudentes tamen esse non possunt ut suo loco probabitur.
Unde est hoc quod dicitur vi Ethicorum quod impossibile est prudentem
esse non existentem bonum. Dimissis igitur intellectualibus et divinis
scientiis competit nobis de prudentia et virtutibus moralibus esse trac-
tandum. Cum ex prima enim ut pluries diximus presens opus
non ut sciamus sed ut boni fiamus que bonitas sine pruden-
tia et sine virtutibus moralibus nobis inesse non potest. Has autem
virtutes in intellectu et appetitu sic esse contingit. Dictum est
enim virtutem esse aliquid circa rationem, dz igitur esse ratio-
nalem potentiam in qua ponitur esse virtus. Rationale
autem duplex est secundum Philosophum per essentiam et per participationem.
Intellectus autem est rationalis per essentiam. appetitus vero per
participationem. Nam appetitus licet non sit ipse intellectus vel
ipsa ratio essentialiter, dicitur tamen participare ratione. quia est
aptus natus rationi obedire. Potentie autem naturales cum ipse
nec sint rationales per essentiam. quia non ipsa ratio sunt. nec
rationem participant. quia per se et secundum quod huiusmodi non obe-
diunt rationi. Igitur in sensibus et potentiis naturalibus
ut supra dicebatur non habent esse virtutes. sed solum esse
habent in intellectu et appetitu. In nobis autem duplex est
appetitus intellectivus et sensitivus. Nam sicut appetitus
naturalis sequitur formam naturaliter adeptam. sic appetitus
cognitivus sequitur formam per cognitionem apprehensam. Sicut
enim gravia ex eo quod habent formam gravis consequitur
ea quedam naturalis inclinatio et quidam appetitus naturalis
ut naturaliter desiderant esse deorsum. sic habentia cognitionem
prout habent in se ipsis formam apprehensam sequitur quedam
inclinatio et quidam appetitus secundum formam illam. Propter quod
sicut est in nobis duplex cognitio sensitiva et intellectiva sic
est in nobis duplex appetitus unus sensitivus qui sequitur formam
apprehensam per sensum. et intellectivus qui sequitur formam ap-
prehensam per intellectum. Appetitus autem sensitivus duplex est. Nam
cum animalia sint sive inanimata si natura elementis et corporibus
inanimatis dedit duplicem potentiam unam per quam
tendunt in propriam quietem et aliam per quam resistunt

Et agunt in prohibentia et in contraria · unde multo magis habent
duplicem potentiam natura dedit ipsis animalibus que sunt
perfecta illis · Videmus enim quod ignis naturaliter est calidus et levis · per
levitatem enim tendit ad locum proprium et in quiete sibi convenientem
· per caliditatem vero agit in contraria · ne ergo ignis per contingens
contraria agentia impediretur · ne per levitatem in proprio
loco quiesceret · dedit ei natura potentiam calefactivam ut per
eam resisteret et ageret in contraria corruptiva · Si igitur igni
et rebus inanimatis natura dedit potentiam duplicem · unam per
quam adipiscuntur propriam quietem · et aliam per quam in prohibentia
et contraria · multo magis hoc dedit animalibus · tribuit ergo eis du
plicem appetitum sensitivum · unum per quem prosequuntur propriam quietem
et propriam delectationem ut concupiscibilem · et aliud per quem resi
stunt et aggrediuntur prohibitiva et contraria ut irascibilem · ita
ut concupiscibilis se habeat sicut levitas vel gravitas in levibus et gravi
bus · Irascibilis vero se habeat quasi caliditas in eis · Nam sicut
gravia per gravitatem recedunt a loco sursum tamquam a non
conveniente · et tendunt in locum deorsum tamquam ad locum convenientem
et conformem · per frigiditatem vero resistunt contrariis ne corrump
antur a propria natura · et deserant propria loca et propriam quietem
Sic animalia per concupiscibilem fugiunt mala tristia et pro
sequuntur bona delectabilia · per irascibilem vero aggrediuntur contraria
que possunt esse ab huiusmodi delectationibus prohibere · ut leo per
concupiscibilem persequitur ut prosequatur cibum tamquam aliquid
delectabile · per irascibilem vero aggreditur aliud volentia ipsum
prohibere in cibo adepto · per quod bene dictum est · quod concupisci
bilis respicit bonum et malum secundum se · Irascibilis respicit
inquantum habent rationem difficilis et ardui · Nam tunc bonum
secundum se dictat quid prosequendum · malum vero quid fugiendum
Concupiscibilis que secundum se tendit in quiete et in bona
delectabilia · et fugit mala tristia · pro obiecto habet bona et
mala sensibilia secundum se considerata · Irascibilis vero secundum
quam aggreditur et resistit prohibentibus et nocivis · et
tendit in bona et mala sensibilia · non secundum se considerata
sed ut habent rationem ardui et difficilis · Nam arduitas et dif
ficultas potissime sunt repugnantia et prohibentia ne possemus
prosequi bonum et vitare malum · Imperfecte ergo egisset na
tura si dedisset animalibus concupiscibilem per quam vitarent mala et pro
sequerentur bona · nisi dedisset eis irascibilem per quam aggredi
rentur impedientia delectationes illas · ut igitur alia animalia modo
sibi congruentem plene possint delectari per concupiscibilem
data est eis irascibilis per quam resistat et aggrediatur impe
dientia delectationes illas · Duplex est igitur appetitus sensitivus

Irascibilis et concupiscibilis. Appetitus autem intellectivus qui dicitur voluntas remanet indivisus. Nam cum intellectus universaliori modo respiciat suum obiectum quam sensus. appetitus intellectivus qui sequitur intellectum universaliori modo fertur in bonum quam appetitus secundum sensum. Et quia quanto aliquid sub universaliori modo accipitur. tanto unum et idem existens ad plura se extendit. licet ergo appetitus sensitivus sit alius et alius secundum quem prosequimur delectabilia secundum sensum. et aggredimur terribilia. appetitus tamen intellectivus unus et idem existens fertur in omne bonum intelligibile non ergo est alius appetitus intellectivus secundum quem prosequimur bona delectabilia per intellectum et aggredimur bona ardua. sicut est alius appetitus sensitivus secundum quem prosequimur bona delectabilia sensibilia et aggredimur terribilia. Quare si omnis moralis virtus vel est in intellectu vel appetitu. et appetitus alius est intellectivus vel voluntas. Alius sensitivus. et hic duplex irascibilis scilicet et concupiscibilis. Oportet omnem virtutem moralem vel esse in intellectu vel in voluntate. vel in irascibili vel in concupiscibili. accipiendo virtutem moralem large prout ipsam prudentiam dicimus quandam virtutem moralem. dicere possumus quod secundum has quatuor potentias animae in quibus habet esse virtus. sumpte sunt quatuor virtutes cardinales. scilicet prudentia. iustitia fortitudo et temperantia. Nam prudentia est in intellectu. Iustitia in voluntate. fortitudo in irascibili. temperantia in concupiscibili.

iii Capitulum tertium quot sint virtutes morales et quomodo earum numerus est sumendus

Philosophus circa finem secundi Ethicorum praeter prudentiam et iustitiam enumerat decem virtutes morales videlicet fortitudinem. temperantiam. honoris amativam magnanimitatem largitatem. magnificentiam. mansuetudinem. veritatem. affabilitatem. et eutrapeliam quam bene urbanitatem vel socialitatem appellare possumus. Igitur computata iustitia et prudentia duodecim sunt virtutes morales. de quibus omnibus quae sint et quomodo debent eas reges habere et quas partes habent vel virtutes annexas. singulariter est dicendum. Numerus autem earum sic potest accipi. Nam cum subiectum virtutis sit vel intellectus vel voluntas. vel appetitus sensitivus. Omnis virtus moralis vel est in intellectu ut prudentia. vel in voluntate ut iustitia. vel in appetitu sensitivo ut ille decem virtutes morales quas enumeravimus quas tangit philosophus circa secundum Ethicorum. Possumus autem adhuc accipere sic hec virtutes. Nam virtutes sunt medietates quedam et non habent fieri nisi circa ea quae sunt in potestate nostra in quibus debemus nos ponere medietatem vel aequalitatem

Sine rectitudine. Huiusmodi autem tales sunt recte rationes passi
ones et operationes exteriores. per virtutes enim dicuntur huiusmodi rationes
recte, moderatas passiones et operationes exteriores equatas
et mensuratas. Secundo sciendum quod huiusmodi rationes rectas sumpte
prudencia prout non huiusmodi exteriores operationes et mensuratas
et equatas habent esse iusticia. sed prout sunt in nobis pas
siones moderate accipiuntur ille decem virtutes morales de quibus
in precedentibus huius capituli fecimus mencionem. Iusticia igitur
que est in voluntate sic differt ab illis decem virtutibus que sunt
in appetitu sensitivo. Utraque enim virtus moderatur et equat
operationes exteriores et passiones existentes in appetitu aliter tamen
et aliter. Nam ille decem virtutes per se et primo moderantur
et rectificant passiones. Si autem rectificant operationes exteriores.
hoc est ex consequenti inquantum moderatis passionibus moderate
ferimur in operationes exteriores. Iusticia autem e converso per
prius equat et moderat ipsas res vel ipsas operationes exterio
res. efficit enim quod cuilibet tribuatur quod decet. vel quod ei debetur
vel quod suum est. Si autem moderatur et rectificat passiones
et motus existentes in appetitu hoc est ex consequenti inquantum
moderatis et equatis rebus et operationibus exterioribus passiones in
nobis rectificantur et moderantur. Tercio autem hec eadem divi
sio sic sumi potest. Nam omnis virtus moralis tendit in bonum
rationis. tendere autem in bonum rationis potest esse tripliciter.
Vel quia huiusmodi bonum perficit. vel quia ipsum efficit
vel quia ipsum custodit et conservat. Prudencia autem
intendit in bonum rationis quia ipsam rationem perficit. Est
enim prudencia in ipso intellectu tamquam perfectio in ipso
perfectibili. Iusticia vero tendit in bonum rationis quia huiusmodi
bonum efficit. Nam iusticia in operationibus exterioribus et in
ipsis rebus efficit id bonum et illam equalitatem quam
ratio dictat. Ille autem virtutes morales ut communiter ponuntur
tendunt in bonum rationis quia illud custodiunt et con
servant. Nam huiusmodi virtutes moderantes passiones agunt
ne per eas homo abducatur et recedat a bono rationis.
propter huiusmodi bonum dicuntur custodire et conservare. Dicamus
igitur quod virtus moralis vel rectificat rationem. et sic est in
ratione. et est rationis perfectiva et sic est prudencia. vel est
in voluntate et adequat operationes exteriores et est boni rationis
effectiva et sic est iusticia. vel est in appetitu sensitivo et moderatur
passiones. et est boni rationis custoditiva et conservativa. et sic
sumuntur ille decem virtutes morales superius enumerate. Quarto
modus et sufficientia sic potest accipi. dicendum est quod virtutes aliquas
esse circa passiones quas per se habent moderare et equare.

Sicut igitur ex aliis et aliis obiectis surgunt alie et alie passiones
accipi potuerunt alie et alie virtutes prout in illis passionibus secundum
ordinem rationis et aliud medium reperitur. ut ergo liceat tipo et super
ficialiter perstringere Dicamus quod passiones vel surgunt ex bono vel ex
malo Si ex malo vel ex futuro vel ex presenti Si ex futuro sic sunt
in nobis passiones timor et audacia timor quidem ab eo confugiamus
audacia cum illud aggredimur Inter has autem duas passiones
sumitur una virtus media scilicet fortitudo. erit ergo fortitudo que est me
dietas timoris et audacie in irascibili. quia timor et audacia
in irascibili habent esse Si vero huiusmodi passiones oriuntur
ex malo presenti quod est nobis iam illatum. vel insurgimus ad
puniendum. et tunc est ira que proprie per [illegible] vel propter malum
illatum appetit penam in vindicta Si autem ab hac punitione
vel vindicta deficimus. sic est mititas Medium autem horum
est virtus que dicitur mansuetudo Mansuetudo tamen non proprie nominat
virtutem mediam inter mititatem et iram Immo magis nominat
ipsam passionem que est mititas. ac tamen ut dicit Philosophus in 2o Ethicorum
quia non habemus proprium nomen respectu virtutis nominatur nomine
passionis deficientis. et dicitur mansuetudo Erit autem mansuetudo
in irascibili. quia circa ea sunt mititas et ira. circa que
virtus huiusmodi videtur consistere Due igitur virtutes existentes
in irascibili sumuntur circa passiones que oriuntur ex malo.
ut fortitudo est circa passiones ortas ex malo futuro Man
suetudo autem circa ortas ex malo presenti Si autem sumantur
virtutes circa passiones que oriuntur ex bono. tunc distinguendum
est de bono. quia quoddam est bonum hominis in se. quoddam est
vero bonum eius ut habet ordinem ad alios Bonum hominis in
se triplex est. quia quoddam est delectabile ut cibi et potus. quoddam est bonum
utile ut pecunia. quoddam honestum ut honor Honestum enim
ab ipso honore sumit originem Est enim honestum quasi
honoris status. circa passiones ortas ex bono delectabili non
sumitur nisi una virtus ut temperancia que est in concupiscibili
circa passiones ortas ex bono utili sumuntur due virtutes
Nam huiusmodi vel est mediocre et commune. et sic est libera
litas que est circa mediocres sumptus. vel est id bonum
arduum. et sic est magnificencia que est circa magnos sumptus

Item est enim magnificencia quasi magna faciens. erit libera
litas in concupiscibili Magnificencia vero racione arduitatis
erit in irascibili. Sive id bonum sit honestum sive honor
tunc honor ille vel est mediocris. et tunc est quedam virtus
que communi nomine dici potest honoris amativa sive honoris
amor Si autem honor ille sit magnus sic est mag
nanimitas que circa magnos honores est Est autem honoris amativa

In concupiscibili. Magnanimitas uero in irascibili. Ex quo patz
quia bona delectabilia non sic possunt habere rationem ardui sicut
utilia et honesta. licet tamen ex bonis utilibus quam ex honestis
sumuntur due uirtutes. quarum una est in concupiscibili alia in
irascibili. Ex bonis tamen delectabilibus non sumitur nisi una uirtus
que est in concupiscibili. scilicet temperancia. Si uero huiusmodi uirtutes sumantur
circa passiones que oriuntur ex bonis ut communicamus cum aliis
sic iuxta sententiam ethicorum sumuntur tres uirtutes. Nam cum communicamus
aliis in uerbis et operibus. opera autem et uerba ut communicamus cum
aliis deseruiunt nobis ad ueritatem. uitam et ludum. Erunt ergo tres
uirtutes scilicet ueritas. affabilitas. et antropologia. que potest dici
bona uersio. Est autem ueritas ut hic de ea loquimur et ut est
uirtus non speculatiua. sed sumitur hic ueritas prout aliquis non
est ypocrita nec iactator. sed est apertus et uerbis et factis ostendit
se talem qualis est. Affabilitas uero est qua quis bene se habet
circa conuersationem uite ut quod non est adulator nec est discolus
sed affabilis et curialis. Antropolia uero siue bona uersio est
qua aliquis bene scit se habere in ludo. ut non sit histrio quod
de omnibus uelit ludere. nec sit aggrestis quod de nullo uelit lu-
dere. sed ut eutrapolus et bene se uertens ut se habeat circa
ludos prout expedit. Omnes autem hee tres uirtutes quia
non sunt circa aliquod arduum sunt in concupiscibili. Patet ergo quod cum
quatuor potentie anime sint susceptibiles uirtutum de quibus loqui-
mur duodecim sunt huiusmodi uirtutes. quia una est in intellectu
et una in uoluntate quatuor in irascibili. et sex in concupiscibili
In intellectu est prudencia In uoluntate iusticia. in ira-
scibili est fortitudo mansuetudo. magnanimitas et magnificencia
que sic accipiuntur. quia fortitudo et mansuetudo sunt circa
passiones ortas ex malis presentibus Magnificencia uero et
magnanimitas sunt circa bona ardua aliter et aliter. quia
magnificencia est circa magna bona utilia ut circa magnos
sumptus Magnanimitas uero circa magna bona honesta ut circa
magnos honores In concupiscibili autem sunt vi uirtutes
scilicet temperancia. liberalitas. honoris amatiua. ueritas. affa-
bilitas. et eutrapolia. que sic accipiuntur. quia tres harum
ut temperancia liberalitas et honoris amatiua sumuntur secundum
bona hominis in se. alie uero tres secundum bona hominis in
ordine ad alium. Secundum ergo utraque bona sunt tres uir-
tutes. Nam bona hominis in se tria sunt. Nam quedam sunt
delectabilia circa que est liberalitas. quedam honesta circa
que est honoris amatiua. quedam utilia circa quod est temperancia
Sed et bona in ordine ad alium tria possunt considerari
vel ut deseruiunt nobis ad manifestationem et sic est ueritas

ueritas

affabilitas

Eutropalia

Vel ad vitam et sic est affabilitas. Vel ad ludum et sic est eutrapelia.
Ostensum est ergo quot sunt huiusmodi virtutes et quomodo distinguuntur.

Quod bonarum virtutum quedam sunt virtutes quedam supra virtutem
quedam annexe virtutibus et preparationes ad virtutem

IIII Ostendimus in precedenti capitulo duodecim
virtutes quarum una est in intellectu ut prudentia.
Una in voluntate ut iusticia. quatuor in irascibili
ut fortitudo. mansuetudo. magnanimitas. et magni
ficentia. et sex in concupiscibili. ut temperantia et alias quas supra
enumeravimus. Ne ergo aliquis crederet non esse aliquas alias bonas
dispositiones preter virtutes enumeratas. decrevimus ostendere quod loquendo
de bonis dispositionibus de quibus locuti sunt philosophi. quia de aliis
ad presens non intendimus tractatum construere. Quedam sunt virtutes
quedam ancillantes virtuti. quedam preparationes ad virtutem
quedam supra virtutem. Large enim accipiendo virtutem
omnes huiusmodi bone dispositiones virtutes appellari possunt. Ni
chilominus tamen quedam bone dispositiones ancillantur virtuti. ut
bene consiliari. et bene iudicare de consiliatis ancillantur prudentie.
qui ergo est bene dispositus ad hec. aptus est ut sit prudens.
Quedam non bone dispositiones non sunt completa virtus. sed
sunt dispositiones ad virtutem. ut perseverancia et continentia.
que ut de eis loquitur philosophus. non sunt completa virtus sed
dispositio ad virtutem. Nam ille perseverare dicitur. qui non cadit
etiam si temptetur. hoc autem etiam et non virtuosi huius aliqui
qui non passionati non ruunt. Continens autem dicitur qui passi
onatur et habet passiones fortes. tamen continet se. et non credit
passioni. sed rationi. Non ergo continens est complete virtuosus
quia propter passiones fortes licet bene agat. non tamen est ei
delectabile bene agere. Continentia ergo et perseverantia sic accepta
quamvis sit quedam bona dispositio. non tamen virtus. sed
dispositio ad virtutem. Sunt etiam quedam bone dispositiones
que sunt supra virtutem. huiusmodi est virtus divina sive
virtus heroica et supermundana de qua determinatur vii. ethicorum.
Nam sicut aliqui homines sunt quasi bestie et sunt mali
ultra modum hominum. sic aliqui sunt quasi divini. et sunt
boni supra modum humanum. propter quod supervirtuosi dici
possunt. huiusmodi autem virtutem divinam que est
quodammodo super virtutes maxime habere debent Reges et
principes. qui ut dictum est semidei esse debent. Quarto
quedam bone dispositiones sunt ipse virtutes. huiusmodi
sunt iusticia prudentia et alie. de quibus in precedenti capitulo
fecimus mentionem. de omnibus ergo his quatuor suo loco dicetur.
determinabimus enim de virtutibus. ostendentes quomodo Reges

Et principes decet habere virtutes, determinabimus ergo de annumerationibus virtutum et de dispositionibus ad virtutem et de hiis que fiunt supra virtutem, ostendentes quomodo reges et principes oportet talibus esse ornatos. Sed primo de ipsis virtutibus est dicendum.

**Quod virtutum quedam sunt principales et cardinales quedam vero annexe.** b.

c Enumeravimus supra duodecim virtutes, sed non omnes ille xii sunt equalis perfectionis nec sunt eque principales. Consuevit enim apud sanctos et etiam apud philosophos distingui inter virtutes, quia quedam sunt cardinales et principales, quedam vero annexe. Cardinales autem sunt quattuor, videlicet iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia. Annexe autem et non principales sunt viii alie de quibus supra fecimus mentionem. Has autem iiii virtutes esse cardinales et principales triplici via venari possumus. Prima via sumitur ex parte materie circa quam versantur. Secunda ex parte subiecti in quo existunt. Tertia ex parte conditionum que ad virtutes requiruntur. Prima via sic patet. Nam omnis virtus vel est circa rationes vel circa passiones aut circa operationes. Cum enim contingat ratiocinari recte et non recte, oportuit dare virtutem aliquam que sit recta ratio et que de ipsis agibilibus rectas rationes faciat. Rursum cum contingat operari recte et non recte, sicut est dare virtutem per quam dirigimur in operando ipsa agibilia. Amplius quia contingit nos passionari recte et non recte, oportet dare virtutes aliquas per quas modificemur in ipsis passionibus. Cum ergo passiones quedam impellant nos ad malum, ut passiones concupiscibiles, que promissive sunt ad agendum aliquid, quedam vero retrahunt nos a bono, ut passiones irascibiles, circa passiones oportet dare virtutes aliquas ne passiones nos impellant ad illud quod ratio vetat, et oportet dare virtutem aliam ne passiones nos retrahant ab eo quod ratio dictat. Omnis ergo virtus vel rectificat rationes vel equat operationes vel modificat passiones que nos impellant ad illud quod ratio vetat vel modificat eas ne nos retrahant ab eo quod ratio dictat. Et quia prudentia potissime rectificat rationes, iustitia potissime equat operationes, temperantia potissime modificat passiones que nos impellant ad id quod ratio vetat, fortitudo potissime modificat eas ne nos retrahant ab eo quod ratio dictat. Ideo sumpta materia circa quam versantur huiusmodi virtutes, dicuntur hee quattuor cardinales et principales, quia sunt circa materiam illam circa quam principaliter versatur humana vita. Secunda via ad

investigandi has virtutes esse cardinales et principales sumi
pot ex parte subiecti in quo existunt. dictum est .n. sup. virtutes
de quibus loquimur esse in quatuor potenciis anime. vz in intellectu
in voluntate. in irascibili. in concupiscibili. Cum ergo in intellectu
pratico principalior virtus sit prudentia. in voluntate lo-
quendo de virtutibus acquisitis principalior sit iustitia. in irascibili
vero principalior sit fortitudo. et in concupiscibili temperantia.
ideo hee quatuor virtutes. s. prudentia iustitia temperantia fortitudo
principales et cardinales dicuntur. Tercia via sumitur ex parte
conditionum que ad quamlibet virtutem requiruntur. Nam ois
actus si virtuosus esse debet oportet quod fiat prudenter iuste fortiter
et temperate. ideo hee quatuor virtutes principales et cardinales
simpliciter esse dicuntur. in alijs ergo virtutibus moralibus pot
esse aliqua principalitas sicut magnanimitas principalitatem
quandam habet super virtutes alias. quia ut patet per iiij° Ethicorum
magnanimitas videtur esse ornatus quidam omnium aliarum virtutum.
Sic etiam et magnificentia principalitatem quandam habet propter ma-
gnitudinem sumptuum circa quam versatur. habent ergo alie vir-
tutes principalitatem quandam. sed hee quatuor sunt principales
et cardinales esse dicuntur. quod quomodo sit in prosequendo de eis singulariter
plenius ostendetur. Si ergo hee quatuor sunt principales et cardinales re-
spectu aliarum. Primo de hijs quatuor est dicendum. Rursus quia pru-
dentia est principalior omnibus alijs cum sit directiva omnium aliarum
et iustitia est principalior quam fortitudo et temperantia cum iustitia sit circa co-
mmutationes rerum et circa distributiones bonorum circa que principaliter
versatur vita nostra. et quia fortitudo est principalior quam temperantia
cum fortitudo magis ordinetur ad bonum gentis et ad bonum quod
quam ipsa temperantia. ideo erit hic ordo quia primo dicemus
quid est prudentia et quod decet Reges et principes esse pru-
dentes. Secundo determinabimus de ipsa iustitia ostendentes quod decet
Reges et principes esse iustos. Deinde determinabimus de forti-
tudine et temperantia declarantes quod convenit Reges et princi-
pes esse fortes et temperatos. Consequenter tractabimus
de magnanimitate et magnificentia et alijs virtutibus manifestantes
quomodo decet Reges et principes talibus virtutibus esse perfectos

.vi. Quomodo diversitate notificari potest quid est prudentia

PRUDENCIA autem de qua primo tractare
intendimus ad diversa comparari habet. et prout ad di-
versa comparatur aliam et aliam notificationem suscipit
Quinto enim ad presens spectat prudentia ad quinque
comparare possumus vz ad virtutes morales quarum est
directiva ad virtutes intellectuales rerum quarum est perceptiva

Ad materiam circa quam versatur ad scientiam et ad artem a quibus distinguitur
est quod prudentia virtutum moralium directiva. Nam virtutes morales de
se inclinant in finem sibi convenientem ut temperantia inclinat
in sobrietatem et in detestationem venereorum. Sed non sufficit incli-
nari in finem debitum temperantie vel in finem aliarum virtutum
moralium nisi sciamus quomodo possimus consequi talem finem
quod fit per prudentiam. Per virtutes ergo morales prestatuimus nobis
debitos fines. Sed per prudentiam dirigimur in fines illos.
Accipit autem prudentia fines a virtutibus moralibus et per
ea que sunt ad finem recte dirigit in fines illos. Quare
prudentia ut comparatur ad virtutes morales sic diffiniri potest
quod est perfectio intellectus sive quod est bona qualitas intellectus
directiva in finem virtutum moralium. Secundo potest comparari
prudentia ad virtutes intellectuales respectu quarum est
preceptiva. Prout enim ad propositum spectat si circa agibilia
bene procedere volumus tria habere debemus. Primo debemus
diversas vias invenire. Secundo de inventis debemus iudicare.
Tertio debemus precipere ut fiant opera secundum inventa et iudi-
cata. Ut si vellemus circa opera bellica castrum aliquod capere
primo invenienda essent vie et excogitandi essent modi per
quos modos illud castrum capi posset. Secundo iudicandum
esset de hiis inventis utrum bone essent ad propositum consequendum.
Tertio precipiendum esset ut fierent opera circa inventa et iudicata.
In intellectu ergo nostro debent esse tres virtutes. Una per quam
bene inveniamus vel ut bene consiliemur quam philosophus in vi ethicorum
appellat eubuliam id est bene consiliativam. Alia vero per quam
bene iudicemus de inventis quam philosophus appellat synesim id est
bene iudicativam. Tertia per quam precipiamus ut fiant opera
secundum inventa et iudicata. Et hanc dicimus esse prudentiam.
Prudentia igitur respectu inventive et iudicative dicitur esse precep-
tiva quia quod ille invenerunt et iudicaverunt ista precipit ut
fiat. Prudentia enim immediate dirigit in opera fienda. Cum
quod precipiat illa fieri quam faciat circa inventiva et iudicativa.
Cum ergo in moralibus actus et opera iudicantur esse potiora
prudentia que immediate se habet ad ea est potior virtute inven-
tiva et iudicativa. Prudentia igitur respectu virtutis inventive
et iudicative que sunt virtutes intellectuales sic diffiniri
potest quod est preceptiva iudicatorum et inventorum. Unde
vi ethicorum dicitur quod sicut eubulie est invenire et synesis
est iudicare sic prudentie est precipere. Tertio prudentia
potest comparari ad materiam circa quam versatur. Unde prudentia
sit circa agibilia. Et agibilia sunt singularia oportet prudentiam esse
circa particularia applicando universales regulas et singularia negotia

prudentia diffinitur

Ut vi ethicorum declaratur. Comparata ergo prudentia ad materiam circa quam versatur sic describi potest secundum universales maximas principia facta continens huiusmodi autem ubi rectae sunt bonae leges, debitae consuetudines et alia per quae regulari possumus in agendo. Secundo comparata ad ipsam scientiam a qua distinguitur. Nam scientia est de rebus necessariis. Iuxta illud Boetii primo arismetice. Scientia est eorum quae immutabiliter subsistunt sentiuntur. Prudentia autem est actuum humanorum et rerum contingentium quae sunt in potestate nostra facere vel non facere illa. Propter quod ut dicitur prudentia a scientia sic describi potest quod est recta ratio contingentium existentium in potestate nostra. Tertio comparari potest prudentia ad artem a qua etiam distinguitur. Nam ars est rerum factibilium et non praesupponit voluntatis rectitudinem. Prudentia vero respectu agibilium et praesupponit rectitudinem appetitus. Propter quod scribitur vi Ethicorum quod artifex voluntarie peccans est melior quam peccans involuntarie. Prudens vero voluntarie peccans est peior. In operibus enim destructibus artis melius est peccare voluntarie quam involuntarie. Sed in operibus destructibus ad vitam circa quae versatur prudentia peius est peccare voluntarie quam involuntarie. Prudentia igitur quia nullus potest esse prudens nisi sit bonus et habeat voluntatem rectam non est ars sed virtus. Propter quod prudentia comparata ad artem a qua distinguitur sic diffiniri potest quod est recta ratio agibilium praesupponens rectitudinem voluntatis. Ex omnibus ergo hiis de ipsa prudentia unam communem descriptionem formare possumus dicendo quod prudentia est habitus intellectualis directiva virtutum moralium praeceptiva inventa et iudicata secundum universales maximas principia contingentia agibilia continens praesupponens rectitudinem voluntatis.

vii. Quod decet reges et principes esse prudentes

Viso quid est prudencia et ostenso quod per prudentiam recte dirigimur in bonum finem in quem inclinant virtutes morales. Restat ostendere quod decet reges et principes esse prudentes. Sunt autem triplicia quae spectant ad praesens tria quae maxime rex attendere debet. Primo ut spectat ad ipsum summe intendere ut sit rex secundum rei veritatem et non nomine tantum. Secundo studere debet ne sumat principatus in tyrannidem conversus. Tertio tamen studere debet ut naturaliter dominetur. Tripliciter ergo via investigare possumus quod decet regem esse prudentem. Primo quia sine prudentia non est rex secundum rei veritatem sed nomine tantum. Secundo quia sine ea de facili vertitur in tyrannidem. Tertio quia sine ipsa non

Non potest naturaliter dominari. Tertia via sic patet. Nam rex
est nomen officii et dignitatis. Est enim regis officium ut suam
gentem regat et dirigat in debitum finem. quod ipsum regis nomen
ostendit. Nomen enim regis sumptum est a regendo. Regere
autem alios et dirigere ipsos in finem debitum fit per pru-
dentiam. vi. ethicorum. Eos enim estimamus esse prudentes qui
sibi et aliis possunt bona speculari et providere. Prudentia
ergo est quidam oculus quo videmus et debitus finis conspici-
tur. ergo hoc oculo caret non sufficienter videt per ipsum homi-
nes et ipsum debitum finem in quem est ipsos dirigendus. Sicut
ergo sagittator non posset sagittam sufficienter in signum dirigere
nisi ipsum signum videret. Sic nec rex potest populum regere
et ipsum in debitum finem dirigere nisi ipsum finem per
prudentiam speculetur. Si igitur sine prudentia nullus potest
sufficienter gentem regere et quam dirigere in fine debito. sine ea non
erit rex secundum rei veritatem et ut debet. licet forte sit rex ap-
pellatione et nomine. Videtur enim quod vir sine prudentia positus
in dignitate regia sit denarius ereus vel plumbeus positus
in computo mercatorum. Mercatores enim tuo ratiocinando compu-
tant. aliquando unum denarium ereum vel plumbeum ponunt
loco mille librarum. Cum ergo non sit verum bonum reputatur valorem
magis proprii. denarius ille magis est signum valoris quam valeat.
Sic vir si prudentia careat et regia dignitate fungatur tamen
ipse parum valoris sit et loco magis proprii magis est ergo signum
regis quam sit rex ut ergo sit rex non solo nomine sed re debet
ipsum habere prudentiam. Secundo hoc decet enim ne defaciliter in tyra-
nidem convertatur. Dictum est enim quod per prudentiam dirigimur
in bonum in quod inclinant virtutes morales. Est enim prudentis
providere bona sibi et aliis et dirigere se et alios in optimum finem
Si ergo aliquis prudentia careat per quam dirigitur in vere optima
bona secundum rei veritatem defaciliter efficitur tyrannus. quia
divitias et bona exteriora que sunt bona apparentia secundum appa-
rentiam credat esse optima sunt imprudentes immo quia non cognos-
cunt insensibilia bona tamquam sunt divitie et bona exteriora
Rex prudentia carens quia non cognosceret nec putabit nisi sen-
sibilia bona. divitiis efficitur ergo depredator populi dominabitur
tyrannice. Non curabit qualitercumque possit pecuniam
extorquere. Tertio decet regem habere prudentiam quia sine ea
non potest naturaliter dominari. Nam ut declaratur in primo politicorum
ex hoc est aliquis naturaliter servus quia deficit intellectu et nescit se
ipsum regere. Ex hoc autem naturaliter dominus est quia viget in-
tellectu et prudentia et novit se et alios in debitum finem dirigere
Hanc enim veritatem non solum approbavit philosophus dicta

prudentia

Sed etiam contemplemur singula regimina naturalia. Videmus enim
naturaliter dominari homines bestiis, viros feminis, senes pueris.
Homines enim naturaliter dominantur bestiis quia homini competit ingenium et prudentia,
bestie non prudentia et arte participant. Sic etiam viri
dominantur feminis, quia ut declaratur in primo politicorum femina
habet consilium invalidum. Contingit enim feminas deficere a virorum
prudentia. Quod si reperiantur mulieres aliquae prudentiores viris, hoc
est ut raro et in paucioribus. Ut plurimum ergo femina non naturaliter
debet esse subiecta eo quod naturaliter deficit a viri prudentia. Hic etiam
iuvenes decet naturaliter antiquioribus esse subiectos, quia inexperti
agibilium non sic abundant prudentia sicut illi. Videtur hic
naturaliter servit et illud naturaliter dominatur semper principatus pollet pru-
dentia et quod deficit qui naturaliter servus existit. Ut igitur Rex naturaliter
dominetur, oportet quod polleat prudentia et intellectu etc. Quot et
que oporteat habere regem si debet esse prudens

viii Quoniam inquit philosophus in 3 ethicorum aliquod totum,
nisi habeantur omnes partes eius, si debeat esse aliquis
perfecte prudens, oportet ipsum habere omnia que con-
veniunt ad prudentiam et omnes partes eius. Con-
sueverunt autem assignari octo partes prudentie, ut memoria,
providentia, intellectus, ratio, solertia, docilitas, experientia et
cautio. Quare si Rex aut princeps debeat esse prudens, oportet ipsum
esse memorem, providum, intelligentem, rationabilem, solertem, doci-
lem, expertum et cautum. Hec autem octo que dicuntur esse partes
prudentie sic accipi possunt. Nam ut ex habitis patet, ex hoc aliquis dicitur
esse prudens quia est sufficiens dirigere se et alios in aliquod bo-
num et in aliquos bonos fines. Quatuor est igitur hec consi-
derare, ut bona ad que dirigit, modum per quem dirigit, personam
dirigentem et gentem quam dirigit. Ratione bonorum ad que
dirigit oportet regem esse memorem et providum. Propter modum secundum
quem dirigit oportet ipsum esse intelligentem et rationalem. Ratione
persone que est aliorum dirigens, oportet quod sit solers et
docilis. Ratione igitur gentis quam dirigit, convenit quod sit
expertus et cautus. Si enim rex gentem aliquam debeat ad bona
dirigere, oportet quod habeat memoriam preteritorum et providentiam futurorum.
Oportet enim habere preteritorum memoriam non quod possit preterita immutare, quia
nulli agenti est hoc possibile, sed decet regem habere preteritorum memoriam
ut possit ex preteritis cognoscere quid habeat evenire in futurum.
Nam ut scribitur 2° Rethoricorum, in contingentibus agibilibus ut
plurimum futura sunt similia preteritis. Secundo decet ipsum
habere prudentiam futurorum, quia homines prudentes futuras
excogitant vias per quas futura illa adipisci valeant

Ergo rationem bonorum ad que Rex suam gentem dirigere debet expedit
ut habeat prudentiam futurorum ut futuris illa futura bona adipisci
possit. Et ut habeat memoriam preteritorum ut ex illis preteritis sciat quomodo agere
debeat in futurum. Ratione vero modi per quem dirigere debet quod habeat
intellectum et rationem. Sicut debet quod sit intelligens et rationalis. Modus

enim quo Rex suum populum dirigit oportet quod sit humanus
quia Rex ipse homo est. Homo autem intelligit ratiocinando
et discurrendo. Accipit enim aliqua principia et aliquas premissas
ex quibus inventas elicit conclusiones. Et hoc tam cum
speculabilibus quam in agibilibus. Nam sicut sunt rationes
ut demonstretur quid sit verum cognoscendum. Sic sunt ra:
tiones ut persuadeatur quod sit bonum prosequendum. Ratione
ergo huiusmodi cognoscendi qui est hominibus inditus volens
alios dirigere oportet quod sit intelligens cognoscendo principia
et premissas. Et sit rationalis ratiocinando et eligendo ex illis
premissis conclusiones inventas. Vel oportet quod sit intelli:
gens sciendo leges et consuetudines bonas et alia que
possunt esse principia et regule agendorum. Oportet
autem quod sit rationalis speculando ex illis regulis
quid agere conveniat. Sicut ergo ratione bonorum
ad que dirigit oportet Regem esse memorem et provi-
dum sic ratione modi per quem dirigit decet ipsum intelligentem et
rationalem. Sed ratione proprie persone que est alios dirigens oportet
quod sit solers et docilis. Nam qui in tanto culmine est positus
ut tantam gentem dirigere habeat oportet quod sit industris
et solers ut sciat ex se invenire bona gentis sibi commisse. Verum
quia nullus homo sufficit ad cogitandum omnia que
possunt esse utilia toti Regno cum hoc quod expedit Regem
esse solertem cogitando bona que sunt Regno utilia excogitando
debet ipsum esse docilem aliorum consiliis acquiescendo. Pro-
pter quod bene dicitur de Rege quod dicitur de magnanimo iiij° Ethicorum
quod non debet ipsum fugere commonentem. Non enim
decet Regem in omnibus sequi caput suum nec nimia sole-
rcie precipere. Sed debet ipsum esse docilem ut sit humilis
ad capiendum doctrinam aliorum acquiescendo doctrinis
vel consiliis Baronum seniorum sapientum et diligentium
Regnum. Patet ergo quod ratione persone proprie que est alios dirigens
decet Regem esse solertem et docilem. Sed ratione gentis quam dirigit
decet ipsum esse expertum et cautum. Exigentia enim est rex preficitur prout igitur
sunt alia et alia patria. Et prout aliqui negotiantur circa alia et

Modus quo rex regat populum

Alia genera sunt circa que circa exercenda. Oportet igitur principe recipere
generalem pre ceteris esse expertum cognoscendo conditiones populi et gentis sibi commisse: ut
possit eam melius et debitum finem dirigere. Ultimo oportet ipsum esse cauti-
nam sicut in speculabilibus falsa aliquando ingerentur veris: propter quod credunt
vera que non sunt vera sed apparent vera. Sic in agibilibus
mala interdum admiscentur bonis: propter quod credimur
bona que non sunt bona sed apparent. Oportet ergo regem esse
cautum respuendo apparentia bona et eligendo simpliciter bona ad que
debet dirigere gentem sibi commissam. Quomodo re-
ges et principes possint metipsos facere prudentes.

IX.

Anima in sedendo et quiescendo
fit prudens ut vult philosophus septimo physicorum.
Reges ergo et principes si desiderant esse prudentes
non debent vanitatibus intendere. sed aliquam partem
vite sue debent expendere in cogitando que possunt esse regno pro-
ficua. quod non sic intelligendum est ut nullas recreationes corporales
habere debeant. sed debent eis adeo moderate uti ut non impediantur in
regimine regni. seipsos ergo poterunt prudentes facere ut naturaliter regnum
regant excogitando per tempora retroacta. sub quibus temporibus regnum melius
regebatur. propter quod habebit peritiorem meliorem notitiam. ex quibus scire poterit
quid agendum sit in futurum. Nam ergo debet regimen suum conformare regimini
retroacto sub quo regimine melius et tutius regebatur. Nam sicut
in speculando recogitando que antiqui philosophi conscripserunt fiunt sapientiores
in speculabilibus: sic reges et principes acta suorum predecessorum
recogitando fiunt magis prudentes in agibilibus. Secundo debent
diligenter intueri futura que possunt esse proficua regno. et mala
que possunt esse nociva. Nam ex hoc habebunt providentiam futurorum ut pos-
sint mala expedicius vitare et bona facilius adipisci. Tertio
debent recogitare bonas consuetudines sepe et bonas leges. Nam
talia sunt maxime principia agibilium. intellectus vero principaliorum est.
tanto ergo rex magis intelligens est circa agibilia. quanto plures
bonas leges et bonas consuetudines in mente habet. ex quibus potest
scire quid in quolibet negocio sit agendum. Quarto sepe et sepius excogi-
tare debet quomodo per huiusmodi bonas leges et consuetudines debite
regnum regat. eliciendo ex eis debitas conclusiones agibilium. Non enim
sufficit intelligentem esse bonarum cognitionem legum et consuetudinum que
sunt principia agibilium. nisi quis sit rationabilis ex illis legibus et
consuetudinibus debitas conclusiones agibilium eliciendo. quod quomodo fieri
debeat in tertio libro ubi agetur de regimine regni plenius ostendetur.
Reges ergo dando operam illis octo que ad prudentiam requiruntur de quibus
in primo est factus mencio poterunt prudentes seipsos facere. Verum quia
malicia est corruptiva principii sicut enim quis habens corruptum gustum
male iudicat de saporibus. credit enim dulce esse quod est amarum

Et ex omnibus his patet quod iniustitia et depravata voluntate excaecatur
in intellectu ut male iudicet de agibilibus, iudicat enim esse agendum
quod est fugiendum et econverso. Bene ergo dictum est quod sexto
ethicorum dicitur impossibile esse prudentem esse non entem bonum. Depravat
enim malitia iudicium ut aliquis imprudenter agat propter mali-
tiam et depravatam voluntatem. Quare si reges et principes volunt
esse prudentes, cum hoc quod debent esse intellectores prompti, solertes
et dociles et alia quae superius diximus, oportet ipsos esse bonos et non
habere voluntatem depravatam, ne propter malitiam appetitus impru-
denter agant et iudicent esse agenda quae sunt fugienda etc.

## Quot sunt modi iustitiae et circa quae iustitia habet esse et quomodo ab aliis virtutibus est distincta

Philosophus in V Ethicorum distinguit duplicem iustitiam:
legalem et aequalem. Legalis enim iustitia est quid generale
et est quodammodo omnis virtus. Iustitia vero aequalis est quid
speciale et est quaedam particularis virtus. Illa ergo est
aliquis iustus et legalis quia adimplet praecepta legis. Sed ut vult Philosophus Magnorum
Moralium, lex praecipit actus omnium virtutum. Praecipit enim lex
operari fortia et temperata, et ulterius omnia quae dicuntur secundum virtutes.
Unde idem dicit quod iustitia legalis est perfecta virtus. Sicut etiam
V Ethicorum scribitur, cum lex praecipit non delinquere aciem neque fu-
gere neque abicere arma, quod spectat ad fortitudinem, et praecipit
non moechari, quod pertinet ad temperantiam, et non percutere neque con-
tendere, quae sunt opera mansuetudinis. Lex ergo universaliter iubet omnem virtutem
implere et omnem malitiam fugere. Quare iustitia legalis, id est impletio
legis, est quodammodo omnis virtus. Iustitia autem aequalis est quaedam virtus specialis
per quam redditur cuilibet quod est equum, id est quod sibi debetur. Diffe-
rentia autem harum iustitiarum sic potest accipi. Nam ut scribitur V Ethi-
corum, iustitia est in ordine ad alium. Prout ergo cives habent ordinem
ad seinvicem et ad rempublicam et ad legislatorem sive ad ipsum
regem, habet esse in eis iustitia legalis et aequalis. Nam in ipsis civibus
excogitatur prout habent huiusmodi ordinem, non quaerunt bonum quod non speciale
et proprium sed quaerunt bonum commune, sic est in eis iustitia legalis.
Si autem quaeritur in ipsis bonum aliquod privatum, erit in eis iustitia aequalis.
Bonum enim commune resultat ex omni bono civium. Respublica enim
et tota civitas melior est qualitercumque cives boni sunt, sive
enim cives boni sunt in se sive in ordine ad alios, semper civitas
melior est quae ex melioribus civibus constat, et quanto pluribus
sunt boni cives tanto magis est bona civitas. Leges ergo quae intendunt
commune bonum praecipiunt omnem modum bonitatis. Esse ergo iustum secundum
leges et implere legalem iustitiam est sequi omne bonum et fugere
omne vitium, et habere quodammodo omnem virtutem. Propter quod legalis iustitia
dicta est quodammodo omnis virtus, quia exercet opera omnium virtutum.

Non est ergo simpliciter legalis iustitia omnis virtus quia est distincta virtus a qualibet
virtute sed dicitur quodammodo omnis virtus quia non determinat sibi speci-
alem materiam. Differt autem huiusmodi iustitia a qualibet virtute in duobus.
Nam licet eadem opera agat iustus legalis que agit fortis
et temperatus non tamen agit ea secundum eandem intentionem
vel secundum eandem rationem formalem. Nam qui agit opera
fortia quia delectatur in talibus fortis est et agens temperata quia
quia delectatur in ipsis temperatus est. Sed agens talia non quia
delectetur in eis sed quia ea lex precipit et vult implere legem
iustus legalis est. Iustus ergo legalis per se et secundum quod huiusmodi
delectatur in impletione legis. Alii autem delectantur in operibus
singularium virtutum hoc est ex consequenti prout omnia
talia opera sunt a lege precepta. Fortis autem et temperatus
vel perfectus secundum virtutes alias et per se et primo delectatur
in operibus convenientibus virtutibus quibus ornatur. Sed autem delectatur
in impletione legis hoc est ex consequenti prout videlicet agendo talia
opera legem implet. Ex ista autem dicta sequitur secunda.
Nam cum fortis et temperatus delectetur in operibus talium virtutum secundum
se virtutes ille perficiunt habentes eas ut est alias ostensum
se. Sed iustus legalis quia delectatur in operibus illis prout implet
legem. Iustitia legalis non perficit hominem secundum se sed perficit
ipsum ut est in ordine ad leges. Leges autem condite ab ipso principe
et sunt condite ipsis civitatibus subditis imperio principis cuius est
leges ferre. Perfici secundum in ordine ad leges est perfici in ordine ad
principem cuius est legem ferre vel in ordine ad totam civitatem
cui lex imponitur. Iustitia ergo legalis licet faciat eadem opera illa
que facit temperantia et fortitudo perficit tamen ipsum habentem
in ordine ad aliud ut in ordine ad principem vel in ordine ad
civitatem non obstante quod temperantia et fortitudo et alie virtutes
huiusmodi perficiunt habentem secundum se. Patet igitur quod iustitia legalis
est quodammodo omnis virtus et quod non determinat sibi specialem
materiam sed agit opera singularum virtutum. Iustitia non equalis
non est omnis virtus nec agit opera singularum virtutum sed determinat
sibi specialem materiam eo quod in ea intenditur speciale bonum et fit inde
melior civitas et quanto magis sic fit inde peior civitas
non tamen ex quantumque bonitate unius civis perficitur sed quod huiusmodi re-
sultat bonitas alterius civis nec quantumque perversitas unius civis
perficit ledendo infert malum alteri civi. Sed cum in bonis exterioribus
aliquis malus fit ut quod velit plus habere in eis quam eum deceat
et hic iniustum nocumentum aliis civibus quia si ille habet inde plus alii
habent inde minus. Iustitia ergo specialis per quam vitatur malum quod
speciale est prout ex malitia unius civis iniustum nocumentum
alteri determinat sibi specialem materiam et habet esse circa bona exteriora.

In quibus invicem commutant Dicta ergo est hec iustitia equalis
quia potissime innititur equalitati ut quod unusquisque in huiusmodi
exterioribus bonis habeat quod est equum Unde est ergo quod hec
iustitia dicitur unicuique suum ius tribuere quia ius in quadam
equalitate consistit hec autem est unicuique tribuere quod
equum est. sic etiam dicitur tenere unicuique quod suum est
quia equum est quemlibet possidere sua Si igitur hec iustitia
specialis equalis dicitur et equalitati intendit. cum bona exteriora
dupliciter inveniantur equaliter possideri possunt. duplex erit huiusmodi
particularis iustitia. accidit autem aliquos participare bona
inequaliter in commutationibus ut in emptionibus venditionibus
mutationibus et locationibus Contingit enim in vendendo emendo
locando mutuando dare parvum et recipere multum vel
econverso quod sine inequalitate esse non potest Rursus
contingit inequalitas in distributionibus. quia aliquando aliqui
plus laborantes pro republica minus recipiunt. immo hec
iniustitia quodammodo depravata est ut plurimum enim homines
acceptores sunt personarum et distribuentes honores et bona in-
dignis et repellentes dignos. erit igitur duplex specialis
iustitia commutativa et distributiva Omnis ergo iustitia sive sit
legalis sive commutativa sive distributiva semper perficit
hominem in ordine ad alium. magis tamen iustitia commutativa
et distributiva perficit hominem in ordine ad aliud quam legalis
Sed de hoc forsan alibi erit locus Ad presens autem intus
dictum est quod declarata sunt iam ea que in primo capitulo propone-
bantur Ostensum est enim quot sunt modi iustitie. quia quedam
est iustitia generalis que dicitur legalis. et quedam specialis
que dicitur equalis. et hec est duplex. quia quedam est distri-
butiva quedam commutativa Rursus declaratum est circa que
habet esse iustitia. quia iustitia legalis habet esse circa totam materiam
moralem. et circa omnia opera virtutum non secundum se accepta. sed
prout per ea est impletio legis Tertio ostensum est quod differt
iustitia a virtutibus aliis. quia virtutes alie magis perficiunt hominem
in se Iustitia vero sive sit legalis sive distributiva sive
commutativa perficit hominem in ordine ad aliud etc.

Quod absque iustitia nequeunt regna subsistere XI

DICEBATUR in precedenti capitulo duas esse iustitias
unam generalem et aliam specialem Ad hoc autem ut
regna subsistant et pacifice maneant. utraque iustitia
est necessaria. quod autem absque iustitia generali regna stare
non possint. duplici via investigari potest Prima sumitur
ex parte operis iustitie generalis secunda vero ~~ex parte~~ Regimi

In quo dicitur talem iustitiam observari. Prima via sic patet. Nam ut in prece-
denti capitulo dicebatur, legalis iustitia est quodammodo omnis virtus. Habere igitur
huiusmodi iustitiam est implere legem. Cum ergo lex iubeat omne
bonum et prohibeat omne malum, implere legem est esse perfecte virtuo-
sum. Ideo Philosophus 5° magnorum moralium cum de iustitia dicit quod legalis
iustitia est perfecta virtus, ergo per locum ab oppositis legalis in-
iustitia est integra et perfecta malitia. In nullo ergo observare
leges et cives non participare in aliquo legalem iustitiam est eos
esse integre et perfecte malos. Sed ut dicitur in primo capitulo de ma-
gnitudine malum se ipsum destruit. Et si integrum sit importabile
sit. Importabile ergo esset illud regnum et durare non posset
illa civitas cuius cives essent integre mali et in nullo vellet
implere legem nec vellet in aliquo participare legalem iustitiam. Ex
parte ergo ipsius legalis iustitie que est perfecta virtus opposita
est perfecta malitia probari potest quod absque legali iustitia
non valent regna subsistere. Secunda via ad investigandum
hoc idem sumitur ex parte ipsius regni. Regnum enim et omnis policia
est quidam ordo et quidam principatus. Cum ergo ordo et principatus
sit ipsorum subditorum per respectum ad leges et ad principem
cuius est servare leges ut declaratum est in politicis, si cives non
participarent legalem iustitiam non servaretur in eis ordo
nec ad leges nec ad principes. Non ergo ulterius in eis servaretur
policia nec esset ulterius regnum. Facile est ergo ostendere quod
absque legali iustitia regnum durare non potest. Sed quod absque iustitia
speciali que dividitur in iustitiam commutativam et distributivam non
subsistat regnum sic declarari potest. Cum habet enim regnum et quelibet
congregatio assimilatur cuidam corpori naturali. Sicut enim videmus corpus
naturale constare ex diversis membris connexis et ordinatis
ad invicem, sic quelibet regnum et quelibet congregatio constat ex diversis
personis connexis et ordinatis ad aliquid unum. Ut ergo liceat
figuraliter loqui in membris cuiuslibet corporis est quodammodo duplex
iustitia: commutativa et distributiva. Iustitia enim proprie sumpta
non est nisi ad alterum et non est nisi diversarum personarum. Me-
thaforice tamen et per quandam similitudinem est iustitia eiusdem
ad se ipsum, et in membris eiusdem corporis possumus aliquam conti-
plari iustitiam. Unumquodque enim et eiusdem corporis membra habent
ordinem ad se invicem et ordinantur ad unum aliquid ut ad cor a
quo recipiunt motum et vitalem influentiam. Ut ergo membra
habent ordinem ad se invicem est in eis quodammodo iustitia commutativa,
sed ut ordinantur ad cor aliquo conservatur in ipsis iustitia distri-
butiva. Ex hoc enim est inter aliquos commutativa iustitia quia unus
abundat in uno in quo alter deficit et deficit in aliquo in
quo ille abundat. Ideo ut quilibet sue indigentie provideret

Nunc ita fiunt commutativa iustitia. Contingit enim aliquem abundare
in pecunia in qua alter deficit et deficere in frumento in quo
ille abundat. per commutativam ergo iustitiam huiusmodi superabun-
dantia et defectus reducuntur ad equalitatem. quia unus dat pecuniam
qua abundat et recipit frumentum quo indiget. alter vero
distribuit frumentum quo affluebat et suscipit pecuniam
qua caret. Est ergo commutativa iustitia prout unus ordinat
bona sua ad utilitatem alterius et econverso. hunc autem modum
reperimus in membris eiusdem corporis. oculus enim pollet acumine
visus. deficit tamen a potentia gressiva quia non potest
progredi. pes autem abundat in gressiva potentia. deficit tamen
in visione quia nichil videt. Oculus ergo secundum visionem in qua
abundat subvenit indigentie pedis. quia dirigit ipsum.
Pes autem secundum potentiam gressivam qua pollet subvenit indi-
gentie oculi quia portat eum. Nisi ergo membra sic sue
indigentie subvenirent. ut nisi manus purgaret oculum
et oculus dirigeret pedes. corpus naturale non posset subsistere. sic
quia nullus homo sufficit sibi ad vivendum. nisi cives per commuta-
tivam iustitiam sibi invicem subvenirent. ut quilibet unus commutaret
alteri illud in quo superabundaret et acciperet id in quo deficit
civitas durare non posset. Sicut ergo in membris eiusdem corporis
propter hunc ordinem adinvicem et sibi invicem indigentie sue
subveniunt est in eis quedam commutativa potentia vel iustitia
sine qua corpus naturale durare non posset. sic propter cives eiusdem
civitatis vel regni hunc ordinem ad semetipsos et sibi invicem
secundum quandam commutationem suis indigentiis satisfaciunt. est
in eis commutativa iustitia sine qua civitas vel Regnum
subsistere non posset. Secundo in membris est quedam distributiva
iustitia prout habent ordinem ad ipsum cor. Nam cor singulis
membris secundum suam proportionem et dignitatem influit eis spiri-
tum vitalem et motum. ita quod principium vite et principium
movendi est in corde. sicut forte principium sentiendi est in
cerebro. Sic et in civibus est distributiva iustitia prout ordinan-
tur ad unum aliquem ut ad Regem vel ad ducem. qui secundum exigentiam
virtutis vel dignitatem dat eis honores et bona distribuit.
Sicut ergo corpus naturale non subsisteret nisi in eo reservaretur
quedam distributiva iustitia. ut quod cor membris debite
influeret. sic regnum vel civitas non posset subsistere
nisi conservaretur in ea distributiva iustitia. ut quod Rex sive
princeps debite honores et bona distribueret. Est tamen diligenter
notandum quod sicut non quelibet inequalitas tollit unitatem corporis
naturalis. tamen quelibet inequalitas ... egrotat et infirmat ipsum

Sicut ergo quaelibet iniustitia corrumpit totaliter regnum et politiam, sic per
contrarium iustitia regnum et politiam instituit et disponit ad bonum
nostrorum. Patet igitur quod prout cives hoc ordine ad se invicem,
est in eis iustitia commutativa. Prout vero hoc ordine ad regem
vel ad principem respiciuntur, in eis iustitia distributiva. Prout
vero implent leges, est in illis iustitia legalis. Cum ergo sine
maxima iustitia sive ea civitas vel regnum durare
non potest, bene ergo dictum est quod dicitur in primo Magnorum
moralium capitulo de iustitia, quod iustitia est quaedam proportionalis et conservat
et continet urbanitates. Nam sicut anima continet corpus, quo recedente
ea dissolvitur et marcescit, sic iustitia continet urbanitates
vel civitates et regna, quia sine ea dissolvitur civitas et non
potest regnum subsistere. Valde ergo iniuriatur regno et regi qui
iustitiam non observat. Si ergo iustitia est tam bonum regis et regni,
summopere rex studere debet ut in suo regno servetur
iustitia non solum his qui in regno nati sunt, sed etiam peregrinis
et advenis. Cuicumque enim negatur iustitia, manifeste regi
et regno infertur iniuria. [illegible] non dec. R. [illegible] se ponere in
[illegible] corporali [illegible] vel aliis bonis corporis

XI. Satis per praecedens capitulum persuaderi potest principibus
et regibus ut sint iusti et ut observent iustitiam,
cum sine ea civitas et regnum durare non possint. Tamen
quia animus hominis generosus et semper est avidus
novas rationes audire, adducemus novos modos quibus
ostendi potest quod maxime decet reges et principes esse
iustos. Possumus autem hanc veritatem quadruplici via venari
secundum quattuor quae tanguntur de iustitia V Ethicorum. Prima via
sumitur ex parte personae regis. Secunda ex parte ipsius iustitiae.
Tertia ex comparatione bonitatis quae ex iustitia innotescit. Et
quarta ex ipsa malitia quae ex iniustitia consurgit. Prima
via sic patet. Nam si lex est regula agendorum, ut habetur
ex V Ethicorum, ipse iudex et multo magis ipse rex cuius
est leges ferre debet esse quaedam regula in agendis. Est enim
rex sive princeps quaedam lex, et lex est quidam rex
sive princeps. Nam lex est quidam inanimatus princeps,
princeps vero est quaedam animata lex. Quanto ergo animatum
inanimatum superat, tanto rex sive princeps debet superare
legem. Debet enim rex esse tantae iustitiae et tantae aequalitatis
ut possit ipsas leges dirigere, sic in aliquo casu leges obser-
vari non debeant, iudicabit iniustum. Dubitare ergo utrum rex debeat
esse aequalis et iustus est dubitare utrum ipsa regula debeat
esse regulata. Si enim vera ab aequalitate deficiat, nihil regulatum

Erit enim omnia per regulam regulari. Sic si Reges sint
iniusti disponit Regnum ut in eo non observetur iustitia. ergo
maxime studere debent ne sint iniusti et inequales. quia iniustitia
et inequalitas eorum tollit ab eis Regiam maiestatem et digni-
tatem Reges iniusti etsi dominentur per tirannicam potentiam
non tamen digni sunt ut sint Reges. cum enim deceat re-
gulam esse rectam et equalem cum Rex sit quedam animata lex et quedam
animata regula agendorum ex parte ipsorum personarum maxime
decet ipsum servare iustitiam. Secundo possumus investigare
hoc idem ex parte ipsius iustitie. Nam iustitia est quoddam
magnum bonum et preclarum. perfectat enim ut dictum est hominem
in ordine ad alium tunc autem maxime clarescit bonitas in eo
quando usque ad alios se extendit. Vnde quinto ethicorum dicitur quod preclarissima
virtutum videtur esse iustitia. neque vesperus neque lucifer
est ita admirabilis sicut ipsa. Vesperus enim et lucifer est una
et eadem stella que est pulcra valde et clara. et propter sui pul-
critudinem et venustatem communi nomine appellatur venus. hec autem
stella aliquando precedit solem et tunc apparet in mane et dicitur
lucifer. aliquando sequitur ipsum et tunc apparet in sero et dicitur
vesperus. Vult ergo intentio philosophi dicere quod licet venus est quedam
pulcerrima stella. et que aliquando dicitur lucifer aliquando vesperus
non est ita pulcra nec ita preclara sicut est iustitia. pulcritudo enim
stellarum non est ita admirabilis sicut pulcritudo eius. stelle enim
pollent pulcritudine corporali. Sed iustitia pollet pulcritudine
honesta et spirituali ornat nos virtuali perfectione. Quanto enim
pulcritudo spiritualis excellit pulcritudinem corporalem. tanto pulcritudo
in facie et claritas eius admirabilior est claritate stellarum. Si er-
go decet Reges et principes habere clarissimas virtutes ex parte
ipsius iustitie que est quedam clarissima virtus probari potest
quod decet eos observare iustitiam. Tertio probari potest ex ipsa per-
fectione bonitatis que ex iustitia innotescit. Iustitia enim non solum
est perfecta virtus in se. sed si sit in Regibus et principibus ostendit
eos esse perfecte bonos. Sic enim videmus in aliis rebus quod unumquodque
tunc perfectum est cum potest sibi simile producere et cum actio
sua se ad alios extendit ut tunc aliquid est perfecte calidum
cum potest alia calefacere et cum actio sua ad alia se extendit
et tunc est aliquis perfecte sciens cum potest alios docere et cum
scientia sua ad alios se extendit. Vnde secundum philosophum in metheororum
signum omnino scientis est posse docere. Ergo a simili tunc
est aliquis perfecte bonus cum bonitas sua non solum usque ad
alios se extendit. Vnde est quod ergo non cognoscitur perfecta
bonitas hominis nisi constituatur in aliquo principatu

Nam quidem aliquis non regens nisi seipsum non plene apparet qualis sit nec perfecte cognoscitur bonitas eius. sed cum constituitur in principatu aliquo quia oportet quod bonitas sua ad alios se extendat tunc melius qualis sit apparet. eo quod opera sua ad exteriora se extendunt. Si ergo exteriora magis nota sunt nobis quanto aliquis vel aliquis in principatu constituitur quia opera sua ad plura se extendunt magis apparet qualis sit. Ideo dicitur v ethicorum quod principatus virum ostendit. propter quod et proverbialiter dicitur. Si quis vult cognoscere virum ponat ipsum in aliquo principatu. Ex iustitia igitur quia est ad alterum innotescit perfecta bonitas. Nam excepta prudentia que aliis virtutibus perfectior est quia est earum directiva. Omnes alie virtutes morales que perficiunt hominem in se secundum quod habent ad iustitiam que perficit hominem in ordine ad alterum. sicut subditi qui quodammodo solum habent regere seipsos. se habent ad principem cuius bonitas et virtus ad alios se extendit. Sicut ergo in principe magis manifestatur perfecta bonitas quam in aliis. sic ex iustitia magis manifestatur perfecta bonitas quam ex aliis virtutibus moralibus. Decet ergo reges et principes esse iustos. primo quia debent esse regula agendorum. secundo quia iustitia est perfecta virtus. tertio quia ex ea etiam manifestatur perfecta bonitas. Quarto hoc decet reges et principes ex magnitudine malitie que ex iniustitia consurgit. Nam ut dicitur v ethicorum. Sicut melior est qui non solum est bonus in se sed etiam bonitas sua se extendit ad alios. sic peior est qui non solum malus est in se. sed etiam malitia sua se extendit ad alios et quanto ad plures se extendit malitia eius tanto peior existit. Quanto igitur summopere studere debent reges et principes ut fuerint in scientia et iustitia intenti quanto ex eorum iniustitia potest sequi maius malum et potest inferri plurima nocumenta. Est autem ultimus declarandum quomodo reges et principes possunt iustitiam adquirere et quomodo debeant iustitiam observare. sed hoc in 3o libro ubi agetur quomodo regnum iuste debeat regi plenius ostendetur.

## Quid est fortitudo et circa quid habet esse. et quomodo possumus facere nosmetipsos fortes

xiii Circa quodcumque contingit peccare et bene agere oportet dare virtutes aliquas per quas regulemur in agendo. Cum igitur circa timores et audacias contingat aliquem se habere recte oportet dare et non dare virtutes aliquas circa timores et audacias. Contingit enim aliquos timere timenda et non timenda. Sunt enim adeo aliqui pavidi quod etiam muscas timent. Alii vero adeo stulte audent ut etiam deum non timeant quod non est fortitudo sed insania propter quod in 3o magnorum moralium scribitur quod si quis valde impavidus existat quod deum non timeat non est

Non est fortis sed insanus. Spectat igitur ad fortem timere
timenda et audere audenda. Erit ergo fortitudo quedam virtus repri-
mens timores et moderans audacias. Reprimit enim fortitudo
timores ne per eas retrahatur quis ab eo quod ratio dictat. Mo-
derat autem audacias ne quis audendo aggrediatur quod ratio vetat.
Viso quid est fortitudo restat videre circa que debeat esse talis
virtus. Sciendum ergo quod audere et timere proprie respiciunt pericula.
Nullus autem timet nisi imaginetur sibi imminere periculum.
Nec aliquis dicitur audax nisi aggrediatur aliquod terribile et peri- 2
culosum. Periculorum autem quedam sunt bellica, quedam autem
ex aliis causis. Exponimur autem periculis non solum in bellis sed
etiam in mari et in egritudinibus et in aliis casibus que contingit
esse periculosa. Rursus in periculis bellorum homines diversimode
se habent. Nam quidam timent, quidam audent. Audentes autem
dupliciter. Nam quidam de levi aggrediuntur bellorum pericula, sed cum
aggressi sunt, cum sentiunt resistentiam non sustinent sed fugam
arripiunt. Quidam autem non de levi aggrediuntur bellum, sed cum
aggressi fuerint sustinent et tollerant bellorum pericula.
Cum igitur virtus sit circa bonum et difficile, quia diffi-
ciliora et terribiliora sunt pericula bellica quam alia, et etiam quia
in periculis bellicis difficilius est reprimere timores quam moderare
audacias. Rursus etiam quia audendo non tam difficile est aggre-
di pugnam sicut tollerare et sustinere pugnantes, fortitudo que
est virtus principaliter circa pericula bellica quam pericula alia.
Principaliter est in reprimendo timores contingentes circa pericula
talia quam in moderando audacias circa ipsa. Sed et principaliter
est huiusmodi virtus sustinendo pugnantes quam in aggrediendo
eos. Quod autem pericula bellica sint difficiliora ad sustinendum
quam pericula alia triplici via ostendi potest. Primo quia huiusmodi
pericula sunt magis [illegible] et magis sentiuntur quam alia. Non
enim sic aperte apprehendimus mortem cum egrotamus, quia
egritudines intrinsecus latent, ut sic sentimus pericula bellica.
Nec ex tactu aque sic sentimus et imaginamur lesionem
sicut ex tactu gladii. Pericula ergo bellica, tum quia manifesta
sunt, tum etiam quia maxime sentiuntur et imaginantur ea maxime
dolorem inferre, difficiliora sunt ad sustinendum quam alia. Secundo
talia difficilius sustinemus quam alia non solum quia sunt magis
manifesta et doloris illativa, sed quia imaginamur quod per
fugam ea de facili vitare possimus. Non enim sic per fugam
vitare possimus egritudines, quia cum egritudo sit aliquid in
nobis existens, per fugam ea vitare non possimus. Pericula

Tamen maris non sic vitari possunt sicut pericula bellica. Cum ergo difficilius sit vitare et sustinere pericula illa que per fugam vitare possumus quam ea ad que sustinenda necessitamur eo quod per fugam ea vitare non possumus, difficilius sustinentur pericula bellica quam alia. Tercio pericula talia difficilius sustinentur quia per ea maxime apprehendimus mortem violentam, cum mors ibi illata sit per mutilationem membrorum et per incisura corporis per quam maxime apprehendimus violentam mortem. Mori enim per egritudinem vel per aliquem alium modum non sic videtur repugnare nature corporis sicut mors bellica per quam corpus mutilatur et incidatur. Est igitur virtus fortitudinis principaliter circa pericula bellica, ex consequenti autem circa pericula alia. Propter quod iii° ethicorum. Cum principaliter dicetur aliquis fortis qui est impavidus circa bonam mortem et maxime circa eam que est bellicam. Secundo autem et in mari et in egritudinibus est intimidus qui est fortis. Ad fortem igitur spectat non timere quelibet pericula que iudicat ratio non esse timenda. Principaliter tamen est fortitudo circa pericula bellica tanquam circa difficiliora. Amplius licet fortitudo sit circa bellica pericula reprimendo timores et moderando audacias, principaliter tamen est circa repressionem timorum quam circa moderationem audaciarum. Nam pericula terribilia ut plurimum sunt tristia. Tristia autem naturaliter quilibet refugit sicut naturaliter prosequimur delectabilia. Cum ergo naturaliter tristia fugiamus, difficile est reprimere timores per quos tristia fugimus; non autem sic difficile est moderare audacias per quas tristia aggredimur. Cum ergo si virtus principaliter est circa difficile, bene dictum est fortitudinem principaliter esse circa repressionem timorum quam circa moderationem audaciarum. Quod autem fortitudo principaliter sit in sustinendo quam in aggrediendo ut communiter ponitur triplici via probari potest. Primo quia aggredi est fortioris, sustinere autem est debilioris. Aggrediens autem comparatur ad alios sicut ad debiliores, sed sustinens sicut ad fortiores. Difficilius autem est inniti contra fortiores quam contra debiliores; propter quod difficilius est sustinere pugnam quam aggredi pugnantes. Secundo hoc est difficilius quia aggrediens imaginatur malum ut futurum, sed sustinens habet malum potius et presens. Difficilius autem est inniti et habere se fortiter contra mala presentia quam contra mala futura. Tercio hoc est difficilius quia aggredi potest subito, sed

Sustinere requirit durabilitatem et tempus difficilius est ergo habere se fortiter et constanter in sustinendo bella quod requirit durabilitatem et tempus quam in aggrediendo ea quod subito fieri potest. Unde phylosophus in iii° ethicorum ca° de fortitudine ait quod fortitudo est circa timores et audacias magis tamen est circa timores reprimendo eos scilicet timores moderando et subdit fortitudinem esse sustinendo tristia declaratum est autem circa que sit esse fortitudo. Restat ergo declarandum quomodo possumus nos ipsos facere fortes. Notandum ergo quod licet virtus opponatur duabus maliciis quarum una superabundat et altera deficit ut largitas opponitur prodigalitati que superabundat in expendendo et avaricie que deficit. Et fortitudo opponitur audacie que superabundat in aggrediendo et timiditati que deficit. Sep tamen virtus opponitur plus uni malitie quam alie. Et quia difficilius est reprimere timores quam moderare audacias fortitudo magis insistit ut reprimat timores quam ut moderetur audacias et plus repugnat et contradicit timor fortitudini quam faciet audacia. Cum ergo non possimus punctualiter attingere medium inter audaciam et timorem declinandum est ad audaciam que minus repugnat fortitudini quam timor si volumus nos ipsos facere fortes. Declarata sunt ergo illa tria que in principio tangebamus. Ostensum est enim quid est fortitudo quia est virtus reprimens timores et moderans audacias. Rursum manifestatum est circa que fortitudo que principaliter est circa pericula bellica et in reprimendo timores et in sustinendo pugnam. Et consequenter autem est circa pericula alia et in moderando audacias et in aggrediendo pugnantes. Tercio declaratum fuit quomodo possumus facere nos ipsos fortes quia maxime hoc faciemus declinando magis ad audaciam que non tantum repugnat fortitudini sicut timor.

Diffinicio fortitudinis

Quot sint species fortitudinis et secundum quam fortitudinem decet reges et principes esse fortes. xiiii

Ostendit philosophus tercio ethicorum c° de fortitudine septem species sive septem maneries fortitudinis. Prima est fortitudo civilis. Secunda servilis. Tercia militaris. Quarta furiosa. Quinta consuetudinalis. Sexta bestialis. Septima est fortitudo virtuosa. Fortitudo civilis ... timid est cum aliquis timens

Verecundiam et volens honorem adipisci aggreditur aliquid terribile. Unde ait philosophus quod secundum hanc fortitudinem fortissimi videntur esse apud illas gentes apud quas timidi inhonorati sunt fortes vero hoc modo honorantur. Ut idem philosophus ait Hector fortis erat qui timens increpationes polimedis aggrediebatur terribilia. Dicebat enim si fugeret polomides qui erat ex parte adversa primus sibi increpationes imponeret. Sic etiam ut idem philosophus recitat Diomedes huiusmodi fortis erat. Dicebat enim quod si non strenue bellaret hector laudans se in troianis diceret diomedem ab eo deuictum esse. Recte autem hec fortitudo dicitur civilis quia inter cives et notos quis maxime fugit obprobria et querit honores. Videmus enim aliquos cum fuerint in ignotis partibus committere aliqua turpia que inter cives et notos nullatenus attentarent. Secunda fortitudo dicitur servilis et hec peyor est. Ut cum aliquis non intuitu opprobria vel ut consequatur honores sed timore pene vel aliqua necessitate ductus aggreditur pugnam. Hoc modo multi troianorum timentes Hectorem fortes erant. Nam philosophus ait hectorem statuisse quia si quis troianus in bello fugeret taliter appareret quod non esset sufficiens fugare canes. Ad hanc fortitudinem inducunt populum duces exercitus statuentes penam fugientibus faciendo foveas ne posset populus fugere sed quadam necessitate bellare cogatur. Hoc modo quidam dux dicitur coegisse fortitudinem sui exercitum. Nam cum navigaret cum toto suo exercitu ut suspectaret ne aliquis de suo exercitu haberet materiam fugiendi omnes naues confregit. Tercia fortitudo dicitur militaris et hec est fortitudo experiencie. Milites enim propter experienciam quam habent de bello multa aggrediuntur que videntur esse terribilia. Nam ut Vegecius in libro de re militari. Nullus dubitet quod se didicisse confidit bene attentare. Videmus enim aliquos qui audientes solum strepitum armorum fugiunt nescientes discernere que sunt periculosa in bellis et que non. Milites vero bellorum confidentes de sua experiencia et cognoscentes

Bellorum pericula aggrediuntur aliqua terribi-
lia ut indicentur esse fortes non tamen propter hoc
proprie fortes sunt. Nam cum adeo invalescit bellum
quod excedat eorum experigenciam in fugam conver-
tuntur. Quarta fortitudo dicitur furiosa. Nam aliqui
propter furorem et passionem in qua existunt aliquando
aggrediuntur ~~vel plus~~ inimicum pugnam ita ut indicentur
fortes. Non tamen ipse tales existunt quia fortitudo vera
aggreditur pugnam ut plus inimicum non propter furorem
sed propter bonum. Immo si ex furore quis pugnam
aggreditur inveniens resistenciam pugnam non
sustinet quia si sit propter furorem intrepidus
tranquillato furore incipit timere et non sustinet
bellum sed accipit fugam. Quinta fortitudo est con- 2
suetudinalis. Aliqui enim qui in pluribus bellis
fuerunt in quibus forte bene accidit eis ex hac
consuetudine assumunt quandam spem victorie
et accipiunt quandam audaciam bellandi. tales ergo
fortes esse videntur quia aggrediuntur pugnam spe-
rantes de victoria et non credentes aliquid mali
pati. Non tamen vere fortes sunt quia si inve-
niunt resistenciam et contra speratam malum aliquid
paciantur fugiunt. Sexta fortitudo dicitur esse bestialis
ut cum aliquis ignorans fortitudinem adversarii bellat
ut puta si habitantes in Septemtrione sunt fortes
et audaces in meridie vero sunt debiles et timidi
ipsi meridionales aggredientes pugnam cum septem-
trionalibus credendo eos esse meridionales habent fortitudinem
bestialem. Sunt enim tales quasi bestie insensate ag-
gredientes bellum non cognoscentes adversariorum pote-
nciam. Septima fortitudo dicitur virtuosa ut cum aliquis
non racione vel furore vel propter experigenciam
vel propter ignoranciam aggreditur bellum sed propter
bonum. ex clarescit Reges igitur et principes qui habent maneries for- 2
titudinum scire debeant ut cognoscant quorum plurimi sunt fortes et
quomodo possunt eos adversarios bellare ipsi tamen debent esse fortes for-
titudine virtuosa ut non exponant gentem suam periculis nisi habeant
iusta bella et non videant magnum bonum pacis vel regni
quod ex tali bello consequi possit. etc.

.xv. Quid est temperantia et circa quae habet esse et quae sunt species eius et quomodo nos possumus facere temperatos

Temperancia inter virtutes cardinales ultimum gradum tenet. Prudencia enim et iustitia principaliores sunt virtutibus moralibus, quia prudencia est in intellectu, iusticia in voluntate. Virtutes morales sunt in appetitu sensitivo, ut in irascibili et concupiscibili. Appetitus autem sensitivus deficit a voluntate et intellectu. Ideo prudencia et iusticia sunt virtutes principales. Est autem prudencia principalior iusticia, quia ipsa est directiva omnium aliarum virtutum. Fortitudo autem et temperancia licet non sint adeo principales sicut prudencia et iusticia, tamen inter virtutes principales computantur. Nam virtutes moderantes passiones duplici racione [illegible]. Possunt passiones dupliciter racioni obsistere. Passiones enim vel obsistunt racioni, quia alliciunt nos ad illud quod racio vetat, vel ut supra dicebatur obsistunt, quia retrahunt nos ab eo quod racio dictat. Inter cetera autem quae possunt nos retrahere a bono operis sunt timores belli et pericula mortis, circa quae est fortitudo. Sed et inter cetera allicientia nos ad id quod racio vetat sunt venerea et delectabilia secundum gustum, circa quae est temperancia. Fortitudo igitur et temperancia inter principales virtutes computari dicuntur. Est tamen fortitudo principalior temperancia, quia magis ordinatur ad bonum commune, ut ad tutelam regni et ad defensionem patriae. Temperancia vero magis ordinatur ad bonum proprium, ut ad moderandum sumptus. Bonum autem commune divinius est bono proprio. Postquam ergo diximus de prudencia quae est principalior quam iusticia, et de iusticia quae est principalior fortitudine, et de fortitudine quae est principalior temperancia, restat dicere de ipsa temperancia quae inter virtutes principales ultimum gradum tenet. Sciendum tamen quod sicut fortitudo est media inter timores et audacias, quia qui omnia timet non est fortis, nec qui omnia audet, sed qui timet timenda et audet audenda, sic temperancia media est inter delectaciones et insensibilitates. Vocamus enim insensibiles et agrestes qui omnes delectaciones corporales fugiunt. Insensibilitas ergo est ultra quam racio dictat fugere delectaciones sensibiles. Qui vero omnes sensibiles delectaciones insequitur intemperatus est. Qui autem omnes fugit insensibilis et agrestis est. Qui ergo fugit fugienda et prosequitur prosequenda virtuosus et temperatus est. Contingit enim peccare non solum delectaciones sensibiles prosequendo sed etiam eas fugiendo. Nam qui adeo abstinet a cibo et potu et ab aliis delectacionibus sensibilibus quod ex tali abstinencia

Finis nam stare non possit quam huiusmodi circa recta ratio dictat virtuosus dici non possit. Patet ergo quid est temperantia. Nam sicut fortitudo est reprimitiua timorum et moderatiua audaciarum inter quas ipsa fortitudo habet esse, sic temperantia est reprimitiua delectationum sensibilium et moderatiua [illegible] inter quas habet esse. Si ergo temperantia delectationes sensibiles reprimit, videndum est circa quas delectationes sensibiles habet esse. Delectationum autem sensibilium quedam sunt fortes quedam debiles, quedam nos magis alliciunt quedam minus. Licet enim sint quinque sensus et circa sensibilia omnium sensuum contingat nos delectari, fortiores tamen delectationes sunt secundum gustum et tactum quam secundum visum et auditum et odoratum, quod duplici ratione patet. Primo quia quanto magis unimur delectabilibus tanto ardentius et ferventius delectamur. Magis autem unimur delectabilibus gustus et tactus quam delectabilibus aliorum sensuum. Possumus enim videre audire et odorare distantia, sed non possumus gustare et tangere nisi nobis coniuncta. Ideo in huiusmodi sensibilibus ardentius et ferventius delectamur. Secundo hoc idem patet quia sensibilia gustus et tactus magis directe et immediate videntur ordinari ad conservationem nature, ut delectabilia gustus ordinantur ad conservationem individui, et delectabilia tactus ut matrimonialia ordinantur ad conservationem speciei. Ideo forte natura tantam delectationem posuit in delectabilibus gustus et tactus ne periret individuum et ut salvaretur species. Quare si virtus est circa bonum et difficile potissima est prima temperantia circa delectationes gustus et tactus. Si autem est circa delectationes aliorum sensuum hoc est per accidens, quia alii sensus percipiunt bona delectabilia gustus et tactus. Est enim huiusmodi virtus ut vult Philosophus 3o Ethicorum circa delectabilia illa in quibus reliqua animalia communicant. Reliqua autem in gustu et tactu delectantur per se, in aliis vero sensibilibus delectantur per accidens. Propter quod in eodem tertio dicitur quod canes non gaudent odoribus leporum sed cibationibus. Si autem gaudent odore eorum hoc est quia credunt se cibari ex illis. Et leo non gaudet voce bovis vel visione cervi nisi quia per visum et auditum cognoscat eos prope esse et credit se saturari ex eis. Est ergo temperantia circa delectationes gustus et tactus, principaliter tamen est circa delectationes tactus, quia in eo homines ardentius delectantur ut videtur rationabiliter accidere. Nam delectationes ciborum individuales que sunt per gustum ordinantur ad conservationem ipsius persone, sed delectationes matrimoniales que sunt per tactum ordinantur ad procreationem filiorum et conservationem speciei. Sicut ergo ut plures dictum est bonum gentis divinius est quam proprium

Rationabiliter videtur contingere quod in operibus matrimonialibus vehementiores delectationes possint quam in operibus nutritivis. vel forte hoc ideo fecit natura. quia unusquisque magis sollicitus est de bono proprio quam de bono alterius. Non igitur oportuit tam vehementes delectationes ponere in nutritivo quod ordinatur ad bonum proprium et ad conservationem individui sicut in matrimonio quod ordinatur ad bonum alterius et ad conservationem speciei. Si igitur contra difficilius magis bellandum est. prius insistendum est. ut per temperantiam refrenemus delectationes venereas que fiunt per tactum quam nutrimentales que fiunt per gustum. Immo in ipsis delectationibus nutrimentalibus magis delectamur in tactu quam in gustu. comedendo enim et bibendo ut unusquisque in seipso experitur delectamur in lingua ubi regnat gustus et in gutture ubi non est gustus sed tactus. Et ut manifeste experimur magis delectamur cum cibus aut potus attingit guttur quam cum attingit linguam. Credendum est enim in talibus iudicio gulosorum. Recitat autem philosophus in tertio ethicorum de quodam nomine philoxeno qui cum esset multivorax. orabat ut guttur eius longius gruis fieret. non enim orabat ut lingua eius esset latior lingua bovis ut magis delectaretur in gustu. sed ut guttur eius esset longius gutture gruis. ut comedendo et bibendo diutius delectaretur per tactum. ut igitur patet ex hiis temperantia prius est circa tactum et consequenter circa gustum. principalius autem est circa delectabilia absolute sumendo. Partes autem temperantie de levi sumi possunt. Nam si spectat ad temperantiam reprimere delectationes nutrimentales et venereas. quia delectationes nutrimentales reprimimus ut simus sobrii et abstinentes. venereas vero ut simus casti et pudici. quatuor erunt partes temperantie sive quatuor erunt species ipsius. videlicet sobrietas. abstinentia castitas et pudicitia. Nam si volumus nutrimentales delectationes reprimere oportet nos temperari a potu et a cibo. temperando nos a potu simus sobrii. sicut qui excedunt in potando fiunt ebrii. temperando vero nos a cibo simus abstinentes. abstinentia ergo et sobrietas desumuntur in comedendo delectationes nutrimentales. Sed castitas et pudicitia venereas delectationes refrenant. Oportet enim ut temperatus non excedat opera venerea [illegible] gestus. prout ergo abstinet ab operibus venereis dicitur esse castus. Sed prout vitat et horret etiam ipsos gestus

Iuitates ad venerea dicta esse honestas sive pudicitia. His visis
de levi patet quomodo nosipsos possumus facere temperatos. Nam
temperantia et fortitudo quasi econtrario se habent. Fortitudo enim
est in aggrediendo terribilia, sed temperantia est in retra-
hendo se ab his que sunt delectabilia. Sicut ergo fortitudo
magis convenit cum audacia, et si volumus esse fortes debemus
esse magis audaces quam timidi, sic temperantia magis
convenit cum insensibilitate. Si ergo nosipsos volumus facere
temperatos ad illam partem declinandum est ut a delectationibus
sensibilibus caveamus. Melius est enim aliquas delectationes lici-
tas vitare quam aliquas illicitas insequi. Declarata
sunt ergo illa quatuor que in primo capitulo proponebantur.
Primo enim ostendebatur quid esset temperantia, quia est virtus comprimens
delectationes sensibiles et moderans insensibilitates. Secundo vero decla-
rabatur circa que habet esse, quia principaliter habet esse circa tactum, ex
consequenti circa gustum, parum vero circa alios sensus. Tertio
manifestabatur que et quot sunt species eius, quia quatuor: due
moderantes delectationes nutritivales ut sobrietas et abstinen-
tia, due vero refrenantes delectationes venereas ut castitas
et honestas sive pudicitia. Quarto vero declaratum fuit
quomodo possumus nosipsos facere temperatos, quia hoc maxi-
me faciemus a delectationibus abstinendo. Quod demum secundum
Philosophum ii Ethicorum hoc patet, quod senes Troye patiebantur
ad Helenam dicentes: abiciamus eam, id est non aspiciamus ad eam.

Quod probabilius est esse intemperatum quam timidum, et quod maxime decet reges et principes temperatos esse

Probat autem philosophus tercio ethicorum quatuor xvi
rationibus quod detestabilius est esse intemperatum quam timidum.
Nam quanto aliquis magis voluntarie peccat, tanto
magis est increpandus. Rursus quanto aliquis facilius
potest bene facere si non bene faciat magis est detestandus
et reprehensibilis. Intemperatus ergo magis est detestandus et
reprehensibilis, tum quia magis voluntarie peccat, tum etiam
quia facilius est ei facere bonum et acquirere temperantiam quam sit
acquirere fortitudinem. Quod autem magis voluntarie peccet intemperatus
quam timidus duplici ratione ostendit. Primo quia ipsas voluptates in-
temperatus est delectabile, fugere autem et timere est tristabile.
Magis autem quis voluntarie agit quod facit cum delectatione
quam quod facit cum tristitia. Preterea quia per intemperantiam magis

Voluntarie male agit quam qui peccat ex timore. Secundo hoc idem
patet quia ut ait philosophus timor obstupescere facit et reddit naturam
immobilem et attonitam quod non facit delectatio per intemperantiam
sed qui attonitus est et stupore est quasi extra se. non voluntarie
et deliberate agit quod agit. tollerabilius ergo est peccare
per timorem quam per intemperantiam. cum ergo sit magis voluntarium
hoc quam sit illud. patet ergo intemperatum dicitur magis esse increpandum
quam timidum. quia magis voluntarie male agit. Tertio
etiam dupliciter potest ostendi magis esse ipsum increpandum quia
facilius potest bene facere. facilius enim potest acquiri temperantia quam fortitudo.
Nam ut in precedenti capitulo dicebatur temperantiam acquirimus abstinendo
et retrahendo nos a delectationibus sensibilibus. fortitudinem non
acquirere possumus aggrediendo terribilia et experiendo pugnas.
retrahi autem a delectabilibus potest fieri sine omni periculo
sed aggredi terribilia et experiri bella sine periculo fieri non
potest. valde ergo increpandus est carens temperantia cum eam
sine periculo possit acquirere. non autem adeo increpandus
est carens fortitudine. quia virtus illa difficilius et cum maiori
periculo acquiritur. Rursus facilius potest acquiri temperantia quam
fortitudo. quia multa talia experimur in vita. multotiens enim
occurrunt nobis delectabilia a quibus abstinendo disponimur
ut simus temperati. non autem sic est de fortitudine. Nam
non quelibet aggressio bellorum facit nos fortes. nisi bella illa
sint iusta. sed toto tempore forte vite hominis non
occurrit ei unum iustum bellum. Non enim sic possumus assuefieri
ad opera fortitudinis sicut ad opera temperantie. Quare
exprobrabilius est nos esse intemperatos quam non esse fortes.
Si ergo regem non esse virilem et non esse constantem animo
est exprobrabile. patet quod est exprobrabilius ipsum esse intemperatum
et insectatorem passionum. Possumus autem novas rationes addu-
cere ostendentes quam detestabile sit regem intemperatum esse.
tangit enim philosophus tertio ethicorum de ipsa intemperantia tria
ex quibus tres rationes sumi possunt quod maxime decet reges
et principes temperatos esse. Est enim intemperantia ut ibidem
tangitur vitium maxime bestiale puerile tempore sine exp-
robabile. Quod autem sit vitium maxime bestiale patet. Nam ut
supra dicebatur temperantia et intemperantia sunt circa de-
lectabilia tactus et gustus. secundum quos delectari commune est nobis
et bestiis. Ideo tertio ethicorum dicitur. quod quia temperantia et intem-
perantia est circa delectationes quibus reliqua animalia communicant

Intemperantia

Ideo intemperati sunt serviles et bestiales. Bestia enim quia deficit intellectu naturaliter est quid simile servo. Si ergo indecens est regem esse qui est aliis dominatum esse bestialem et similem. indecens est ipsum esse intemperatum. Secundo intemperantia est vitium maxime puerile. pueri enim qui usum rationis non habent non vivunt secundum rationem sed secundum passiones. ergo maxime videntur esse sequaces delectabilia et esse insecutores passionum. Unde philosophus in 3o ethicorum concupiscibilem secundum quod habet esse vitium intemperantiae assimilat pueros. quia sicut puer dicitur regi per pedagogum. sic vis concupiscibilis est regenda et regulanda per rationem. Si igitur indecens est regem esse puerum moribus et non sequi rationem sed passiones. indecens est ipsum esse intemperatum. Tertio hoc est indecens regi. quia huiusmodi vitium maxime est turpe et contemptibile. Homines enim intemperati. quia appetunt turpia et vilia ideo si in principatu sunt maxime contemptibiles quia quibus indignantur reges adeo quia est intemperatus et non sequitur rationem sed passionem. Cum ergo deceat regiam personam ostendere se reverendam et honore dignam maxime est indecens eam esse intemperatam. Exemplum autem huius habemus in Sardanapalo rege qui tantum fuit totus muliebris et deditus intemperantiae. ut recitatur in antiquis historiis non exhibebat extra nec habebat colloquia cum baronibus regni sui. sed omnes collocutiones eius erant in camera ad mulieres. et per litteras mittebat baronibus et ducibus quid vellet eos facere. Accidit autem quod cum quidam dux extitisset diu ei summissus et fidelis; Rex ille volens complacere illi duci precepit eum induci ad ipsum. dux autem assuetus rebus bellicis. videns regem suum esse totum muliebrem et bestialem statim ipsum habuit in contemptu et indignatus de turpitudine eius voluit eum invadere. Rex autem timens fugit. et quia non credebat se posse fugere manus illius ducis. clausit se in domo quadam. et cum toto thesauro suo et omnibus suppellectilibus suis se combussit. Sensibiliter enim videmus quod deditos voluptatibus sensibilibus contemnimus. ymmo quia intemperati inimicantur aliis in personis maxime coniunctis ut in uxoribus et in filiabus maxime provocant alios contra se. Et quia potissime cavendum est regibus et principibus ne suorum personarum insurgant contra eos. ergo maxime expedit eos temperatos esse etc.

nō

Quid est liberalitas et circa que habet esse et quomodo nos possimus fieri liberales

Numerabantur supra duodecim virtutes inter quas ut dicebatur quatuor erant cardinales et principales, videlicet prudencia, iusticia, fortitudo et temperancia. Postquam ergo diximus de his quatuor virtutibus et ostendimus quomodo reges et principes illis virtutibus debent esse ornatos, reliquum est prosequi de virtutibus aliis. Virtutes autem alie vel respiciunt bona exteriora vel mala. Sed exteriora bona illa vel sunt bona secundum se vel in ordine ad aliud. Primo ergo dicemus de virtutibus respicientibus exteriora bona secundum se. Postea determinabitur de virtutibus exteriora mala respicientibus et de respicientibus exteriora bona in ordine ad aliud. Bona autem exteriora vel sunt utilia ut pecunia et divicie et omnia que numismate mensurari possunt, vel sunt honesta ut honores. Primo ergo dicemus de virtutibus respicientibus bona utilia et post de respicientibus bona honesta. Incipit enim nostra cognicio a sensu; cum ergo bona utilia sensibiliora sint quam honesta, primo determinandum est de virtutibus bona utilia respicientibus. Et circa bona utilia ut determinatur in quarto ethicorum est duplex virtus: magnificencia et liberalitas. Hee enim due virtutes respiciunt sumptus et pecunias sed non eodem modo. Nam liberalitas que alio nomine largitas nuncupatur dicitur respicere sumptus mediocres, magnificencia vero dicitur respicere magnos sumptus, quod quomodo sit intelligendum in prosequendo patebit. Si ergo in faciendo sumptus contingit deficere quod facit avaricia, et superhabundare quod facit prodigalitas, et utrumque est contra rectam racionem, oportet dare virtutem aliquam mediam inter avariciam et prodigalitatem. Huiusmodi autem virtus est liberalitas. Nam sicut fortitudo quia est media inter timores et audacias ideo est virtus continens timores et audacias moderans, ita liberalitas quia est media inter avaricias et prodigalitates, ideo est virtus reprimens avaricias et prodigalitates moderans. Consistit autem huiusmodi virtus in recto usu pecunie. Ad rectum autem usum pecunie tria requiruntur. Primo quod non accipiat eam unde non debet. Secundo quod accipiat unde debet. Tercio expendat prout debet. Spectat enim ad liberalem non usurpare alienos redditus et custodire proprios. Nam licet liberalis non diligat pecuniam propter se, sed ut eam ordinet ad debitos sumptus, tamen ut possit sumptus facere non debet proprios redditus inaniter dispergere. Non ergo usurpare redditus alienos, habere debitam curam de propriis, et facere eis debitos

Sumptus facere sunt ita tamen circa quod inde esse liberalitas Non
autem est circa hec tamen principaliter et primo Nam circa expendere
et circa debitos sumptus facere est liberalitas principaliter et primo
circa autem proprios redditus custodire et circa non accipere alienos
est ex consequenti Usurpans enim bona aliena et non accipiens
ea sicut debet nimis inde avidus pecunie propter quod philosophus
quarto ethicorum usurarios lenones et viventes de meretricio
expoliatores mortuorum et alcatores dicit esse turpia lucra
et omnes tales appellat illiberales Alcator enim et omnes lusores
taxillorum illiberalis est lucratur ab amicis quibus oportet bene
facere Est ergo circa accipere liberalitas unde non debet non
tamen est circa hoc principaliter Nam accipientes unde non decet
magis sunt iniusti quam illiberales ut vult philosophus in iiii ethicorum
Et hac non est liberalitas principaliter circa accipere unde non oportet
sed est primum circa expendere quando oportet Nam propter quod unumquodque
et illud magis Si enim liberalis conservans proprios redditus
et accipit unde debet hoc ideo facit ut possit ex propriis
redditibus bene facere debitos sumptus et expendere sicut
debet Merito liberalitas principaliter est in expendendo et
in bene faciendo aliis ex consequenti autem circa custodire
proprios redditus et circa non usurpare alienos Probat enim
philosophus iiii ethicorum quinque rationibus liberalitatem magis
esse circa expendere et circa bene facere aliis quam circa
proprios redditus custodire liberalitas enim ut dictum est esse
habitus circa debitum usum pecunie Uti autem pecunia
est expendere eam et tribuere eam aliis custodire autem
proprios redditus non est uti pecunia sed magis est adquirere
et generare ipsam propter quod patet liberalitatem magis esse circa
expendere et circa tribuere pecuniam aliis quam circa proprios
redditus custodire Secundo hoc idem patet quia ad virtutem
principaliter spectat facere magis bonum Magis autem bonum
est bene facere quam bene pati et bene operari quam turpia
non operari qui autem debite expendit et aliis bona largitur
bene facit custodiens vero proprios redditus et accipiens a
propriis possessionibus pecuniam bene patitur sive bene recipit
eo modo quo debet non usurpans autem aliena sive operatur turpia
Si ergo melius est bene agere quam non male facere vel quam bene
pati melius est bene expendere quam aliena non usurpare
vel quam propria custodire Tertio hoc idem patet quia circa id
magis consistit virtus circa quod consurgit maior laus
Maior autem laus consurgit in bene expendendo quam in custodiendo

Propria vel non usurpando aliena liberalitas ergo principaliter
consistit in debite expendendo et bene faciendo aliis. Quarto
hoc idem patet quia illud principaliter est circa difficilius. Difficilius
autem est dona aliis tribuere quam proprios redditus custodire vel
quam aliena non usurpare. Nam custodire propria secundum se non
est difficile quia unusquisque naturaliter inclinatur ut se diligat
et ut sua bona custodiat. Dare autem propria bona secundum
se difficultatem habet quia propria bona sunt quasi ad
nos pertinentia et naturaliter afficimur ad illa. Immo quasi adeo
afficimur ad ista exteriora bona ut pecunia quasi bonum
reputatur aliquid incorporatum nobis. Videtur enim eis quod quando accipitur
pecunia ab eis quod accipiatur aliquid de proprio corpore. Quia ergo
propria bona sunt quasi nobis coniuncta aliena non sunt coniuncta
non est adeo difficile non usurpare aliena ad que non ita
afficimur quia non sunt nobis coniuncta sicut est difficile dare
propria ad que magis afficimur quia nobis quodammodo coniunguntur.
Quare circa debite expendere et circa aliis bona tribuere principaliter
consistit liberalitas tanquam circa magis difficile. Quinto hoc
idem patet quia cum liberales maxime amentur circa illud
maxime consistit liberalitas quod quis agendo maxime
amatur. Non autem maxime amatur quis si aliena bona
non surripiat vel si proprios redditus custodiat sed maxime
diligitur si de propriis redditibus debitos sumptus faciat et
bonis et dignis multa bona tribuat. Quare in bene expen-
dendo et aliis bona tribuendo principaliter liberalitas consistit.
Viso quid est liberalitas quia est media inter avaritiam
et prodigalitatem et ostenso circa que habet esse
quia principaliter est circa debitos sumptus et circa debitas dationes
ex consequenti autem est circa custodiendo redditus proprios et circa non usur-
pando aliena, de levi patet quomodo nos possumus facere libera-
les. Nam sicut fortitudo quia plus opponitur timori quam
audacie facimus nosmetipsos fortes declinando ad auda-
ciam ita quod potius plus audeamus quam minus sic quia
liberalitas magis opponitur avaricie quam prodigalitati declinandum
est magis ad prodigalitatem quam ad avariciam et magis
debemus superabundare in dando quam deficere. Quod
reges et principes minus detestabile est esse prodigos et quod maxime indete-
stabile est nimis esse avaros et quod potissime decet eos esse liberales
esse.

xviii Videt enim philosophus quarto ethicorum liberalitatem non esse
in multitudine datorum sed in habitu id est in facultate
et in potestate dantis. Nam ut ibidem scribitur
nichil prohibet minora dantem vel liberaliorem esse

Si a moribus ceterarum liberalitas quo mensura recipit ex
proporcione datorum et ad possessiones dantis. Ideo ph[ilosophus] dicit
tirannos non esse prodigos quia non videntur posse superabun-
dare multitudinem possessionum dacionibus et expensis. Cum enim quis
tot et tanta recipit quot dationes et expense pos-
sessionum multitudinem superare non possunt quodammodo prodigos
esse non possunt reges et principes quia multitudo possessio-
num superabundat, non solum quod possunt esse prodigi sed
vix possunt attingere ut sint liberales. Deinde quod cogitare
debent quomodo faciunt quod deceat. Ex hoc autem apparere
potest quam indecens sit eos esse avaros. Nam si regnum
dicitur esse naturale, decet proporcionari his que videmus
in natura. In naturalibus enim nichil est ociosum ut probat
phisica dicta, quod vero in regimine vite humane aliquid
ociosum esse decet, quare cum natura modicum sit contenta
quia unum persone modica sufficiunt, quia si una aliqua
persona multitudine diviciarum superabundat ociose sunt ille
divicie si non ordinantur ad bonum aliorum. Quanto igitur
reges et principes pluribus diviciis superabundant tanto
detestabilius est eos avaros esse. Probat autem ph[ilosophus] iiij ethi[corum]
triplici ratione quod avaricia peior est prodigalitate,
propter quod omnino detestabile est reges et principes esse avaros,
tamen vero fugienda est avaricia a principibus quod si possent
esse prodigi melius esset eos esse prodigos quam avaros.
Primo vero quia melius infirmari morbo curabili quam incu-
rabili, prodigalitas autem est morbus curabilis vel ab etate
vel ab egestate. Nam qui prodigi sunt in iuventute, quod
senes avariores sunt iuvenibus, cum veniunt ad senec-
tutem ut plurimum curatur eorum prodigalitas, et desinunt
esse prodigi, curari etiam potest ab egestate. Nam quia prodigi
sunt ut plurimum egent quia expense superabundant
redditibus, experiendo igitur indigenciam inducuntur ut non sint
prodigi. Est igitur sic quod prodigalitas morbus curabilis vel ab prodigalitas
etate vel ab egestate. Sed avaricia est morbus incurabilis
quia quanto plus quis procedit in avaricia, et quanto plus senescit
tanto magis avarus efficitur. Sed ergo caput regni a
quo totum regnum dicitur dirigi videtur esse egrotare secundum morbos
morbo incurabili, omnino detestabile est regem esse avarum, patet
ergo quod melius esset eum esse prodigum. Secundo hoc idem patet
quia prodigalitas magis est propinqua virtuti quam avaricia. Nam
liberalis non libenter accipit, sed libenter dat, quorum utrumque
facit prodigus, neutrum tamen facit avarus. Non vero differt



Prodigalitas a liberalitate nisi quia prodigus non dat quibus debet et
quibus debet et nunquam quando debet Avarus enim prodigus non est ama
tor petunie sicut nec liberalis / de levi quis est sic prodigus sed
poterit liberalis fieri ergo omnino detestus est Regem esse vitiosum
/ tanto detestabilius est ipsum esse avarum quam prodigum
/ quanto avaritia plus contraria virtuti quam prodigalitas
Tercio hoc est detestabilius / quia Rex positus est in Regno
pro salutem Regni ut prosit hiis qui in Regno sunt
Avarus autem nulli prodest / quia etiam sibi ipsi nequam est /
prodigus autem multis prodest / omnino ergo detestabile est Regem
esse avarum Viso ergo quod quasi impossibile est Reges esse prodigos
/ et quod detestabile est omnino eos esse avaros Restat ostendere
quod deceat eos esse largos / liberales et communicativos Hec
enim virtus que est circa sumptus per quandam similitudinem
dicitur largitas . liberalitas / et communicabilitas Largitas
enim dicitur ad similitudinem vasorum Vasa enim huiusmodi
os amplum habentia abunde emittunt quod est in eis / abun
dans ergo in sumptibus et dationibus dicitur largus / quia
ad modum largi vasis abunde emittit que continet / ideo
ergo tanto deceat fontem habere os largius / quanto est co
pilosior plures principes decet tanto decet Regem largiorem esse
quanto influentia eius ad plures extendenda sit quam influ-
entia aliorum Secundo huiusmodi virtus dicitur liberalitas quia
pollentes ea sunt ad similitudinem liberorum Avari enim
non sunt liberi / sed sunt servi petunie / quare sic inde-
cens est Reges et principes esse servos / conveniens est eos
esse liberales Tercio huiusmodi virtus dicitur amicabilitas / quia
per eam homines communicant sua bona / per quam communicationem
ab aliis potissime diliguntur Nam liberales sunt poti
ssime amabiles / quare si maxime decet Reges et
principes ut sint dilecti hiis qui sunt in Regno /
maxime decet eos esse liberales Spectat autem ad li-
beralem primo respicere quantitatem dati / ut non det nimis
vel plus quam deceat Secundo debet respicere quibus det / ut non
det quibus non debet Tercio videndum est cui quando det / ut
det bonum quando non opportet aliquando / cum propter Reges ali-
et principes vix possunt declinare a liberalitate in dando plus
/ quia magnitudo expensarum inter plures recedere multitudine
redditus nimio sic contingat liberalem dare plus quam deceat
ut sint recte modo adaequate tanquam iustabili Nam magis attingit
liberalis si det nimis quam debeat / non sic non expendat vel debet

Quam si non expendat ubi non oportet. Deviat autem a li-
beralitate reges et principes in dando quibus non oportet, vel tunc
quando non oportet. Dant enim vel ystrionibus aut histrionibus et adu-
latoribus vel aliis quibus non oportet dare. quia magis deberet eos esse
pauperes quam divites. Sed etiam dant tunc quando non oportet.
Non enim dant boni gratia, sed magis dant ut laudentur
et propter inanem gloriam. vel propter aliquam aliam causam. Decet
ergo reges esse liberales, et ut liberales sint oportet eos beneficiare
bonos et boni gratia. XIX

Quid est magnificentia et circa quae habet esse. et quomodo possimus nos ipsos magnanimos facere

Dicebatur supra circa sumptus duplicem esse
virtutem. unam quae respicit moderatos sumptus
quam liberalitatem vocant. Aliam quae respicit
sumptus magnos quam magnificentiam nominant.
Sed tamen magis et minus non videntur diversificare speciem
et naturam rei. ut vult philosophus primo politicorum. Non videtur
sufficienter distingui magnificentia a liberalitate per hoc quod haec
est circa magnos sumptus. illa vero circa mediocres. Sciendum
ergo quod de ratione virtutis quod sit circa bonum et difficile. Quoniam
ergo in maioribus sumptibus reperitur specialis ratio boni et diffi-
cultatis quam non reperitur in mediocribus sumptibus, dicitur magnificentia
quae est circa magnos sumptus esse virtutem aliam a liberalitate quae est
circa mediocres sumptus. Vel possumus dicere quod sumptus ad duo
comparari possunt. videlicet ad facultates eius qui facit sumptus,
et ad opera in quae illi sumptus expenduntur. Erit ergo
circa pecuniam duplex virtus. una quae coaequat dationes
et expensas facultatibus et haec est liberalitas. Ideo dicitur esse
liberalitas circa mediocres sumptus non secundum se. sed per comparationem
ad dantem et ad facientem sumptus. Ideo largitor multorum
posset esse avarus si illa multa non conveniunt facultatibus
dantis. Dicebatur enim supra non esse liberalitatem in multitudine
datorum. Liberalis ergo adaequat dationes et sumptus facultatibus.
Sed magnificus vult proportionare sumptus operibus. Unde et nomen
accepit ab ipsa factione et ab ipso opere denominatur mag-
nificus. Dicitur enim magnificus quasi magna faciens. Unde est ergo quod
in quocumque statu homo sit et quascumque facultates
habeat sive multas sive mediocres, difficile est bene
uti illis et bene coaequare sumptus facultatibus. Ideo
liberalitas se extendit ad mediocres sumptus. Sumptus
enim vel possunt considerari secundum se vel ut proportionantur
facultatibus. Si autem considerantur sumptus secundum se

Sicut liberalitas est circa magnos sumptus secundum facientis multas habere
facultates, et etiam circa mediocres secundum facientis sumptus vel me-
diocriter facultatibus abundantis. Sed sumptus non considerantur secundum se, sed ut
proportionantur facultatibus, sic liberalitas est semper circa mediocres
sumptus. Illa sicut parvi sumptus sunt mediocres et proportionati
pauperibus, sic magni sunt mediocres et proportionati divitibus.
Cum igitur liberalitas non respiciat sumptus secundum se, sed ut propor-
tionantur facultatibus, non debet esse circa magnos et mediocres
sumptus sed circa mediocres tantum. Liberalitas igitur que respicit
sumptus proportionatos facultatibus se extendit ad quascumque
facultates quod est in mediocribus facultatibus difficile est. Verum sic habet
in aliis. Magnificentia non respicit sumptus, ut sunt decentes
operibus, non respicit quecumque opera quia non est difficile facere
decentes sumptus in quibuscumque operibus sed in magnis. Ideo
magnificentia a magnis factionibus et magnis operibus sumpsit
nomen. In magnis autem operibus contingit aliquos deficere
quia non intendunt quo magna opera faciunt, sed quo parvum
expendant, et tales vocantur parvifici. Aliqui vero etiam in
magnis operibus plus expendunt quam opera illa requirant, et
tales vocantur consumptores. Philosophus vero vocat eos banau-
sos idest igneos et fornaces, quia tales sicut fornax omnia con-
sumunt. Quidam vero operibus faciunt decentes sumptus et
tales sunt virtuosi et vocantur magnifici. Erit igitur magni-
ficentia media inter parvificentiam et consumptionem, sicut libera-
litas est media inter avaritiam et prodigalitatem. Patet ergo
quid est magnificentia. Nam sicut liberalitas est reprimens
avaritias et moderans prodigalitates, sic magnificentia est
reprimens parvificentias et moderans consumptiones. Et sicut libera-
litas est faciens sumptus et dationes proportionatas facul-
tatibus, sic magnificentia est faciens decentes sumptus magnis
operibus. Viso quid est magnificentia restat videre circa que
habet esse. Homo enim quantum ad praesens ad quattuor potest comparari,
videlicet ad ipsum deum, ad totam civitatem, ad aliquas speciales
personas, et ad seipsum. Magnificus autem circa omnia ista
decenter se habere debet, non tamen eque principaliter intendere debet circa omnia
ista. Nam principaliter et primo homo dicitur magnificus circa divina
constituendo secundum facultates, edificant templa magnifica,
sacrificia honorabilia, preparationes dignas. Ideo dicitur in 4to
Ethicorum circa honorabiles sumptus, quos debet facere magnificus, sunt
circa deum. Secundo spectat ad magnificum, si adsit fa-
cultas, facere decentes sumptus circa totam civitatem

Nam ipsa bona quia quodammodo divina sunt. Unde philosophus
ait quod dona communia habent aliquid simile donis sacratis
bonum enim divinum in una persona sumptum valde debiliter repre-
sentatur, sed in tota communitate pulcrius lucescit divinum bonum.
Tercio magnificus se decenter habere debet circa aliquas personas
speciales, ut circa personas honore dignas. Nam in hoc po-
tissime apparet magnificentia, cum quis magna faciat hiis qui sunt
magnis digni. Quarto dicitur se habere decenter magnificus
circa personam propriam, dicitur enim quis se magnifice habere circa magna
opera respectu proprie persone. Magna autem opera possunt dici
illa, que durant per totam vitam cuiusdam sicut domus et edi-
ficia, vel que fiunt raro in tota vita cuiusdam sicut nuptie et
milicie. Decet enim magnificum ut dicitur iiij to ethicorum habitacionem
preparare decentem, magnificus ergo debet intendere quomodo debeat facere admirabiles
et durabiles domos, cum quomodo faciat eas sophisticas et ap-
parentes. Decet etiam decentes magnificum nuptias et milicias et talia
que raro contingunt magnifice facere. Patet igitur circa quid est magni-
ficencia quia est circa sumptus decentes magnis operibus. Ultimo
vero est circa magnos sumptus impensos erga divina et erga
totam communitatem, ex consequenti vero est erga magnos sumptus im-
pensos circa personas dignas et circa se ipsum. Ostenso quid est magni-
ficencia et circa que habet esse de leui patet quomodo possimus nos ipsos
magnificos facere. Nam sicut liberalitas plus contrariatur avaricie
quam prodigalitati, sic magnificencia plus contrariatur parvificencie quam
consumpcioni. Nos ergo ipsos si facultas assit faciemus magni-
ficos declinando ad consumpcionem, ut etiam in magnis operibus
potius superabundent sumptus quam deficiant etc.

**Quod maxime detestabile est reges et principes par-
vificos esse et quod decet eos esse magnificos**

Tangit autem philosophus quarto ethicorum sex proprietates
ipsius parvifici, que si inessent Regibus maxime
derogarent Regie maiestati. Prima proprietas est
quia circa omnia deficit, quod ex ipso nomine
patet esse. Nam parvificum est facere parva et declinia. Secunda
proprietas est, quia si contingat parvificum etiam magna ex-
pendere pro parvo perdit magnum bonum. Unde et publice
dicitur quod multi homines nuptias et convivia perdunt pro dena-
riata piperis, dum enim circa magnum convivium non faciunt
debitos nec decentes sumptus volentes parcere modice expense
totum convivium indecens redditur. Tercia est quod quecumque
faciat parvificus semper facit tardans, videtur enim ei quod removere
pecuniam a se est abscindere membra a proprio corpore. Ideo sic dando



Secunda pars

[Q]uod nimie sit ab his vitulari et madi vitulatori illud et ita
sumam tardat et subterfugit consumendo per [h]ic dato quod parvificus operatur
expensas facere / sic illos sumptus tardat et subterfugit consumendo per
[Q]uarta est quia parvificus non intendit qualiter faciat ma-
gnum opus / ut qualiter faciat magnas largitiones / sed quomodo faciat
decentes nuptias / sed tota sua intentio est quomodo faciat parvos sumptus
[Q]uinta est enim proprietas parvifici / ut apponere plus pecuniam quam opus
[Q]uoddam maiorem diligentiam ponit quomodo modicum expendat quam
facit magnum opus. [Q]uinta eius proprietas est ut semper
expendat cum tristitia et dolore. [D]icebatur enim quod parvificus
reputat extraneam quasi sibi incorporatam et quasi
pertinentem ad substantiam suam / et quia sic affigitur ad ea et ita
[c]ommunicat se illis. [Q]uoddam sicut in maiori corpore per divisiones
continui insultat ibi tristitia et dolor / sic in separatione pecunie quod
fit per expensas quod est ibi quam quedam divisio continui / eo quod
parvificus reputat suam pecuniam quasi sibi incorporatam et
continuatam non potest eam expendere et eam a se removere sine tristitia
et dolore. [P]articipat enim in hoc parvificus cum avaro / quia
omnis parvificus avarus est sicut omnis magnificus liberalis. [S]exta
est quia cum parvificus nihil faciat videtur tamen ei quod semper agat
maiora quam deceat. [D]ictum est enim quod parvificus plus appretiatur pecuniam
quam dationes et sumptus que sunt opera virtutis / pecuniam enim reputat
quasi carum / opera non virtutis estimat quasi vile et non appretiatur ea
[c]um ergo vix possit aliquis tam modicum dare de caro / dato
etiam quod multum recipiat de vili quin videatur plus dare quam deceat
non potest parvificus ita modicum sumptum facere erga consuetudinem
operum quin semper videatur ei quod agat maiora quam deceat. [Q]uare
si detestabile est Regiam maiestatem tam omnia deficere / magna
bona pro modico perdere / semper tardare et nihil per inde facere / nunquam
intendere quomodo faciat magnum virtutis / sed quomodo modicum expendat
/ ad facere sumptus cum tristitia et dolore / et cum nihil faciat credit
se magna operari / quia omnia hec valde derogant Regie maiestati
/ omnino detestabile est Regem esse parvificum. [S]ic autem decet ipsum
esse magnificum sufficienter probant superiora dicta in quibus ostendimus
tam quod magnificentia habet esse. [D]icebatur enim magnificentiam putari
esse tam divina et tam communia / ex quibus non tam persone dignas
esse et tam scripsisse. [N]am cum Rex sit caput Regni / et sit persona
honorabilis / venerabilis et publica / et ad ipsum pertineat distribuere
bona Regni / maxime decet ipsum esse magnificum. [N]am quod est
caput Regni / et in hoc gerit divinum vestigium / qui est
caput et princeps universi / maxime spectat ad ipsum se

Magnifice hec circa templa sacra vel circa processiones di-
uinorum. circa non est persona publica ad quam ordinatur totum com-
munitas et totum regnum magis spectat ad ipsum magnifice se habere circa bona communia
et circa ea que toti regno conspiciunt. Rursus quia ad ipsum
spectat distribuere bona regni omnino decet eum magnifice
se habere erga personas dignas quibus digne competit
illa bona amplius quia dictum est regia persona debet esse
reuerenda et honore digna spectat ad regem magnifice se
habere ad propriam personam et erga personas sibi coniunctas
ut erga uxorem et filios studendo habitaciones honorabiles facere
nupcias decentes construendo munitas admirabiles etc. Magnifi-
cencie sunt proprietates et quod proprietates illas
reges et principes debent habere. xxj

Philozophus quarto ethicorum
capitulo de magnificencia tangit sex proprietates
magnifici quas habere decet reges et principes.
Prima est quia magnificus assimulatur scienti
ut dicebatur non spectat ad magnificum in magnis operibus
facere decentes sumptus. cognoscere autem quibus magnis operibus
qui sumptus sint conuenientes esse non potest nisi quis pol-
leat sciencia et intellectu. Secunda proprietas magnifici est facere
magnos sumptus ut non ostendit se ipsum sed bonum quod
est. non hoc communiter multi intuuntur agere non propter fauorem
vel propter graciam hominum sed quod bonum spectatur tamen hec de-
cet proprium magnificencie. Nam sicut in operibus magnificis ut sicut
agimus magnifice scilicet erga cultum diuinum et erga rempublicam
et circa personas dignas maxime ut quis appareat
gloriosus et maxime ut quis ab hominibus laudetur difficile
est in talibus non querere humanam laudem et quia virtus est
circa bonum et difficile. Ideo maxime spectat ad magnificum
in suis magnificis operibus et distributionibus finaliter intendere bonum
et non fauorem et gloriam hominum. Tercia proprietas mag-
nifici est facere sumptus et distributiones delectabiliter et prompte.
Nam qui prius quam sumptus faciat diu raciocinatur et
omnes minutas expensas inquirit et non delectabiliter et pr-
ompte largitur quasi largus debet non est magnificus sed paruificus.
Ideo dicitur quarto ethicorum quod diligencia raciocinii est par-
uifica. Quarta est magnificus intendere quomodo faciat opus
optimum et decentissimum quam quanti et quanto sumptu faciat
ad opus ut si debet aliquis magnificus aliquod templum construere

# Secunda Pars

Ad honorem divinum vel aliqua dona communia personis dignius magis
intendat quod templum sit admirabile et quod pulcrum, et quod
dona ista sint magna et decentia, quam quot et quanta numismata
oporteat ipsum consumere propter huiusmodi opera. Quinta proprietas est
quod magnificus est excellenter liberalis. Quidem enim est magnificus
est excessive abundanter liberalis. Nam ut infra patebit magni-
ficentia est quaedam perfectio et quidam ornatus liberalitatis, sicut magna-
nimitas est quaedam perfectio et quidam ornatus omnium virtutum. Cum enim
magnificus sit ille qui in magnis operibus facit decentes
sumptus, si facere decentes sumptus est esse liberalem, facere
maximos decentes sumptus quod facit magnificus est esse
maxime liberalem. Sexta proprietas magnificentiae est ab aequali
sumptu facere opus magis magnificum. Parvifici enim quasi semper
intendunt quomodo parcant minimo, ut supra dicebatur, pro modico
multum perdunt. Magnificus vero cum non sit curae de minimo
ab aequali sumptu facit opus magis magnificum, quia non
parcit decentibus sumptibus. Contingit enim avarum plus ex-
pendere in aliquo negotio quam liberalem, tum quia semper
intendit avarus aliquas decentes expensas subterfugere si modicae
sunt et parvi valoris. Ideo contingit ubi multum expendit inde-
center facit, quare ab aequali sumptu vel etiam aliquando minori
liberalis ut magnificus facit decentius opus quam parvificus
vel avarus. Has autem proprietates debere inesse regibus et princi-
pibus inde non est difficile. Ipsi enim maxime debent
esse scientes et cognoscentes quibus sumptibus quibus operibus
decerant. Ad eos autem maxime spectat facere magnas
largitiones et excellentes sumptus bonum grad[?]. Nam maxime
decet bonum intendere, qui totum regnum debet in bonum dirigere.
Sic etiam ad eos spectat delectabiliter et prompte sumptus facere.
Nam ut supra dicebatur, quia modus iam contenta est [?], ratio i-
se sunt divitiae nisi ex eis fiant debite largitiones et
decentes sumptus. Quanto igitur reges et principes magis
abundant facultatibus et divitiis, tanto magis decet eos ampli-
ores largitiones facere et magis delectabiliter et prompte expendere.
Decet vero reges et principes magis intendere quod faciant ex-
cellentia opera virtutum, quam quod parcant numismatibus et ex-
pensis, oportet etiam eos excellentes esse liberales et semper facere
magnifica. Omnes ergo proprietates magnificentiae, et amplius
et perfectius decet ipsos reges habere. Quod et Philosophus in IIII Ethicorum vult,
quod non quilibet possit esse magnificus, quia non quilibet potest facere magnos

Sam(p)tuosi qui nimium consumpta sunt in talibus circa que nostris et gloriosis
quantum quanto plus est nobilior actus tanto decet ipsum magis
posse magnifice et hec spectat ad magnificum etc. Quid est
magnanimitas et circa que habet esse et quomodo
possumus nosmetipsos facere magnanimos XXII

Bonorum exteriorum ut supra dicebatur quedam
sunt utilia ut pecunie et universaliter quecumque per
numisma mensurari possunt quedam non sunt bona
honesta cuiusmodi sunt honores. Sicut igitur
circa ipsa bona utilia est duplex virtus una que respicit ma-
gnos sumptus ut magnificentia et alia que respicit mediocres
ut liberalitas. Sic circa ipsa bona honesta est duplex virtus.
Una que respicit magnos honores ut magnanimitas et
alia que respicit mediocres que quia nomine potest dici honoris
amativa. In magnis autem honoribus tripliciter se possunt habere
homines. Nam quidam in talibus deficiunt ut pusillanimes quidam
vero superabundant ut presumptuosi quidam autem se habent
ut decet ut magnanimi. Videmus enim aliquos aptos ad magna
potentes magna et ardua exercere quadam tamen pusillanimi-
tate retrahunt se ab huiusmodi actibus magnis. Tales ergo in talibus
deficiunt. Sed quidam econverso in talibus superabundant ingere-
re(?) volentes se ad aliqua que complere digne non possunt quos
philosophus vocat caymotes id est fumosos et ventosos nos
autem eos presumptuosos vocare possumus. Magnanimus ergo
medius est inter pusillanimem et presumptuosum. Non enim se
subtrahit ab arduis operibus que digne potest agere ut pusilla-
nimis nec se ingerit ad ea que digne complere non potest
ut presumptuosus. Quare manifeste patet quid sit magnanimitas.
Nam sicut liberalitas quia est media inter avaritiam et pro-
digalitatem ideo est virtus quedam reprimens avaritiam et mode-
rans prodigalitatem sic magnanimitas quia est media inter
pusillanimitatem et presumptionem est virtus quedam reprimens
pusillanimitatem et moderans presumptionem. Viso quid sit
magnanimitas de levi patet circa que habet esse. Videtur autem
philosophus in quarto ethicorum velle magnanimum esse circa honores circa divi-
tias et principatus et universaliter circa omnia fortunia et infortunia.
Non tamen est ex primo circa ista. Nam magnanimitas
primo est circa honores et non circa honores quoscumque sed
circa honores magnos. Ex consequenti autem est circa divitias et
principatus et circa fortunia et infortunia. Nam si per nos bona
exteriora maximum est honor divitie vero et principatus

Alia autem exteriora bona non sunt tantum bona sicut honores quia ut plurimum
homines sic ordinantur ut consequantur honores. sicut ergo dice-
batur de fortitudine quod principaliter erat circa pericula bellica quia
illa sunt difficiliora. ex consequenti autem erat circa pericula alia.
ita quod fortis etiam in aliis periculis decenter se habet. sic magna-
nimitas principaliter est circa honores tanquam circa maxima bona exteriora
et ex consequenti circa divitias et principatus et circa alia exteriora.
ita magnanimus decenter se habet in possidendo divitias et principatus
et in tollerando fortunia et infortunia. Magnanimus enim est sicut
bonus tetragonus qui nunquam deiicitur. si enim honoratur vel si
magna ei fortuna occurrit non extollitur. si autem inhonoratur
et magnum infortunium veniat super ipsum non deiicitur. In quolibet
enim statu novit magnanimus se decenter habere. Ad pusil-
lanimitatem autem pertinet nescire fortunas ferre. Ideo andro-
nicus peripateticus ait eos pusillanimes esse qui neque ho-
norem neque inhonorem neque bonam fortunam neque infortunium
possunt ferre. sed honorati quidem intumescunt. et parum bene
fortunati extolli. Ostenso quid sit magnanimitas et circa
quae sit. restat ostendere quid nos possumus magnanimos
facere. Inter cetera autem que nos ad magnanimitatem trahunt
est parvipendere exteriora bona quecunque sint illa. sive sint
honores. sive principatus. sive divitie. sive quecunque huiusmodi
alia bona. Dictum est enim pusillanimitatem nescire fortunas
ferre. sed quod modicis fortuniis extolli. ex infortuniis non deprimi.
Magnanimus quidem non sic. sed ut dicebatur novit fortunas ferre
et in quolibet statu scit se decenter habere. Causa autem quare
pusillanimis nescit fortunas ferre est. quia nimis appreciatur exteriora
bona. quod cum aliquid de huiusmodi bonis adsunt. videtur ei totum adqui-
sivisse et intumescit. cum vero aliquid de eis perdidit videtur
ei totum perdidisse et deiicitur. Quare si appreciamur opera virtutis
et non appreciamur exteriora bona nisi inquantum sunt organa ad
virtutis opus erimus magnanimi et sciemus fortunas ferre. Nam
si angebimur in divitiis. et in exterioribus bonis non extollemur.
et si contra non reputemus talia esse simpliciter maxima bona. et si con-
tingat nos infortunari circa ea decenter tollerabimus cum
non multum reputemus ipsa.

xxiiii Que sunt proprietates magnanimi et quod decet reges
et principes magnanimos esse.

Recitavit autem philosophus
quarto ethicorum multas proprietates magnanimi.
inter quas enumerare possumus sex quas reges et principes

Habē debent / ut in prima ꝓprietas magnanimum bene ſe hr̄e circa
pericula / bene autem ſe habē circa ea eſt nō eē amatorem
periculorum. Nec ſe exponē pro paruis periculis ſiue pro magnis
/ niſi pro hiis ex quibus poteſt conſurgē magna utilitas / cum
autem ſic ſe exponit periculis adeo debz eē conſtans in
ſuis negocijs / ut etiam ſi videt expedire nō parcat vite
ut aut patet iiij° ethicorum. Secundo competit magnanimo
bene ſe hr̄e circa retribuciones. Magnanimus n. parum appreciatur
l bo exteriora / ⁊ multum appreciatur opera virtutum, propter quod quia eē
plurimum retributiuum eſt facē opera virtutum. Conuenit ma
gnanimo eſſe plurimum retributiuum vt patet quarto ethicorum
Tercio ſpectat ad ipſum eē paucorum operatiuum. dictum eſt
magnanimum eſſe circa magna ut circa ea ex quibus conſurgē
poſſunt magni honores / talia autem nō multociens occurrunt
ideo decet magnanimum eſſe paucorum operatiuum. Quarto decet
magnanimum eſſe apertum ut ſit iudicus et ſit manifeſtus,
odiuor et amator / et magis curare de veritate quam de opinione
vt vult p' iiij ethicorum. Quinto ſpectat ad magnanimum ut
nō ſit ei cure quod laudetur, ut quod alij vituperentur. Nam
cum talia inter exteriora bona computentur ipſe nō multum
curet de eis / quia ut dicebatur modicum appreciatur exteriora
bona. Sexto ſpectat ad ipſum nō eſſe planctiuum
neque deprecatiuum / et maxime nō dz eſſe talis reſpectu co-
tidianorum bonorum / qui n. conqueritur de exterioribus bonis vel
alias deprecatur ut ea adquirat / quodammodo puſillanimis eſt
quia nimis appreciatur exteriora bona. dicente Seneca. Cum mul
tacius cum quod ſtibꝫ compatur. Has autem ꝓprietates
narratas a philoſopho ſi bene intelligantur decet hr̄e Reges ⁊
principes. Decet n. Reges nō ſe exponē pro quibuſcumque
periculis niſi pro negocijs arduis. ut pro defenſione fidei
vel pro tuicione Regni. Si nō occurrat caſus adeo arduus quod
Rex ſuam gentem vel etiam ſeipſum debeat exponere
periculis / ita dz eē conſtans et magnanimus, ut pro bono
diuino et communi patiatur vitam exponē. Secundo
decet Reges ⁊ principes eſſe plurimum retributiuos / quia
quanto ſunt in altiori gradu quam alij, ⁊ quanto plus affluunt
diuicijs quam alij / tanto in operibus virtutum et in retributionibus
debent alios ſuperare. Tercio decet eos eſſe paucorum opera-
tiuos. Negocia n. ardua pauca ſunt reſpectu aliorum /
nō autem decet Reges ⁊ principes omnia negocia quantumcumque
modica expedire perſeipſos / ut decet eos ſuum operatiuos
eſſe / ſed ut poſſint liberius intendē expediendo negocia
maiora que ſunt pauca dimittant alijs minora negocia

Alys co(m)mitte que sunt multa Quarto dec(et) eos e(ss)e
expertos et esse iudicios cum sint regula a(g)endo(rum) q(uam) obliquari
et falsificari no(n) debet. debe(n)t etiam eos esse manifestos
ositores et amatores ut manifeste odiant vicia p(u)niant
malos et no(n) p(er)mittant malefictos vivere, et ap(er)te diligant
bonos et honorent eos. quia hoc no(n) maxe inducerent
toto populo sibi (com)misso ut sit iust(us) et virtuos(us). Quinto
dec(et) Reges et principes no(n) curare ut laudent(ur) ab ho(m)i(n)ib(us)
Nam positi in dignitatibus multos habent adulatores
et loquentes eis placentia. Si autem talib(us) adulatorib(us)
credant, (con)tingit eos no(n) agere secundu(m) legem et ratio(nem), sed
secundu(m) passio(nem) et voluntatem. tanto ig(itur) Reges et principes
et universaliter o(mn)es gentes in dig(n)itatib(us) magis debent curare
de laude hominu(m) (con)tempnere q(uan)to plures h(abe)nt adulatores qui eos
laudando conant(ur) eos p(er)vertere. Sexto q(uod) Reges et p(ri)ncipes
debent sibi e(ss)e sufficientes in exterio(ri)b(us) bonis ut declarabit(ur)
in tercio ubi agetur de Regimine Regni. Septi(m)o ig(itur) no(n) dec(et) eos
esse plangitivos neq(ue) deprecativos pro exteriorib(us) bonis. Octo
ergo assignate proprietates compete(n)t debent Regib(us) et principib(us)
quare dec(et) eos esse magnanimos. Quo(modo) dec(et) reges et
principes esse amatores honoris et qualis sit virtus illa
que dicitur honoris amativa

.xxiiii. Amatores honoris alii vitupera(n)t(ur) alii
vero laudantur. ut vult ph(ilosoph)us quarto ethico(rum).
Increpamus enim aliquos. si quos ducesb videmus
non curare de honore suo. Rursu(s) q(uod) vitupera(mus)
ambiciosos. laudam(us) no(n) curantes de honore suo. Curare
igitur de honore suo q(ue)dam modo est laudabile, et q(ue)dam modo
est vituperabile. Non curare de honore, quia no(n) velet
facere op(er)a honore digna est vituperabile. Nobis ig(itur) debet
esse cure de honore. no(n) q(uod) simus ambiciosi, neq(ue) ffine(m)
n(ost)r(u)m ponamus in honorib(us), sed q(uod) agamus op(er)a honore dig(na).
Opera aute(m) honore digna dupl(icite)r (con)sidera(ri) p(oss)unt. vel ut sunt
p(ro)porcionata nobis. vel ut sunt digna magno honore.
Sicut n(am) circa sumpt(us) due sunt virtutes v(idelicet) liberalitas
que respicit sumpt(us) ut sunt mediocres et ut sunt p(ro)por
cionati nob(is). et magnificencia que respicit sumpt(us) ut s(unt)
magni et ut ordinant(ur) ad op(er)a magna. sic etiam honoris est
duplex virtus, una que respicit honores mediocres et ut
sunt p(ro)porcionati nob(is) et h(ec) a ph(ilosoph)o d(icitu)r honoris amativa.
Alia est que respicit magnos honores ut magnanimitas
Eadem ergo op(er)a p(oss)unt esse actus virtutis et magnanimitatis

Nam agens opera virtutis et aggrediens pugnas si hoc
facit quia delectatur in talibus actibus fortis est. Si vero hoc
agat quia talia opera sunt magno honore digna magna-
nimus est. Sic etiam si agat opera castitatis quia delectatur
in eis castus et temperatus est. Sed si hoc agat quia sunt ho-
nore magno digna magnanimus est. Ideo propria materia
magnanimitatis non sunt pericula bellica, sed talia sunt materia
fortitudinis, nec delectabilia sunt secundum se quia circa talia
versatur temperantia. Sed propria materia magnanimitatis dicitur esse honor,
quia quecumque agit magnanimus agit ea prout sunt magno honore
digna. Magnanimitas ergo ut dicitur quarto ethicorum est quidam ornatus
omnium virtutum. Nam sicut magnificentia est quidam ornatus liberalitatis
sic excellentiori modo magnanimitas est ornatus omnium virtutum.
Nam opera omnium virtutum sunt honore digna. Circa que mag-
nimus operabitur opera singularum virtutum. Ideo dicitur iiii ethicorum
quod non congruit magnanimo fugere commonetes quod est
actum prudentie. nec facere iniusta quod pertinet ad iniustitiam.
Operatur ergo magnanimus opera aliarum virtutum ut ea faciet excellenter.
Nam cum virtus extrema bona sit bonum plus excellens faciet
opera virtutum magnitudo sunt honore digna. excellentiori modo
facit ea quam si ageret talia opera quia delectaret in illis. Recte
ergo magnanimitas dicitur omnes virtutes maiores facere et dicitur
omnes eas perficere et ornare. quia actus omnium earum per magni-
tudinem facimus excellentius ornatur et magis perficitur. Viso
ergo quid est magnanimitas et quomodo se habet ad virtutes alias, de-
cet prius quid sit illa virtus de qua nunc intendimus que dicitur
honoris amativa. Nam sicut eadem opera possunt esse aliarum
virtutum et magnanimitatis, sic eadem possunt esse opera aliarum virtutum
et honoris amative. Opera enim aliarum virtutum ut sunt magno
honore digna pertinent ad magnanimitatem, sed ut sunt proportionata
nobis et ut ordinantur ad mediocres honores pertinet ad virtutem
que dicitur amativa honoris. Sicut ergo decet reges et principes
esse magnificos et liberales, sic decet eos esse magnanimos
et honoris amativos. Reges vero et principes decet honores
diligere modo quo decet et recte ut diligant et cupiant facere
opera que sunt honore digna. Videtur enim amativa honoris se habere
ad magnanimitatem sicut formositas corporalis se habet ad pulc-
tudinem. Parvi enim si habent membra bene proportionata et confor-
mia sunt formosi. non tamen sunt pulchri quia pulchritudo non
est nisi in magno corpore. Sic facientes opera mediocri honore
digna dicuntur honoris amativi, sed hoc pacto sunt magnanimi cum agunt opera magno
honore digna. ut ergo reges et principes non solum in magnis agendis sed in
mediocribus faciant quod tempore sunt ut semper agant opera honore

Digna bene dictum est quod decet eos magnanimos & honoris amativos
**Quod omnis humilitas potest dici honoris amativa & quod omnis magnanimus est humilis**

xxv. Philosophus quarto ethicorum mediocriter se inge-
rentem honoribus non appellat magnanimum sed temperatum
Cum ergo ipse temperatus in honoribus sit idem quod ipse
humilitatem · immo illa de qua loquitur philosophus quam
appellat honoris amativam quia tendit in medietatem utique videtur
quedam humilitas dici posse / sed si sic dicimus quedam dubitatio-
nes insurgunt. Nam omnis magnanimus est honoris amativus
sicut omnis magnificus est liberalis. Quare si honoris amativa
est quedam humilitas omnis magnanimus est humilis. Quod videtur
esse oppositum in adiecto · quia humilis alios veneratur / magna-
nimus vero ut quarto ethicorum alios despicit. Dicendum ergo quod si omnis
magnanimus non esset humilis non deduxissemus principibus congruum
documentum quia docuissemus eos esse sine virtutibus. Cum
virtutes sine humilitate esse non possunt. Ad plenam ergo declarationem
veritatis ostendendum est quod sine humilitate nulla esse potest
magnanimitas. Magnanimitas autem & humilitas & huiusmodi virtutes
morales & habent circa animi passiones. Omnes enim dicte
virtutes sunt bonum secundum rationem · quia modant passiones
nostras · ne deviemus a bono rationis · sed quia passiones nos
deviare faciunt a bono rationis dupliciter potest contingere ut
supra dicebatur. Primo prout passiones nos inclinant ad id quod
ratio vetat. Secundo prout nos retrahunt ab eo quod ratio
dictat. Quare cum passiones nos inclinant ad aliquid quod est
contra rationem · indigemus virtute retrahente ut est temperantia
per quam retrahimur a delectationibus superfluis / cum vero nos pas-
siones retrahunt ab eo quod recta ratio dictat / non indigemus vir-
tute retrahente sed magis impellente / ut de fortitudine que magis
impellit nos ad pericula bellica quam nos retrahat ab illis.
Cum ergo retrahere & impellere sint quodammodo opposita & formaliter
differant · certum principaliter & per se non est eadem virtus retrahens et
impellens / nec est eadem virtus principaliter modans passiones
impellentes nos ad ea que ratio vetat & retrahentes ab
eo quod ratio dictat. Unde est igitur quod si unum & idem aliter
et aliter acceptum nos retrahit & impellit / oportebat circa
idem dare duas virtutes · unam impellentem et aliam
retrahentem. Videmus autem quod magnanimos esse circa magnos
honores / magnus autem honor / quoddam est magnum bonum / ma-
gnum autem bonum racione qua magnum est / nos retrahit
ne prosequamur illud racione difficultatis / prout vero bonum est

Nos allicit ut tendamus in ipsum / ergo circa magnos honores
et circa magna bona dupliciter contingit peccare. Primo si ultra
quam ratio dictet prosequamur ea inquantum bona sunt. Secundo
si infra quam ratio dictet retrahamus nos ab illis eo quod ardua
et difficilia sunt / quare circa talia duabus virtutibus indigemus
una impellente nos ne retrahamur propter difficultatem et est
magnanimitas / et alia retrahente nos ne ultra rationem tendamus
in illa ratione bonitatis et hec est humilitas / omnis ergo magnanimus humilis est. Nam cum impossibile sit esse magnanimum non autem bonum / ut probat philosophus iiij° ethicorum. Nullus
autem bonus sit qui si ultra quam ratio dictet prosequatur
honores cum magnanimitas impellat nos in magna bona ne retrahamur propter difficultates oportet quod ei sit annexa humilitas
ne ultra quam ratio dictet in eam tendamus propter bonitatem
alias non esset magnanimus virtuosus. Tendere igitur in magnos
honores et ad magna bona esse potest a magnanimitate et ab humilitate non tamen secundum rationem eandem. Nam prout tendendo in magna
bona non retrahimur propter difficultates sumus magnanimi / sed
prout ea non prosequimur ultra quam ratio dictet propter bonitatem sumus
humiles. Differt ergo magnanimitas ab humilitate in duobus. Primo
quia magnanimitas ut magnanimitas principaliter impellit / et quodammodo contrarium retrahit. ideo magnanimus dicitur alios despicere non quia alios
virtuosos innitatur sed quia est tanti cordis et sic impellitur
a virtute ut potius despiciat opera et verba hominum / quam
velit propterea desistere ab operibus virtuosis. Humilitas autem e contrario
principaliter retrahit ex consequenti impellit. Ideo humilis est alios revereri / quia considerans proprios defectus in ipsis habet et honestos alios
venerari. Secundo differt hec ab illa / quia magnanimitas principaliter
moderat desperationem ne aliquis propter difficultatem desperet tendendo in opera magno honore digna. Humilitas non principaliter
moderat ipsam spem ne aliquis nimis sperans de ipse bono
ultra rationem prosequatur honores magnos. Erit igitur omnis
magnanimus humilis / modo quo dictum est idem quod mediocrem
et honoris amativus, quia ille dicitur humilis quia moderans spem
adipiscendo honores magnos mediocriter tendit in honores
illos. Utrum autem humilitas sit idem simpliciter quod diligere
mediocres honores / non enim sit simpliciter unum idem cum virtute
illa quam philosophus distinguens a magnanimitate appellat honoris
amativam non est presentis speculationis si contingit nos in moralibus ulterius exponere ostendemus virtutem de qua loquitur philosophus
non esse per omnia unum idem cum humilitate quia in de qua loquitur philosophus

quo differt magnanimitas ab humilitate

Que ut dictum est tendit in mediocres honores magis est
in appetitu sensitivo humilitas vero magis esse in intellectivo.

**Quid est humilitas et circa que habet esse et quod decet reges et principes esse humiles**

XXVI

Satis est per philosophum humilitatem
manifestum humilitatem a magnanimitate differre. Nam licet una
et eadem virtus reprimat superabundantias et moderet
defectus, nunquam tamen contingit quod circa duo eadem virtuti com-
petere. Pertinet spectat igitur ad magnanimitatem reprimere desperationes
ne desperemus de bonis arduis, sed et spectat ad ipsam moderare
spem ne ultra quam ratio dictet tendamus in illa, unde quia
principaliter operatur virtutum illa ad magnanimum sit extendere quod
magis magnanimitas est magis virtus impellens in magis quam retra-
hens nos ab illis. Principaliter ergo magnanimitas reprimit desperationem
ne retrahamur ab arduis et ex consequenti moderat spem ne pre-
ter rationem tendamus in illa. Humilitas ergo e contrario se habet ut supra
diffusius dicebatur. Quare cum distincta sit huiusmodi virtus ab illa, vi-
dendum est quid sit huiusmodi virtus. Sciendum igitur quod sicut circa
magnanimitatem contingit abundare et deficere, sic et circa humilitatem
habet esse. Nam ut ex dictis magnanimitas est virtus nos impellens
ne propter difficultates retrahamur ut non prosequamur opera magno
honore digna. Circa igitur hoc aliqui superabundant ut pre-
sumptuosi prosequentes magis ardua quam debeant, quidam vero
deficiunt ut pusillanimes. Ideo magnanimitas est media
inter presumptuosos et pusillanimes. Sic ergo ex dictis patet quod humi-
litas est virtus nos retrahens ne rem bonitatis et delectationibus
que est in rebus honorificis prosequamur ea ultra quam ratio
dictat. In hoc igitur aliqui superabundant ut superbi prosequentes
excellentias et honores ultra quam deceant, aliqui vero defi-
ciunt quia se deiciunt ultra quam deceant, et illi qui nec querunt
honores nec querunt opera honore digna quod non est humilitas
sed magis est vilitatis et miserie. Erit igitur humilitas media

c humilitas

inter superbiam et deiectionem, sicut magnanimitas est media inter
presumptionem et pusillanimitatem. Viso quid est humilitas de levi patet
circa quid habet esse. Intendit enim humilis reprimere superbias et moderare
deiectiones. Erit ergo humilitas circa superbias et deiectiones,
non tamen est circa hec equaliter principaliter. Nam humilis principaliter
intendit reprimere superbias, ex consequenti vero moderare deiectiones.
Est igitur nobiliter hoc attendendo quod cum virtus sit magis re-
trahens quam impellens, principaliter opponitur superabundantie per quam
impellimur et ex consequenti defectui per quem retrahimur. Sic enim
magnanimitas magis est virtus impellens quam retrahens, e contrario
se habet, et tunc principaliter opponitur defectui per quem retrahimur

Ex consequenti non opponitur excellentie per quam impellimur a magna
nimitate. Ergo quia est virtus impellens in ardua bona magis
opponitur pusillanimitas que est defectus nos retrahens a talibus bonis
quam presumptio que est excessus impellens nos in ea. Sed
humilitas econtrario que est virtus retrahens ne ultra rationem pro
sequamur excellentias et honores principaliter opponitur superbie
que superabundat in talibus. Ex consequenti non contrariatur deiectioni.
In agendo vel opera honore digna non solum contingit peccare
per superbiam, sed etiam deiectionem. Nam si quis ultra quam suus
status exigit preter rationem et notabiliter se deiceret vel esset
vilis scilicet deiectus in vestitu quam suus status non cognosceret
vel etiam esset superbus et iactator. Nam ex hoc querit
excellentiam et iactantiam deiciendo se ultra quam deceat. Unde
philosophus quarto ethicorum quandam gentem vocatam Lacedemonios iac
tatores et superbos appellat, quia ultra quam eorum status requirit
vilibus induebantur credentes ex hoc in quendam honorem
et quasdam excellentias consurgere. Unde videmus sibi cum super
abundantia et valde defectus est quod iactantium. Viso quid est Littera que
humilitas et primo est circa repressionem superbie et ex consequenti
circa moderationem deiectionis. Restat videre quod decet reges et principes
esse humiles, quod duplici via probare possumus. Prima sumitur ex
parte magnanimitatis. Secunda vero ex parte operum fiendorum. Dicebatur
enim supra quod non esset vere magnanimus nisi esset bonus et humilis
quia magnanimitati est annexa humilitas. Quare si decet reges et
principes esse magnanimos, decet eos esse humiles. Debent enim reges
querere sic extra honorem dignum non ultra quam ratio dictet, sed
ut decet eorum statum, quod faciunt humiles. Sic quod in sua feli
citatem non ponat in excellentia honoris, quod faciunt superbi
debet enim agere opera bona et honore digna bonorum gratia et non
ut ostenderent se ut videantur excellentes. Secundo decet eos esse
humiles ratione operum fiendorum. Nam superbus querens
suam excellentiam ultra quam debeat, ut plurimum tendit ad
ea que proprias vires excellunt. Ideo decet homines esse humiles
ut considerato proprio defectu et propria facultate non tendant in
ardua ultra quam debeant, ut plurimum vero superbi et ultra
rationem excellentiam querentes se et suos exponunt periculo non
valentes adimplere que inchoant. Tanto ergo reges et prin
cipes debent a se superbiam removere, quanto peius est bonum commune
periculo exponere, superbus vero communiter ut plurimum periculator esse
videtur. Capitulum 2m.

Quid est mansuetudo et circa que habet esse. et quod reges et principes de
bent mansuetos esse etc.

xxvii

Postquam determinavimus de virtutibus respicientibus exteriora bona, et ostendimus quomodo reges et principes decet ornari virtutibus illis, restat dicere de mansuetudine que respicit exteriora mala. Dicebatur enim supra quod circa quamlibet materiam contingit peccare et bene agere. Non contingit abundare et deficere. Oportet igitur dare aliquam virtutem per quam dirigamur ad bene agendum reprimentem defectus et moderantem superfluitates. In vindicando autem exteriora mala ab aliis facta nonnulli quidem superabundant, ut iracundi nimis sunt cupidi vindicte. Nam ex hoc ira provenit quia petimus vindictam. Cum enim propter mala aliqua illata vindictam et punitionem appetit, ex hoc vehementer appetit accenditur eius sanguis circa cor, quo accenso irascitur. Quidam ergo sunt irascibiles et superabundant in cupiendo vindictam, quidam non sunt irascibiles omnino immo nimis dissimulantes quorum sequentur bonum est. Irasci enim nimis semper et de quolibet vindictam expetere quod faciunt iracundi vituperabile est. Rursus omnino non irasci et nullos velle aliquem punire non est laudabile, quia est agere preter ordinem rationis. Ratio enim dictat punitiones aliquas esse fiendas. Et quando est irascendum cui debet et quando. Irasci enim in loco et tempore est actus virtutis. Oportet quare sicut in passionibus ire et in appetendo punitiones et vindictas contingit superabundare et deficere, oportet ibi dare virtutem aliquam reprimentem superabundantias et moderantem defectus. Hec autem est mansuetudo. Patet igitur quid est mansuetudo, quia sicut fortitudo est media inter timores et audacias, sic mansuetudo est media inter iram per quam cupimus vindictam et irascibilitatem per quam contempnimus mala nobis illata. Ille enim est mitis qui nec de omnibus cupit vindictam, nec nimium deficit a punitione, quia nullos velit alios punire, sed est condonativus et punitivus secundum ordinem rationis. Quare sicut fortitudo reprimit timores et moderat audacias, sic mansuetudo reprimit iras et moderat irascibilitates. Viso quid est mansuetudo de levi patet circa quid habet esse. Est enim ut dictum est circa iras et circa oppositum ire et circa irascibilitates principaliter. Tamen est circa iras mansuetudo. Nam principaliter et per se intendit reprimere iras, ex consequenti autem intendit moderare passiones oppositas ire. Facile est enim nobis ut ex malis nobis illatis appetamus punitionem et vindictam. Rursus quia malum proprium nimis potest esse modicum quod videatur nobis esse nullum, non solum non inclinamur ut velimus punire inferentes nobis aliqua mala, sed etiam quodammodo facile est nobis appetere punitionem ultra condignum. Nam quia malum nobis illatum videtur nobis magis

Esse quod sit diminutiva irarum plus proprie volumus, quia sunt pu-
niendi. Difficile est ergo valde reprimere iras et non appetere
puniciones innumeras ultra quam ratio dictat. Plures ergo
peccant in appetendo plus, pauci non delinquunt in appetendo
minus, propter quod si virtus est circa bonum et difficile, mansuetudo
pocius opponitur ire et intendit iras reprimere. Ex consequenti autem
opponitur irascibilitati et intendit eam moderare, quod ipsum
nomen designat. Sic enim primo nomine quodammodo mansuetudo
nominat temperamentum ire. Quod autem deceat reges et principes
esse mansuetos ostendere non est difficile. Nam primum ira perturbat
rationis iudicium, non decet reges et principes esse iracundos, in
quibus maxime vigere debeat ratio et iusticia. Sic enim iudex qui
linguam infectam per coleram non habens humores non recte iudicat
de saporibus, sic infectus per immoderatam iram non recte causas immo-
deratas passiones perturbatur rectum iudicium rationis. Si igitur inconve-
niens est zelo perturbari et obliquari, rex qui debet esse quasi speculum
et forma vivendi et qui debet esse regula agendorum, indecens
est ut sit iracundus, ne per iram perturbetur et obliquetur. Et sic
etiam si nullos esset irasci et nullos moveri ad punicionem
faciendam indecens esset, quia si puniciones non fierent in regno
homines fierent imitatores aliorum et policia durare non
posset. Nullus ergo debet irasci per odium, nec debet puniciones appetere
propter odium, sed propter amorem et zelum est irascendum et sunt
puniciones appetende. Appetenda est enim punicio propter
amorem et zelum iusticie, non propter amorem vindicte, quia sine
ea recta durare non posset. Unde si quis intus esset
mitis quod propterea non poneret zelum iusticie per quam vindictam
exposceret, vitiosus non esset. Tanto enim magis decet reges et
principes moveri ad puniciones faciendas quanto magis ad
ipsos spectat esse custodes iusticie et observatores reipublice.
Quare si reges non debent esse iracundi et debent
moveri secundum ordinem rationis ut fiant puniciones et
vindicte, ad hoc faciat mansuetudo, decet eos mansuetos esse.

## Quid est amicabilitas et circa que habet esse et quod decet reges et principes amicabiles esse XXVIII

Ut postulat presens negocium
sufficienter diximus de virtutibus respicientibus
bona secundum se et de respicientibus exteriora mala,
restat dicere de virtutibus respicientibus bona exteriora
ut communicantur aliis. Communicamus autem nos aliis verbis et operibus.
Verba autem et opera in quibus nos aliis communicamus ad tria nobis deser-
viunt, videlicet ad amicabilitatem, ad veritatem et ad iocos seu delectationes

Nam prout verbis et operibus debite cum aliis conversamur hono
rando eos et capiendo eos ut debemus sumus amicabiles et
affabiles. Nichil ergo aliud est amicabilitas sive affabilitas
de qua hic intendimus determinare nisi recte conversari cum hominibus
et ordinare opera et verba nostra ad debitam conversationem. Secundo
verba et nostra opera deserviunt nobis ad veritatem quia per ea indi
camus quales sumus. Veritas enim de qua hic determinare inten
dimus nichil aliud est nisi quod homo non sit iactator quod de se
verbis vel factis maiora ostendat quam sint / nec sit derisor et
despectior ut operibus aut verbis ultra quam vero dictat se conte
ptibilem ostendat / sed sit apertus et verax ut talem se
ostendat qualis sit. Tercio verba et opera ordinari possunt
ad iocosas delectationes ut homo sit debite iocundus. Igitur
ut supra dicebatur circa verba et opera in quibus cum aliis communicamus
habet esse triplex virtus. videlicet amicabilitas que ad nomine affa
bilitas dici potest / veritas que appellatio innuitur / et debita
iocunditas quam philosophus eutrapeliam vocat. Communicando igitur
cum aliis si bene conversari volumus debemus esse debite iocun
di / veraces et amicabiles / de quibus omnibus est dicendum. Sed primo
de amicabilitate / videmus enim quod conversando cum aliis alii super
abundant / quia se nimis ostendunt amicabiles / huiusmodi sunt
blanditores et placidi. Hii adeo se ostendunt communicabiles et
sociales quod nullum contristari velint sed omnia dicta et facta
aliorum laudant. Aliqui vero econtrario ab hac conversatione nimis
deficiunt / sunt enim discoli et agrestes non sociales cum aliis
conversari / utroque autem hoc a ratione deficiunt / quia nec quis debet se
tantum ostendere sociale aliis / ut et videatur placidus et blanditor /
nec debet se tantum a societate retrahere ut videatur discolus,
et agrestis et litigiosus / cum igitur virtus sit quoddam medium inter
superfluum et diminutum in conversatione hominum circa quam conti
git abundare et deficere / oportet dare aliquam virtutem reprimentem super
abundantias et moderantem defectus huiusmodi autem est amicabilitas
sive affabilitas. Nichil enim est aliud affabilitas nisi est virtus
qua medioculiter se habere in conversatione hominum / ut non superabundemus
in huiusmodi conversatione quod faciunt blanditores nec deficiamus
quod faciunt litigiosi et discoli. Viso quid est amicabilitas
ut hic de ea loquimur / quia est virtus reprimens litigia
et moderans blanditias ut patet per eundem ex philosopho ii et iiii° ethicorum.
De levi apparere potest circa que habet esse / quia est circa opera et verba
nostra ordinanda ad debitam conversationem in vita. Sic enim homo naturaliter
est animal sociale ut probari potest primo politicorum / oportet circa verba
et opera in quibus communicat cum aliis dare virtutem aliquam
per quam debite conversetur / quare cum tenta(?) non(?) dicetur quod
per quam debite conversetur / quare cum recta ratio dictet quod

Secundo principem condecet dulcedine sit conversatio / licet omnes homines
volentes vivere politice debeant esse amicabiles et affabiles / non
tamen omnes eodem modo debent esse amicabiles / Ita quod nimia famil-
liaritas contemptum parit Reges et principes ut in reverentia
habeantur et ne dignitas regia vilescat maturius se habere debent
quam alii Unde philosophus in politicis dando cautelas regibus et
principibus ait quod debent reges et principes apparere personas
reverendas / ne contemptibiles habeantur Videtur ergo in sermonibus
et in aliis recta ratio dictat ut secundum dignitatem personarum
dulcedo fiat quia aqua tepida esset multum infirmo quod esset
medico sano / sic et in conversatione hominum aliqua famil-
liaritas imputatur regi ad virtutem et ad hoc amicabilem esse
quod si una aliqua alia communis persona non plus de famil-
liaritate participaret imputaretur ei ad malum non ad virtutem / et
non diceretur amicabilis sed silvestris etc. Quid est veritas
et circa que habet esse et quod et principes debent esse
veraces

xxix

Sicut circa conversationem in vita contingit
superabundare et deficere ut supra ostendebatur / sic
circa veritatem contingit superabundare et deficere
Veritas enim in quadam equalitate consistit / qui ergo
plus dicit quam sit a veritate recedit ratione superabundantie
/ qui vero que sunt negat et minora confitetur a veritate
recedit ratione defectus Veritate enim mediante persona se fert fingentes
vero in [illegible] qui non sunt veraces [illegible] / vero ostendunt
se tales quales sunt reprehensibiles existunt Quoddam enim
vicium est non esse aptum et non ostendere se talem qualis est
Ab hac itaque virtute per quam quis reddit se veracem et manifestum
aliqui deviant per superabundantiam ostendentes de se verbis vel
factis maiora quam sint / et tales vocantur iactatores Alii
vero ab hac virtute declinant per defectum fingentes
de se aliqua vilia que in ipsis non sunt / vel negantes
de seipsis aliqua que in eis sunt quos philosophus nominat yro-
nes id est irrisores et despectores / quia ergo dare aliquam virtutem
mediam per quam moderentur diminuta et reprimantur superflua
/ hec autem quodam nomine veritas nuncupatur / patet ergo quid est veritas
quia est virtus moderans despectiones et reprimens iactantias /
Viso quid est veritas / restat videre circa que habet esse. Dicendum
ergo quod licet affirmare in se esse quod non est / vel negare
quod est sit mentiri / tamen non dicere totum quod est absque men-
dacio fieri potest. Volens ergo esse verax non oportet de se fin-
gere bonitatem quam non habet / nec oportet confiteri in se esse malicia
quam sibi inesse non credit / quod tamen oportet quod de se dicat totum

Bonitate qua sibi inesse cognoscit / quia licet numquam mentiri
debeat / quod tamen semper et ubique quicquid veritas est dicenda,
/ quia loco et tempore secundum dictam vos possumus veritatem tacere
Est ista veritas circa repressionem iactantiae et circa moderationem
desprectionum non tamen est circa eam principaliter / sed principaliter veritas
opponitur iactantie / et intendit iactantias reprimere / ex quanto
autem opponitur desprectioni et intendit desprectores moderare
Ideo primum est capitulum de veritate aut / quod declinare ad minus et de se
dicere minora quam sunt est opus prudentis Spectat ergo ad
veritatem nullos de se dicere maiora quam sunt quod multi
faciunt / concedunt enim de se aliquas magnas bonitates / cum sit
illis careant / et promittunt amicis et notis magna beneficia
et magna auxilia de quibus modicum vel nil opere implent
/ Hos autem patet esse iactatores et aliis non aptos et ve
races / nullos tamen in talibus est excedendum in plus / sed magis
est declinandum in minus / dum tamen sine mediatione fiat et non no
tabiliter recedat a medio / quia si notabiliter a medio recedet non in
hoc appareret veritas sed derisio / ut si aliquis adeo esset fortis
et strenuus quod constaret aliis quod contra 100 bellare posset
/ si ille non plus de se concederet nisi quod contra unum et debile
bellare / omnes qui se cognoscerent quod derisive loquerentur Unde
est scriptum est non ironie et derisores qui aliquis notabiliter
de se minora concedit quam sunt Ad veritatem ergo spectat
moderare huiusmodi derisiones et reprimere iactantias / principaliter tamen
spectat ad ipsam iactantias reprimere quam derisores moderare
/ quia ut dictum est in talibus est magis declinandum in minus dicendo
de se minora quam sunt quam sit concedendo in plus asserendo
de se maiora Possumus autem assignare duplicem causam quare
in talibus sit declinandum in minus prima sumitur ex parte sui
/ 2a ex parte aliorum Nimis enim ita naturaliter afficitur ad propria bona
ut sit ipsum credat plus esse quam sit Ideo communiter homines
decipiuntur de seipsis credentes se plus valere quam valeant
In narrando ergo sua bona propria declinandum est in minus
/ quia estimare debemus quod affectus ad propria bona inducit nobis
ea maiora esse quam sunt Habet autem hoc locum precipue in auc
toritate prestanti cum autem cuius prudentis est declinare in minus
Illa magis prudentie est cognoscere seipsum et scire quod propria
bona sit consistimantur maiora quam sunt Secunda vero sumitur ex parte
aliorum non enim declinantes in minus sunt laudatores sui
iactantes se de bonis quae habent / et quia homines communiter hono
rant laudantes seipsos / ideo ergo ex parte aliorum decet in talibus
declinare in minus / ne homines sint aliis onerosi Habet autem

Racionem tangit philosophus in eodem iiii ethicorum dicens declinandum esse
in minus propter onerosas esse superabundancias. Ostenso quod est virtus
de qua hic loquimur et circa que habet esse de levi patet quod decet
reges et principes esse veraces. Nam declinantes nobis in minus
et dicentes de se nobilia minora et viliora quam sint videntur
esse derisores et contemptibiles. Extollentes vero in plus et dicentes
maiora quam sint videntur esse iactatores et onerosi.
Quare si reges decet esse non contemptibiles sed reverendos et gra-
ciosos et amabiles, decet eos non esse iactatores nec derisores
sed aptos et veraces non ostendendo nec iactando de se maiora
quam sint nec pretendendo aliis maiora quam faciunt. Immo
tanto magis decet reges et principes cavere iactancias quanto
plures sunt incitantes ipsos ad iactancias et de pluribus
se iactare possent. **Quid est iocunditas et circa**
**que habet esse et quomodo reges et principes de-**
**cet esse iocundos** XXX

Concedunt enim aliqui omnia verba vel facta
deficiencia iocis esse ociosa, aliter non sic se habet.
Nam ociosum est quod caret debito fine. Quod
igitur ergo de se est ordinabile in debitum finem
non est ociosum. Ludus autem si sit liberalis et honestus et mo-
deratus ordinari habet in bonum finem quia est quodammodo
necessaria in vita. Ideo dicitur iiii ethicorum quod inde requies
et ludus quidam necessarium esse in vita. Sicut ergo sensus corporales
ut auditus et visus quia laborant in sentiendo ita indigent
sompno propter continuam requiem et est necessarius sompnus in
vita sic quia studendo vel negociis regni insistendo vel
alia faciendo continue laboramus aliquae delectaciones ioco-
se si sunt moderate et honeste non ociose interponuntur curis
et laboribus nostris. Quare si in talibus contingat peccare et
vicium facere oportet ipsos iocos dare virtutem aliquam per
quam debite nos habeamus ad ludos. In ipsis vero iocis quidam
superabundant desiderantes omnino risum facere de quibus
dicitur iiii ethicorum quod magis conantur risum facere quam decora
dicere. Huiusmodi autem sunt histriones quos philosophus appellat
bomolochos. Philosophus vero tales assimilat avibus rapacibus
incipientibus predam sacrificatam in templis gentilium. Sicut
enim aves ille non curabant qualiter aliquid possent de illa
preda rapere, sic volentes omnino facere risum et pro-
vocare alios ad cachinnum non curant qualiter possent
rapere dicta vel facta alicuius et ea convertere in ludum vel
cachinnum. Hii ergo superabundant in ludis. Aliqui vero
econverso deficiunt et hii vocantur duri et agrestes hodi-
ane se non sustinentes aliquem ludum nec dicentes aliquid ridiculum

uo dicuntur sunt molesti. Propter quod cum iocunditas vel eutra-
pelia circa talia ponatur virtus et ut hic de ea loquimur quia est repri-
mens superfluitates ludi et moderans delectationes huiusmodi. Cum
virtus habeat esse tam circa moderationem delectationum quam circa repressionem
superfluitatum, in ludo vero non est circa prius quia illud semper
est principalius circa quod difficilius reprimere autem superfluitates
ludorum est difficilius quam moderare defectus, habet enim ipse ludus
quandam delectationem annexam propter quam magis inclinamur
ut sequamur delectationes iocosas quam ut fugiamus illas.
Virtus ergo quae est eutrapelia sive iocunditas et circa quae habet
esse quia principalius est in reprimendo superfluitates ludi ex con-
sequenti est in moderando defectus. Restat ergo videre quomodo reges
et principes decet esse iocundos. Ut enim ex habitis patere potest
semper extrema vituperantur medium autem laudatur. Huiusmodi autem
medium quod est in virtutibus reprimentibus passiones et motus
non est accipiendum secundum rem sed quo ad nos. Unde ut in praecedenti
capitulo dicebatur aliquid est superfluum uni quod est medium
alteri et econverso. Si igitur decet omnes homines reprimere super-
fluitates ludorum multo magis hoc decet reges et principes.
Primo enim reges et principes adeo moderate uti iocosis de-
lectationibus quod si hoc faciunt prae ceteris videntur esse duri
et agrestes. Non ergo intelligendum est reges et principes
omnino debere recusare aliquibus solaciis vel aliquibus iocosis,
sed quia ludi quibus uti debent secundum philosophum iiii ethicorum debent
esse liberales et honesti, illis debent reges et principes
adeo moderate uti ut semper videantur maturi et nullo modo
puerilitas appareat ab ipsis. Nam infantia qualis videtur esse
pueris delectari iocis. Quare ludus si non sit moderatus
et honestus aliquam puerilitatem videtur habere annexam. Tanto
igitur decet reges et principes moderate uti delectationibus
ludorum quanto detestabilius est eos esse pueriles. Amplius ut
ex habitis ex hoc iocosa delectatio non est otiosa et ordinatur
in bonum finem quia imposita nostrae menti quandam
recreationem accipimus, ratione cuius ardentius insurgimus
ut insistamus bonis operibus quorum circa haec delectatio. Quare
nec iocis inmoderatis vel inhonestis distrahat nos a
bonis operibus et a debitis curis. Tanto detestabilius reges
et principes immoderate vel inhoneste uti delectationibus
ludorum quanto maius bonum commune quod spectat ad principem
prae excellentius est quam sit cura alicuius privati boni. Non ergo
omnino prohibenda sunt verba vel facta iocosa, sed sunt ho-
nesta et moderata, et hoc magis et minus prout requirunt
conditiones personarum. Quod maxime decet reges et principes

Quod decet reges omnes virtutes habere, quia si una careat, nullam habent. XXXI

Tam sancti quam philosophi in hanc sententiam conve-
niunt, ut dicant virtutes connexas esse. Dixerunt
enim quod qui unam virtutem habet, omnes habet, et qui una
caret, omnibus caret. Primo ergo omnino manifestum est
quod decet reges et principes omnes virtutes habere, quia ut pa-
tet, oportet eos esse prudentes et iustos. Manifestum esse oportet quia pru-
dentia et iustitia sine virtutibus aliis haberi non possunt,
immo nunquam est aliqua una virtus quae sine aliis virtutibus
omnibus haberi possit perfecte. Videntur autem contradictores virtutis sensisse
dicentes virtutes connexas esse. Ad sensum tamen videtur apparere
contrarium. Videmus enim aliquos liberales non existentes temperatos, sed
dantes opera venereis gestibus; aliquos in contrario qui
sunt casti, et tamen avaritiae student. Non ergo qui unam
virtutem habet, omnes habet, nec oportet quod si aliquae virtutes sunt necessariae
regibus, quod omnes virtutes sint eis necessariae. Rursus invenimus
aliquos esse liberales, qui tamen non possunt esse magnifici,
quia nequeunt magna facere, eo quod non habent magnos sumptus.
Sciendum ergo Philosophum circa finem sexti Ethicorum manifeste
probare virtutes esse connexas; sed ut solvat huiusmodi obiectiones,
ait quod virtutes dupliciter considerari possunt: Uno modo ut sunt natura-
les et imperfectae, vel ut sunt principales et completae. Virtu-
tes naturales et imperfectae non oportet esse connexas. Videmus
enim aliquos naturaliter habere quandam industriam et quandam subti-
litatem naturalem, propter quod habent quandam prudentiam imperfectam;
hi tamen nec sunt casti nec liberales, nec habent virtutes mo-
rales alias. Sic etiam ex ipsa natura videmus aliquos incli-
nari ad opera largitatis, qui non sunt casti;
aliqui non e contrario habent quandam naturalem pudicitiam,
non tamen liberales existunt. Sic ergo virtutes non connectuntur.
Sed virtutes quae dicuntur esse principales et perfectae, non in se dicuntur
in quadam valde propinqua dispositione de virtute habent
esse. Quaecumque dicimus in propinqua dispositione, quia pauperes
propter carentiam exteriorum bonorum, secundum Philosophum non debent
dici magnifici. Attamen si pauperes secundum suam facultatem sunt
vere perfecte liberales, propinquissimi erunt ut sint magnifici,
quia si bonis exterioribus abundarent, statim magnifici
fierent. Declarandum est igitur ad plenam intelligentiam
dictorum quomodo nulla virtus potest haberi perfecte nisi omnes
aliae virtutes habeantur. Notandum ergo quod ad hoc nos indigemus
virtutibus, ut proponamus nobis bonos fines recte et debite
tendamus in fines illos. Dupliciter ergo in talibus peccare contingit:
Primo si proponamus nobis malum finem, ut intemperati faciunt,
qui proponunt sibi ut finem studere avaritiae, intemperati vero



Venerea etc. Secundo in talibus peccatur quia etsi non debite
tendant in bonum finem volunt tamen aliquem esse distributores do-
norum et proponunt sibi ut finem opera largitatis, attamen non curant
undecumque accipiant, dummodo possint aliis dona aliqua elargiri.
Tales ergo aliqui per furtum, aliqui non per rapinam vel oppressiones aliorum depre-
dantur, ut exerceant opera largitatis. Hii igitur licet proponant sibi
bonum finem, non tamen recte tendunt in illum finem, non ergo
peccant in termino vel in intentione, sed peccant in via et in
modo adipiscendi finem quem intendunt. Propter quod tales etsi aliquo modo
sint liberales, non tamen perfecte liberales dici debent, quia ad
perfectam virtutem spectat non solum proponere debitum finem, sed et
tendere in debitum finem debite. Indigemus ergo virtutibus moralibus
quia per eas proponimus nobis finem bonum. Indigemus etiam prudentia
quia per ipsam recte ratiocinamur de hiis que sunt ad finem. Vir-
tutes ergo morales per se et primo rectificant finem, quia sicut
videmus quod qualis est lingua talis est sapor, ut si lingua est
multum infecta colera omnia videntur amara, si non sit mul-
tum infecta flegmate dulci, omnia participare videntur quan-
dam dulcedinem. Sic quales sumus secundum voluntatem et appetitum
talem finem nobis proponimus, ut intemperatus proponit sibi
ut finem venerea et temperatus casta, liberalis expendere,
avarus conservare. Quare virtutes morales perficientes appetitum
rectificant finem, quia ymmo bonum per virtutes illas vero appetitu
proponimus nobis bonum finem. Prudentia vero per se et primo recti-
ficat ea que sunt ad finem. Ita quod postquam nobis bonum finem
per virtutes morales, per prudentiam bene ratiocinamur de hiis
que sunt ad finem et eligimus nobis rectam viam ut debite
tendamus in illum finem. Unde dicitur vi ethicorum quod virtutes mo-
rales rectificant finem, prudentia vero facit recte operari
ea que sunt ad finem. Loquendo igitur proprie et per se virtus mo-
ralis rectificat terminum, prudentia vero rectificat viam.
Sed cum non sit perfecta via nisi ordinetur in bonum finem
et terminum, nunquam habetur perfecte prudentia nisi sit coniuncta
virtutibus moralibus per quas proponamus nobis bonum finem
et bonum terminum. Sic etiam quia nunquam debite et perfecte bonum
habetur finis nisi tendatur in ipsum per bonam viam, nunquam
perfecte habemus aliquam virtutem moralem nisi sit coniuncta pru-
dentie. Licet ergo rationem intendit philosophus invenire circa
finem sexti ethicorum huius perfecte aliquam virtutem moralem
habet perfecte prudentiam, sed huius perfectam prudentiam habet omnes virtutes.
Ergo huius aliquam virtutem habet omnem virtutem

Si ergo virtutes morales et prudentia sint connexe quia nullus
est bonus per virtutes morales nisi sit prudens. Licet enim
virtus moralis sit habitus bonus et electivus et perficiat habentem et opus
suum laudabile et bonum reddat, tamen ad bene eligere et ad bonum
opus non sufficit proponere bonum finem nisi per bonam viam
[illegible]catur in finem illum. virtus moralis per quam nobis proponimus
bonum finem non potest esse sine prudentia per quam recte ten-
dimus in finem illum. Sic etiam prudentia esse non potest sine
virtute morali. differt enim prudentia et industria quam philosophus
appellat deinoticam. Ille enim dicitur deynos et industrius qui proposito
quocumque fine invenit vias ut citius consequatur finem illum
propter quod intemperati et viciosi possunt esse industres et deyno-
tes. sic si sciant invenire vias per quas consequuntur venerea
et turpia que sibi proponunt ut fines. prudens tamen nullo modo
nisi ad bonum finem inveniat bonas vias. non est ergo pruden-
tia que invenit bonas vias ad bonum finem sine virtutibus
moralibus per quas nobis preponimus bonum finem. Quod dicit a
virtutem moralem non posse esse sine prudentia nec econverso
ita quod omnis bonus est prudens et econverso, non tamen oportet
quod habens perfectam unam virtutem moralem habeat omnes virtutes
morales. potest enim quis habere perfecte temperantiam et habere
prudentiam ut deservit temperantie, non tamen habebit virtutes
alias, nec habebit prudentiam ut deservit virtutibus illis. Erit er-
go iste perfecte temperatus, non tamen erit fortis sed timidus, nec erit
largus sed avarus. sed hoc stare non potest. Nullus enim potest esse perfecte
temperatus nisi sit fortis et largus et nisi habeat virtutes alias
nec potest aliquis habere aliquam virtutem nisi habeat omnes virtutes.
Nam iste est perfecte temperatus qui nullo preter rationem operatur
venerea. quare si iste sit timidus licet forte non placeat sibi
venerea secundum se, tamen timide ut fugeret verberatorem vel minati-
onem vel mortem eligeret venerea operari. Sic etiam si esset avarus
quia finem suum poneret in habendo pecuniam licet forte secundum se ei
displiceret venerea, tamen si posset lucrari pecuniam quam intende-
ret ut finem non curaret mechari. Incomplete ergo et imperfecte
potest una virtus haberi sine aliis, sed complete et perfecte nullatenus
fieri potest. quare si decet reges et principes esse quasi semideos
et habere virtutes perfectas, decet eos habere omnes virtutes. Nam perfecte una
virtus sine aliis non potest haberi. Immo expedit regibus et principibus
ut non possint se excusare propter defectum exteriorum bonorum habere omnes
virtutes nec secundum proprium dispositionem sed etiam simpliciter et secundum se. potest enim esse
aliquis pauper perfectus et si non operetur magnifica quia non habet unde
faciat magnos sumptus. Rex autem nunquam perfectus esse potest

Nisi operetur et nisi omnibus virtutibus polleat etc. Capitulum quot sunt gradus bonorum
et malorum et etiam de quo gradu reges et principes esse decet

Sicut vult phylosophus in vii° ethicorum diligenter conside-
rentur distinguere possumus quatuor gradus malorum
et quatuor gradus bonorum. Mali vero homines sunt
in quadruplici gradu quia quidam sunt molles, quidam
incontinentes, quidam intemperati, quidam vero bestiales. Sic
et boni sunt in quadruplici gradu quia quidam sunt perse-
verantes, quidam continentes, quidam temperati, quidam vero
divini. Molles autem dicuntur illi qui modica passione
vincuntur quod ipsum nomen designat. Nam secundum phylosophum in libro
de generatione, molle est illud quod de facili cedit, dicuntur
ergo molles secundum phylosophum qui nolunt laborare et sunt nimis
delicati. Unde ut in vii° ethicorum scribitur delicia quedam
mollicies est, tales ergo nichil difficile volentes sustinere statim
cum passionantur vel temptantur cadunt. In secundo gradu dicuntur esse
incontinentes. Hii autem differunt a primis. Nam molles nec
pugnam nec aliquid difficile sustinere possunt. Incontinentes
vero pugnam sustinent sed in sustinendo deficiunt. Continere
enim ut ipsum nomen designat hoc est contra aliud
tenere, incontinere ergo est aggredi pugnam et in pugna non
posse tenere se sed deficere. In tercio gradu sunt intemperati.
Intemperati vero tunc demum agunt quando non solum passionati cadunt
et per temptationes decipiuntur, sed delectabile est ei male facere. Inconti-
nentes vero et molles non delectantur male facere, immo aliud
eligunt et aliud agunt, exeuntes vero ex passione tam incon-
tinentes quam molles eligunt bene facere et proponunt sibi optimas
leges, passionati vero cadunt et nullam de illis legibus obser-
vant. Tales autem phylosophus assimilat paraliticis qui eligen-
tes ire in dextram propter dissolutionem corporis et non valentes
corpus regere vadunt in sinistram. Sic molles et incontinentes
proponunt bene facere et eligunt ire in dextram, tamen quia habent potencias
anime dissolutas, nec habent eas bene regulatas et or-
dinatas secundum ordinem racionis, non vadunt in dextram sed cadunt
et vadunt in sinistram. Aliter tamen cadunt molles et aliter
incontinentes, quia molles modica pugna vincuntur, incontinen-
tes vero maiori pugna succumbunt. Intemperati ergo peiores
sunt quam incontinentes et molles, quia sunt adeo habituati in
malo quod delectabile est eis male facere. In quarto autem

Gradu sunt bestiales, hii autem peiores sunt quam intemperati. Illi
enim bestiales esse dicuntur qui ultra modum hominum vel humanum
male faciunt. Sunt autem bestiales operantes ea que ipsa
natura horret, sicut quidam barbari comedentes carnes humanas
bibentes humanum sanguinem. Talia enim non nisi a bestia-
litate contingere possunt. Narrat autem philosophus vii ethicorum multas
huius bestialitatis. Dicit enim cum tamen quedam pregnans
esset et non potuisset parere ex hoc tanto dolorem concepit
contra bestialiter commissa est ut omnes pregnantes rescin-
deret. Quia ergo ipsa parere non poterat, volebat ut
nulla pertingeret de cetero. Dicit etiam ut autem circa quasdam insulas
maris ut circa Ponthum existebant temporibus quedam
gentes omnino bestiales comedentes carnes crudas de-
vorantes carnes humanas, et quod peius est prestabant
sibi filios in convivium. Unde si quis convivari volebat et
filius suus domi non erat, a vicino suo mutuabat filium
et ipsum parabat in convivium, spondens ei quod quando vellet
convivium facere ei suum filium tribueret. Sic etiam circa
fecit alias Phalarim ut autem quedam gentes bestiales
immolabantur sacrificantes matres pueros comedentes epata
hominum. Illi ergo sunt bestiales qui ultra modum
hominum male agunt. Dicto de quattuor generibus malorum
Restat dicere de quattuor generibus hominum bonorum. Nam sicut
quidam mali sunt molles qui modica passione vincuntur,
sic quidam boni dicuntur esse perseverantes. Huiusmodi autem sunt
qui stant et ex modica temptatione non cadunt. Loquendo
ergo de perseverantia ut philosophus loquitur nichil aliud est quam
quedam bona dispositio opposita mollicie. Ergo in primo
gradu dicuntur esse perseverantes. In secundo non dicuntur continentes
continere enim est plus quam perseverare. Nam si quis est non
temptatus vel modicum temptatus non vincatur dicitur perseverare,
sed non dicitur continere nisi fortibus passionibus passiones
illas vincat. Nam nullus continet nisi contra passiones
se teneat. Ideo vii ethicorum dicitur quod continentia est eli-
gibilior quam perseverantia. In tertio autem gradu sunt temperati
nulli enim temperati esse dicuntur quia non solum modicum passi-
onati prevalent, quod faciunt perseverantes, vel quia contra passiones
se tenent fortes, quod faciunt continentes, sed sunt ita
castigati in appetitu et habent tantam moderantiam passionum
quod cum pugnam non sentiunt, sed delectabile est eis bonum facere

Sicut ergo perseverantes opponuntur mollibus et continentes incontinentibus, sic temperati opponuntur intemperatis. Nam sicut delectabile est intemperato male facere, sic delectabile etiam est temperato bene operari. In quarto autem et in summo gradu bonorum sunt homines divini. Nam sicut aliqui homines sunt bestiales et sunt mali ultra modum hominum, sic aliqui sunt quasi divini et sunt boni ultra modum humanum. Unde et Philosophus septimo Ethicorum dicit quod Homerus refert de Hectore quod Rex Priamus pater suus dicebat de ipso quod esset valde bonus, propter quod non videbatur existere puer viri mortalis sed dei. Virtus autem illa per quam quis dicitur esse bonus ultra modum humanum appellatur a Philosopho heroica vel principalis et dominativa. Ex hoc ergo manifeste patet quod reges et principes si debent recte dominari non sufficit eis fugere etiam omnes gradus malorum, ut quod non sint molles nec incontinentes, nec intemperati, nec bestiales, sed oportet eos esse in summo gradu bonorum. Nam cum dominari aliis et principari desiderant, oportet quod habeant virtutem illam que est dominativa et principans respectu aliarum, quam habentes sunt boni ultra modum aliorum et sunt quasi homines divini. Quantum hoc ergo gradu etiam bonos et perfectos decet esse seculares principes, qualiter esse debent ecclesiastici principantes prudentum iudicio derelinquitur etc.

xxxiii

## Quot sunt gradus virtutum et cuiusmodi debent habere virtutes reges et principes

Distinguunt autem tam Macrobius quam Plotinus quatuor gradus virtutum. Nam quedam sunt politice, quedam purgatorie, quedam iam purgati animi, quedam exemplares. Dicunt autem quasdam exemplares in ipso deo esse. Politicas autem virtutes esse virtutes acquisitas per quas homines bene se habent in rebus humanis. Sed virtutes purgatorias et purgati animi dicunt esse virtutes infusas per quas quis bene se habet ad divina. Circa divina autem ut aiunt est duplex gradus. Nam sunt aliqui incedentes et tendentes in divinam similitudinem; tales dicuntur habere virtutes purgatorias. Aliqui vero sunt quodammodo iam assecuti similitudinem illam, et tales dicuntur habere virtutes purgati animi. Sed hec licet secundum se vera dicat, non tamen videntur attendere ad intentionem eorum qui hic modo de virtutibus sunt locuti. Nam Philosophus non loquebatur nisi de virtutibus acquisitis; virtutes infusas non posuit. Omnes ergo virtutes quas ponebat dicebat esse humanitus acquisitas. Secundo iuxta philosophorum viam dicere

Nouissima quia sicut est dare diuersos gradus bonorum sic est
dare diuersa uirtutum genera ita quod secundum quod aliquis est excelle-
ntius bonus excellentiorem gradum uirtutum habet. Unde et philosophus
innuit quatuor genera bonorum uiz. quosdam perfecte viciosos et ali-
quos esse perseuerantes aliquos continentes aliquos vero
temperatos aliquos diuinos. Sic possumus distinguere quatuor
ordines uirtutum ita quod cuilibet generi bonorum debeatur suus
ordinem uirtutum. Dicemus igitur quod perseuerantes habent politicas
uirtutes continentes purgatorias temperati uero habent uirtutes
purgati animi sed diuini habent uirtutes exemplares.
Propter quod sicut diuini meliores sunt temperatis temperati
continentibus continentes perseuerantibus sic uirtutes exemplares
excellunt uirtutes purgati animi purgati animi excellunt
purgatorias purgatorie uero politicas. Quod autem hec genera
uirtutum adaptari debeant predictis generibus bonorum patet per
Plotinum dicentem quod prime uirtutes scilicet politice molliunt i. ad
medium redigunt. Secunde scilicet purgatorie auferunt tertie que sunt
purgati animi obliuiscuntur sed quarte scilicet exemplares nephas est
aliquod tercium nominari. Quare bene dictum est quod perse-
uerantibus competunt uirtutes politice quia perseuerantes ut di-
cebatur opponuntur mollibus et sufficit ad hoc quod aliquis perseueret
quod teneat se in medio uirtutis. Ergo politice que molliunt
i. disponunt animum ad bene faciendum et reducunt ipsum ad
medium competunt perseuerantibus. Sunt enim huiusmodi uirtutes mi-
nime inter alias uirtutes et perseuerantes loquendo de perseuerantia
ut de ea philosophus loquitur tenent infimum gradum in genere bonorum.
Congrue igitur huiusmodi uirtutes competunt perseuerantibus. Sed
purgatorie competunt continentibus. Unde ex hoc est aliquis continens
quia tenet se et abstrahit se a delectationibus sensibilibus. Conti-
nentes enim sentiunt eas in passionibus et pugnant contra ipsas.
Modus autem uincendi eas est auferre et remouere se ab
eis. Ideo continentibus dicitur competere uirtutes purgatorie
quarum officium est auferre et abstrahere nos a passionibus.
Uirtutes uero purgati animi competunt temperatis. Nam
iste non auferunt sed obliuiscuntur. Temperatus enim habet sic ap-
petitum castigatum quod quasi pugnam non sentit sed obliuiscitur
passionum immoderatarum et quodammodo delectabile est ei bene facere.
Merito igitur tales dicuntur habere uirtutes purgati animi fa-
cientes ipsum obliuisci passiones illecebras quia uidelicet habent
animum purgatum et castigatum ut non sit ei cure de talibus passionibus.
Quarte uero uirtutes scilicet exemplares adaptari possunt hominibus diuinis
tales enim adeo perfecti debent esse ut sint quodammodo exemplar.
Declaratum est igitur primum quod in primo capitulo proponebatur.

Videtur diversos esse gradus virtutum. Declarare vero et ostendere quas virtutes regibus et principibus appetere deceat, si intelligantur prehabita nullam difficultatem habet. Dicebatur enim supra quod reges et principes non sufficit esse perseverantes continentes et temperatos, sed decet eos esse quodammodo divinos. Virtutes igitur appetere eis principaliter decet exaltatas quia ipsi sunt regula aliorum et exemplar. Tante enim bonitatis decet esse principem ut quilibet sibi subditus accipiat inde formam vivendi et cognoscat defectum suum videns vitam et perfectionem principantis. Quare apud reges et principes non solum detestabile esse debet turpia operari, sed etiam nominare et audire turpia nephas esse debet. Bene ergo competunt eis virtutes exaltate in quibus secundum Plotinum nephas est turpia nominari. Sed cum tante bonitatis nullus esse possit absque dei gratia et eius auxilio, quanto reges et principes excellere debent alios tanto ardentius deo eorum divinam gratiam postulare. In hoc ergo clauditur philosophorum elatio volentium quod ex puris naturalibus possemus omnia mala vitare et perfectam bonitatem acquirere etc.

xxxiiij Quomodo bonarum dispositionum quedam sunt virtutes quedam annexe virtutibus quedam disponentes ad virtutem.

Dicebatur enim supra quod largo modo accipiendo virtutes omnis dispositio bona inter posset dici quedam virtus, attamen bonarum dispositionum quedam magis sunt annexe et annexulantes virtutibus et disponentes ad virtutem quam sint virtutes, sic etiam quedam dispositiones bone magis debent dici super virtutem quam virtutes. Sed quomodo hoc esset non probabatur quia nondum declarata erant ea per que hec omnia manifeste, sed nunc habitis ostendere quomodo hoc se habeat non est difficile. Nam eubulia et synesis sive virtus iudicativa et consiliativa virtutes sunt accipiendo virtutem large. Unde et philosophus vi ethicorum eas virtutes appellat. Accipiendo tamen virtutem ut hic de virtute loquimur aliquo modo deficiunt a ratione virtutis. Nam ut vult ii ethicorum ad virtutem pertinet primo scire, deinde eligere et tertio firmiter et immobiliter operari. Quare cum eubulia consiliativa sit, synesis iudicativa, prudentia precipit firmiter et immobiliter opera fieri secundum consiliata et iudicata, prudentia que immediatius se tenet ex parte operis est potior et magis habet rationem virtutis quam consiliativa et iudicativa. Ille ergo sunt magis annexulantes virtuti quam sint virtutes. Bene ergo dictum est quod bonarum dispositionum quedam sunt annexulantes et annexe virtutibus et quedam sunt dispositiones ad virtutem ut perseverantia et

Continencia / continencia non est proprie virtus / quia virtuosus est
delectabile bonum facere / continens vero licet non secundum naturam vel rationem sed passione
/ tamen quia non est continens / nisi contra passiones
se tenet ratione pugne quam sentit / non est ei delectabile
bene facere / quamvis ergo aliquis est continens et quamvis habet
passiones fortes / non in ipsum ruens perfecto et virtuti
/ attamen vincendo passiones illas disponitur ut sit virtuosus
/ quare continencia licet possit dici virtus large accepta virtute
/ magis tamen videtur esse dispositio ad virtutem quam virtus
/ sed cum continencia sit prior perseverancia / accipiendo perseverancia
ut de ea philosophus loquitur deficit a racione virtutis / propter quod non
est virtus / sed non est dispositio ad virtutem / vel quedam con
dicio consequens virtutem. Declarare autem quomodo perseverancia
est dispositio ad virtutem et quomodo est condicio consequens virtutem
non est presentis speculacionis. Sufficiat autem ad presens scire quod
eodem modo de perseverancia ut supra loquebamur et ut de ea philosophus
loquitur est quedam dispositio ad virtutem. Virtus vero
heroyca quam divinam vocare possumus / magis est supra virtu-
tem quam sit virtus. Unde philosophus VII ethicorum loquens de hac
virtute ait quod non est virtus sed est quid honorabilius virtute. Ea
ergo prudencia · iusticia et alia de quibus supra tractavimus
sunt virtutes · consiliativa et iudicativa sunt annexe virtutibus
scilicet prudencie / continencia vero et perseverancia disposiciones
sunt ad virtutem / heroyca sit supra virtutem / bene dictum
est quod bonarum disposicionum quedam sunt virtutes / quedam
annexe virtutibus / quedam disposiciones ad virtutem / quedam
vero sunt supra virtutem. Ut ergo reges et principes
possint bonas disposiciones mentis habere / decet eos hec
quatuor bonorum disposicionum cognoscere etc.

Incipiunt capitula tercie partis libri primi

I Quot sunt passiones anime et quomodo accipiendus
est numerus earum
II Que predictarum sunt priores et que poste
riores et quem ordinem habent ad invicem
III Quomodo decet reges et principes se habere ad
odium et amorem
IIII Quomodo et que debeant reges et principes de
siderare et abhominari
V Quomodo reges et principes se habere debeant
circa spem et desperacionem / et timorem
VI Quomodo reges debeant se habere circa audaciam et

vij Quod differt ira ab odio et quomodo Reges et principes se habere debeant ad iram et eius oppositum

viij Quod Reges et principes se habere debeant circa delectationes et tristicias. quedam minus

ix Quod harum passionum quedam sunt magis principales.

x Quod passiones anime ad passiones habitus reducuntur. et que vituperabiles. et quomodo reges et principes

xi Que predictarum passionum sunt laudabiles et quomodo ad illas debeant se habere

Quot sunt passiones anime et quomodo accipiendus est numerus earum

EXPEDITIS duabus partibus huius operis quia ostensum est in quo Reges et principes suum finem ponere debeant. et quomodo oportet eos virtuosos esse. Restat ergo exequi de tertia parte huius primi libri ostendendo quas passiones et quos motus animi Reges et principes debeant imitari. sed cum hoc sciri non possit nisi prius sciverimus quot sunt huiusmodi passiones et que illarum sunt magis principales. et que sunt laudabiles et que vituperabiles. Ideo de eis primo tractabimus. Accipiendo autem vim passionum sicut dicebamus esse xij virtutes. sic dicere possumus quod sunt xij passiones. videlicet amor. odium. desiderium. abhominatio. delectatio. tristicia. spes. desperatio. timor. audacia. ira. et mansuetudo. Computabatur enim supra mansuetudo inter virtutes. Sed hoc est propter vocabulorum penuriam. ut innuit philosophus iiij ethicorum. Mansuetudo enim proprie videtur nominare passionem oppositam ire. Sed cum sit quedam virtus inter iram et mansuetudinem. quia virtutem illam proprio nomine nominare nescivimus. nominavimus eam nomine mansuetudinis. eo quod ipsa virtus plus declinat in mansuetudinem quam in iram. Sicut ergo mansuetudo connotat ad virtutem et ad pacem opposita ire. Si quis autem laborare vellet quilibet posset invenire nomen proprium. sed cum constat de re de vocabulis minime est curandum. Estimatur ergo passionibus sic potest accipi earum numerus. quia passiones proprie esse non habent nisi in appetitu sensitivo. Appetitus autem intellectivus cum non sit virtus in corpore. sive non est virtus fixa organo ab huiusmodi passionibus est semotus. Sicut ergo omnes passiones ut hic de passionibus loquimur in appetitu sensitivo. sensitivus autem appetitus ut supra diffusius diximus dividitur in concupiscibilem et irascibilem. predicte igitur passiones sic distinguuntur. Nam prime sex scilicet amor odium desiderium

Abhominatio delectatio et tristicia pertinet ad concupiscibilem. Reliquae
vero sex ad irascibilem spectant. Numerus autem passio-
num concupiscibilis sic accipi potest: quia omnis passio et om-
nis motus animae pertinens ad concupiscibilem vel sumitur respectu boni
vel respectu mali. Si respectu boni hoc est tripliciter. Nam circa bo-
num per concupiscibilem triplicem passionem sentimus. Nam bonum apprehensum
primo nobis placet, secundo tendimus in ipsum, tertio eo adepto
acquiescimus in eo. Prout ergo nobis bonum aliquod placet, est
in nobis amor; sed prout tendimus in ipsum, dicitur esse in nobis
desiderium; prout vero conquiescimus in eo existit in nobis gaudium
et delectatio. Amor igitur desiderium et delectatio sumuntur respectu boni;
odium vero abhominatio et tristicia sumuntur respectu mali. Nam prout
malum nobis displicet est odium; prout vero ipsum fugimus
abhominatio; sed prout eo adepto dolemus dicitur esse tristicia.
Videndum quot autem sunt passiones concupiscibiles. Restat inde [videre] dicta
quomodo sumende sunt passiones irascibiles. Differunt autem
hee passiones ab illis, quia passiones concupiscibiles respiciunt
bonum vel malum absolute sumptum; sed passiones irascibiles respici-
unt bonum vel malum sub eo quod arduum. Huiusmodi ergo passiones
vel sumuntur respectu boni vel respectu mali. Si respectu boni hoc est dupliciter,
quia vel in ipsum tendimus et tunc est spes. Nihil enim aliud est spes
quam tendere in aliquod bonum arduum. Nam bonum absolute sumptum
potest esse amor vel desiderium vel delectatio, non tamen est spes. Nam
aliqua bona nisi habeant rationem ardui, circa ea non tendimus in bonum
arduum dicitur esse spes. Sed si a tali bono desistimus dicitur esse
desperatio. Spes ergo et desperatio sumuntur respectu boni. Alie vero
passiones irascibiles sumuntur respectu mali. Nam malum dupliciter
potest considerari: vel ut futurum vel ut presens. Si consideretur
ut futurum hoc est dupliciter, vel ut ipsum aggredimur sic est
audacia, vel ut ab eo refugimus et sic est timor. Si vero
malum sit presens hoc est etiam dupliciter: quia vel ex hoc
consurgimus ad faciendam vindictam et tunc est ira, vel a tali
vindicta desistimus et sic est mansuetudo. Cum ergo non possit
pluribus modis variari noster motus et nostre affectiones,
in universo erunt passiones sex pertinentes ad concupi-
scibilem et sex ad irascibilem, de quibus omnibus in Rethoricis
diffusius diximus. Hic autem sufficiat superficialiter ea
pertransire etc. Huc predicta sunt potencie et que passiones
et quem ordinem habent adinvicem. iij

QUIA NULLUS SEIPSUM REGERE
bene potest nisi sciat que passiones sunt fu-
giende et que sequende, decet in hoc primo libro
determinare intendimus de regimine sui videndum

Est quot sunt passiones et que ordinem habent adinvicem et que sunt
magis principales et que minus, et quomodo una passio reducitur
ad aliam. quia ex omnibus hiis magis innotescit nobis ipsarum
passionum natura, qua inspecta cognoscitur que sunt lauda
biles et vituperabiles, et que sunt sequende et que fugiende.
Viso quot sunt passiones et qualiter accipiatur earum numerus
videndum est quem ordinem habeant ad se invicem. Ordo autem
earum dupliciter potest accipi vel singulariter vel per com
binationem. Quantum ergo ad huiusmodi ordinem secundum combinationem
dicere possumus primas passiones esse amorem et odium.
In secundo gradu vero sunt desiderium et abhominatio.
In tertio vero spes et desperatio. In quarto autem timor
et audatia. In quinto vero ira et mansuetudo. ultime
passiones sunt delectatio et tristitia. Delectatio namque et tristitia
sequuntur ad alias omnes passiones. Nam contingit aliquem ex eo quod
quis passionatur, vel delectari vel tristari. Ideo hee due
passiones post omnes alias collocande sunt. Amor et odium
sunt simpliciter passiones prime. Nam sicut delectatio et
tristitia ad omnes alias passiones sequuntur, quia omnes
alie passiones vel terminantur ad delectationem vel tristitiam. Sic
amor et odium precedunt omnes alias passiones, quia omnes
alie passiones sumunt originem vel ex amore vel ex odio
contingit enim passionari aliqua passione, vel quia passionatur
quia amat vel quia odit. Post amorem quoque et odium sunt
esse desiderium et abhominatio. Nam desiderium immediate
innititur amori. Quia enim amat aliquid vel desiderat ipsum habere
vel si ipsum habeat desiderat ipsum conservari in habendo ipsum.
Abhominatio vero immediate innititur odio, quia statim cum
odimus aliquid abhominamur illud. Et quia sicut amor vel odium
sunt passiones prime, sic desiderium et abhominatio sunt
passiones secunde. In tertio autem loco ponende sunt spes
et desperatio. Nam spes et desperatio cum sumantur respectu boni
precedunt timorem et audatiam, iram et mansuetudinem
que sumuntur respectu mali. Nam cum aliquid sit prius futurum quam
sit presens, timor et audatia que sumuntur respectu mali futuri
precedunt iram et mansuetudinem que sumuntur respectu mali
presentis. plane ergo patet quem ordinem habent dicte passiones
si sumantur bine et bine, accepte vero singulariter sic
ordinari debent, quia amor est prior odio, desiderium abhomina
tione, spes desperatione, timor audatia, ira mansuetudine,
delectatio tristitia. Amor vero est prior odio, quia semper

Passio sumpta respectu boni secundum quod huiusmodi prior
est passione sumpta respectu mali Nam appetitus per se et primo
tendit in bonum si autem refugit malum hoc est ex consequenti
quantum fugit id malum ratione boni Amor ergo omnium
est primus motus et prima passio Nam ipsum odium ex amore
sumit originem · nisi enim amaremus aliquid nichil abhorre-
remus ut vereremur odio Nam quia diligimus bonum et iustitiam
/ odimus et abhominamur fures et iniustos / Desiderium autem quod
innititur amori precedit abhominationem que innititur odio / spes
vero precedit desperationem Nam si primum volitum est
bonum / et quicquid est volitum / est volitum sub ratione boni
passio que magis coniungit nos bono secundum quod huiusmodi / precedit
alias passiones / et quia tendere in bonum est iungi bono /
et per consequens est iungi bono quam desistere ab ipso · spes per quam tendimus
in bonum precedit desperationem per quam desistimus ab ipso
Timor autem precedit audaciam Nam quia appetitus
per se primo intendit iungi bono / ideo passio que tendit in
bonum est prior passione que desistit ab ipso Sic quia
refugere malum habet rationem boni / ideo timor per quem
refugimus malum prior est audacia per quam aggredimur
ipsum Ira autem in genere passionum est prior mansuetudine
Nam mansuetudo per se non est passio / sed magis est desistere
a passione Ideo in genere passionum ira mansuetudinem
precedit Utrum autem secundum aliquem modum mansuetudo
precedit iram investigare non est presentis negocii Delectatio
autem que est respectu boni / est prior tristitia que est
respectu mali Quia ergo visum est quot sunt passiones
et quo ordine se habent ad invicem Ex hiis que dicta sunt aliquo
modo figuraliter et sub typo innotescit nobis via per quam /
qua cognita cognoscere possumus quomodo sunt persequende
et intendende passiones predicte Quod scire tanto magis
decet reges et principes / quanto per passiones ipsorum
magis in malum valent induci et potest bonum excellentius
impediri / de hoc tamen diffusius infra tractabitur

## Quomodo debent Reges et principes se habere ad odium et amorem · Capitulum tertium

PASSIONES AUTEM quia diversificant re-
gimen et vitam nostram / ideo quomodo debeamus nos habere
ad eas necessarium est ostendere Oportebat ergo enumerare omnes
passiones ut sciremus numerum passionum / de quibus
determinare debemus / oportebat etiam ostendere ordinem earum

Ut sciremus quo ordine determinaremus de iii. Quare ad amor
et odium sunt passiones prime. Primo videndum est quod
deceat Reges et principes esse amativos et oditivos. et ut oste-
debamus nomen amoris non solum ut est pro parte sumpta, sed
etiam ut competit in appetitu sensitivo vel intellectivo. dicere
possumus quod semper obiectum amoris est bonum ubi ergo ipsi
magis ratio bonitatis ibi esse debet magis principalis
et magis intensus amor. In bonis autem divinis et in bonis
communibus magis reperitur ratio bonitatis quam in bono privato
modo ergo quod quilibet debet esse amativus est ut primo et
principaliter diligat bonum divinum et commune. Nam in bono
divino magis habet esse bonitas intrinsecumque quam in seipso
bonum. Nam divinum est conservativum boni nostri ymmo et
si annichilatum esset bonum nostrum deus si vellet posset ipsum
reficere. Unde tunc nullus homo sine divino auxilio esse
posset bonus vel aliquid ipsum bonum facere vel se in bo-
nitate conservare. Dictat naturalis ratio ut magis deum
diligat quam seipsum. et bonum unusquisque prius est a deo
et excellentius continuatur in deo quam in seipso. et quia omne
bonum est divinum quam sint ut dicitur primo ethicorum. Et
et in communi bono includitur bonum privatum. pro bono privato
proprio est bonum quod naturaliter. Nam videmus partem se
exponere periculo pro toto. ut brachium se exponit pe-
riculo pro corpore ex naturali instinctu cum quis vult percuti
circa [illegible] membra a quibus principaliter dependet salus corporis
et ne totum corpus pereat brachium se periculo exponit. Sic etiam
antiquitus si prospeximus civitatem aliquam dominari et
tenere monarchiam hoc erat quia cives pro republica non
dubitabant se morti exponere dilectionem. Nam quia diligebant
Romani ad rempublicam fecit Romam esse principantem
et monarcham. Hoc ergo modo quomodo homines debent esse
amativos. ut primo et principaliter diligant bonum divinum et quod
ex consequenti non bonum proprium et privatum. maxime autem
hoc decet Reges et principes. quod tripliciter possumus
declarare. Regia nam dignitas quantum ad prius ad tria con-
parari potest. videlicet ad tirannidem cui contrariatur. ad virtutes
quibus debet ornari. ad vitia que debet fugere. Prima
via sic patet. nam ut supra dicebatur et ut philosophus
in politicis probat. Differentia est inter Regem et tirannidem

differentia inter regem et tirannum

Quia rex proprie intendit bonum commune et intendit commune
bonum intendit bonum proprium quia salvato regno salvatur
et rex. Tyrannus autem econtrario principaliter intendit bonum
privatum, ex consequenti autem et quasi per accidens intendit bonum
commune, inquantum ex bono communi consurgit sibi aliquod
bonum privatum. Si ergo modo opposito se habent regium et tyran-
nicum, tunc modus amoris tyrannici est ut bonum privatum
preponat bono communi, modus amoris regii esse debet ut
bonum commune preponat privato bono. Immo quia specia-
liter rex et quilibet princeps est minister dei, et ipse privatus
et communis, specialiter spectat ad reges et principes bonum
divinum et commune preponere cuilibet bono privato. Secundo 2o
hoc idem patet si considerantur virtutes quibus decet reges et
principes esse ornatos. Sicut enim detestabilius est
in magistro carere scientia quam in discipulo, quia magis
est in statu in quo debet scientiam aliis tradere, sic detes-
tabilius est in rege virtutibus carere quam in subditis, quia status
regius requirit ut inducat alios ad virtutem. Inter
cetera autem que inducunt proprie reges ad virtutes est
ut bonum divinum et commune principaliter diligant. Nam si rex
principaliter bonum commune intendat studebit ut habeat memoriam
preteritorum prudentiam futurorum et sit expertus cautus, et ut
habeat omnia que ad prudentiam requiruntur, per quam possit
melius suum populum regere. Immo si bonum commune preponat bono
privato tantomagis studebit ut prudentia polleat,
quanto maior prudentia requiritur ad custodiendum bonum commune
quam proprium. Ergo erit prudens. Sic etiam erit iustus quia
bonum commune potissime per iustitiam conservatur. Erit magnanimus
quia bona communia maxime sunt ardua et magno honore
digna. Erit magnificus quia, ut dicitur
in IIII ethicorum, magnificentia potissime se habet circa bona divina
et quia communia. Erit fortis quia cum bonum commune preponat bono pri-
vato non dubitabit etiam personam exponere si videat quod
expediat regno. Erit temperatus quia si intencio sua principaliter
versatur circa bonum regni, abhominabitur delectationes sensibiles immoderatas
ne per eas impediatur debita cura regni. Ut ergo sit ad
unum dicere, amor boni divini et communis inductivus est ad virtutes
singulas, considerando virtutes quibus decet reges esse ornatos
principaliter debent diligere bonum divinum et commune. Tertio hoc idem 3o
patet si considerentur vicia que decet fugere. Nam per se amor communis

Et diuinus inducat ad omnes virtutes. Sic inordinatus amor
proprius inducit ad omne vicium. Tales autem sunt tiranni
volentes complere voluntatem propriam et querentes excellenciam
singularem propriam. Sunt imitatores aliorum, depredantur
sacra, spoliant populum, omnem iniusticiam exercent. Vnde et Va-
lerius maximus de dionisio siciliano narrat cum esset
tirannus et amator proprii comodi, depopulabat urbes, com-
pilabat ciuitates et depredabatur sacra. Visum est quomodo Reges et
principes se habere debent ad amorem, quia principaliter debent
amare bonum diuinum et commune. De facili patere potest quomodo
se habere debeant ad odium. Nam amor est primus motus et prima
passio ex qua omnes alie sumunt originem, ut si homo
diligit iusticiam et veritatem, odit fures qui contrariantur
iusticie, et detractores qui contrariantur veritati. Et si diligit
corporalem vitam timet gladium qui tollit eam, timor
ergo et odium et uniuersaliter omnes passiones siue omnes motus sumunt
originem ex amore. Potissimum igitur in intentione nostra esse
debet quid sit amandum. Ostenso igitur quod Reges et prin-
cipes quodam speciali modo pre aliis odire debent que con-
trariantur bono diuino et communi. Huiusmodi autem sunt opera iniusta
et contumeliosa et uniuersaliter omnia vicia, quare tamen de racione
odii sit exterminare et inquantum facere possit nisi conti-
nuet, ut dicitur in Rethorica. Decet Reges et principes sic se habere ad in-
iusticiam et odire vicia, ut non faciant in ea, extirpent et ex-
terminent, propter quod homines non sunt contemnandi et odiendi,
sed quia vicia sunt extirpanda et odienda, si non possunt aliter
vicia extirpari, nec potest aliter durare commune bonum nisi exter-
minando malefactores homines, extirpandi sunt tales, ne pe-
reat commune bonum. Amare igitur commune bonum et odire malefacta
que ei contrariantur, tanto magis decet Reges et principes quanto magis
sunt persone publice et generales etc. ¶ Quo et que debeant
reges et principes desiderare et abhominari.

C
iiij

ora



DICTO de amore et odio que sunt passiones prime
Restat dicere quomodo Reges et principes se habere
debeant ad desiderium et abhominacionem que sunt passiones
secunde. Differt autem desiderium ab amore et
abhominacio ab odio. Nam gesta moralia quodammodo rebus
naturalibus sunt similia, nam sicut corpora naturalia per suas formas
ut per grauitatem vel leuitatem tendunt ad loca propria,
sic per amorem tendit quis sibi in bonum proportionatum et con-
ueniens. In grauibus ergo vel leuibus tria est considerare.
Primo formam grauis vel leuis per quam conformantur loco

Sursum et deorsum. Secundo est ibi considerare motum per quem
tendunt in illum locum. Tertio statum et quietem per quam quiescit
in dicto loco. Sic et in potentiis animalibus ut convenit ponitur
esse tria tempora. Nam cum bonum aliquod primo apprehendimus. Primo
per amorem et quandam complacentiam ei conformamur. Secundo
per desiderium in ipsum tendimus. Tertio per delectationem quiescimus
in ipso. Amor ergo nos conformat, desiderium nos movet, de-
lectatio nos quietat. Et quod dictum est de bono respectu
amoris desiderii et delectationis ut supra tangebatur, intelligendum
est de malo respectu odii abhominationis et tristitie. Nam sicut
bonum ut est amatum ei conformamur, ut est desideratum in ipsum
tendimus, ut est adeptum delectamur in ipso. Sic malum
ut est odium est aliquid displicens et disforme voluntati
nostre, ut est abhominatum ab eo refugimus, et si contingit
ipsum adipisci dolemus et tristamur. Desiderium ergo licet non sit
idem quod amor, mensuram tamen et modum debet suscipere ex
amore. Sic et abhominatio licet non sit idem quod odium, tamen ex
odio debet mensuram suscipere. Sicut enim in naturalibus videmus quod licet
motus deorsum non sit idem quod forma gravis, nam tamen motus
deorsum sumit mensuram et modum ex gravitate, ut quanto
aliqua sunt graviora tanto velocius moventur ad medium,
quare si videre volumus quid reges et principes debeant
desiderare et abhominari aliqua, videndum est quid debeant
amare et odire. Videmus autem in singulis artibus ut primo
politicorum probatur quod finis appetitur in infinitum, ea autem que
sunt ad finem appetuntur secundum modum et mensuram ipsius finis,
ut medicus intendit inducere sanitatem quantum potest
maiorem et meliorem, quia sanitas in arte medicine intenditur
ut finis. Potionem autem et flebotomias non intendit
quanto maiorem potest, quia tunc extimaret infirmum, sed inten-
dit talia secundum modum et mensuram convenientem sanitati. Cum ergo
in arte regendi et principandi principaliter et finaliter intendatur salus
regni et principatus, sicut in arte medicandi principaliter intenditur
sanitas corporis naturalis, decet reges et principes principaliter intendere
et amare bonum regni et commune. Nam si desiderium debet
mensuram sumere ex amore, principaliter reges et principes
intendere debent bonum statum regni, ut scilicet qui in regno
sunt bene se habeant ad divina, quod agant opera virtuosa,
quod sit in eis pax et tranquillitas, quod inter eos debita fiat
iustitia et cetera talia ex quibus consistit et finaliter dependet bonus status
regni. Alia autem desiderare debent ut habent ordinem ad
ista. Divitias ergo et similiter potentiam et cetera talia bona

ultantum desiderare debent inquantum per ea possunt tolerare mala, premere iniusta et facere alia a quibus salus regni dependere videtur. Dicendum quod reges et principes desiderare debent bonum, quia sicut debent amare primo et principaliter bonum divinum et commune, alia autem amare debent inquantum habent ordinem ad ista, sic desiderare debent primo et principaliter bonum divinum et commune, alia autem sunt desideranda prout ordinantur ad ista. Videlicet ergo patere potest quae et quid abominari debent. Nam principaliter sunt abominanda quae expresse contradicunt bono divino vel communi, alia autem abominanda sunt ex consequenti. Huiusmodi autem abominatio et desiderium tanto magis decet reges et principes quanto magis decet eos habere curam de bono regni et communi. Haec sunt autem illa quae regnum conservant in bono statu, et quid rex se debeat habere ad ipsum regnum in tertio libro diffusius ostendetur.

## C iiii Quomodo reges et principes se habere debeant circa spem et desperationem

Cum determinavimus de ordine passionum animae, diximus quod amor et odium erant passiones primae, desiderium et abominatio erant passiones secundae. Post has autem tertio loco collocandae erant spes et desperatio. Restat ergo videre quomodo reges et principes se habere debeant circa spem et desperationem. Si considerentur dicta philosophi, non est difficile scire quomodo reges et principes ad hoc se habere debeant. Dicebatur enim supra quod decet eos esse humiles et magnanimos. Humilitas vero moderat spem, quia humiles cognoscentes defectum proprium non sperant ultra quam debeant. Magnanimitas non permittit desperationem, quia magnanimi propter difficultatem operis non desperant. Si ergo reges et principes sunt humiles et magnanimi, sperabunt speranda propter magnanimitatem, et non sperabunt non speranda propter humilitatem. Possumus autem quadruplici via ostendere quod decet reges et principes debite se habere circa spem et sperare speranda et aggredi aggredienda. Nam si reges nil sperarent et nihil aggrederentur, essent pusillanimes et non debite protegerent regnum. Sunt autem in spe inveniuntur potissime quatuor consideranda, per quae arguere possumus quod decet reges et principes esse bene sperantes. Spes enim primo est de bono, nam de malo non est spes sed timor. Secundo est de arduo, nam licet circa utrumque bonum possit esse amor vel desiderium, spes tamen non licet esse nisi circa bonum arduum

Nullus enim sperat dici nisi sibi inde est bonum arduum et difficile. Tercio spes esse habet circa bonum futurum. de presentibus enim bonis non est spes licet possit esse gaudium et delectacio. Quarto spes habet esse circa bonum possibile quia circa impossibile nullus sperat sed desperat. Hec autem quatuor videlicet bonum arduum futurum et possibile potissime competere debent Regibus et principibus. Nam cum Reges sunt latores legum quia secundum philosophum specialiter ad Reges et principes leges ponere spectat ad eos sperare bonum. Rursus quia principalis intencio a legislatore et a Rege ut supra ostendimus debet esse bonum divinum et commune. cum talia sunt bona excellencia et ardua non solum spectat ad Reges et principes tendere in bonum, sed eciam decet eos tendere in bonum arduum. Amplius quanto maior est civitas tanto plura possunt ei contingere. Ideo maiori indiget prudencia et saniori consilio. cum igitur prudencia et consilium non sint nisi de rebus futuris. quia nullus consiliatur de impossibilibus, ut vult philosophus in ethicorum preterita et presencia que immutabilia sunt ut habetur per philosophum vj ethicorum non cadunt sub consilio, nec eciam cadunt sub prudencia, decet ergo Reges et principes considerare bona non solum ut sunt ardua, sed etiam ut sunt futura. Convenit eciam eos considerare talia ut possibilia. Nam pauperes impotentes et ignobiles si non sunt magnanimi et subtrahunt se ab actibus bonis arduis videntur digni indulgencia, quia eorum potencia divicie et nobilitas non annuntur eis ut possent aggredi talia bona. Reges autem et principes quibus obsistunt nobilitas generis, potencia amicorum, habundancia diviciarum inexcusabiles esse videntur si sunt pusillanimes et non credant eis esse possibile prosequi bona ardua et magno honore digna. Constat ergo Reges et principes tendere debeant in bono arduo et debent providere bona futura possibilia ipsi Regno, decet eos esse sperantes per magnanimitatem quia sunt omnia que ad spem debitam requiruntur. Viso quod Reges et principes bene se habere debeant in sperando speranda, decet etiam eos cum magna diligencia investigare quid sperent et quid aggrediantur. Nam sicut per magnanimitatem debent esse prompti ut aggrediantur ardua et sperant speranda sic per humilitatem decet eos esse moderatos ut non aggrediantur ardua ultra vires proprias et ut non sperent non speranda. Possumus autem duplici via investigare quod non decet Reges et principes aggredi aliquid ultra vires et sperare ultra quam sit sperandum

Prima sumitur ex parte officii regii. Secunda ex parte
gentis sibi commisse. Sperare enim ultra quam sit sperandum et ag-
gredi opus ultra suas vires maxime ex imprudentia procedit
vel ex aliqua passione immoderata. Unde 2 Rethoricorum scribitur
quod iuvenes semper sunt bone spei, de quolibet enim negocio
etiam si sit ultra vires iuvenes bene sperant, quod con-
tingit ex ignorantia. Inexperti enim non plene cognoscunt ardui-
tatem operis. Contingit etiam hoc ex immoderatione passionis. Itaque quia
nimius abundat in eis calor, prorumpunt ut attentent aliqua
que consummare non possunt. Sic etiam dicere possumus quod et ebrii
ob plus sperant quam debent, quia calefacti ex vino et ebri-

Nota etate amittentes rationis usum attentant aliqua que non
valent perficere. Cum ergo regium officium requirat hominem
prudentem et non passionatum immoderata passione, decet reges et
principes non aggredi aliquid ultra vires et non sperare
aliqua non speranda. Secundo hoc decet eos ex parte populi
sibi commissi, ut plurimum enim exponunt se periculo cum aggrediuntur
aliquod arduum ultra vires. Sed indecens est ergo totam gentem
et totum regnum periculo exponere. Communi consilio et magna di-
ligentia excogitare debent reges et principes quod aggrediantur
ne assumant arduum aliquid ultra vires et ne sperent aliquid
non sperandum.

Capitulum VI

Quod reges et principes se habere debeant circa audaciam et timorem

SECUNDUM philosophum 2o ethicorum circa motus
singulares considerationes magis proficiunt. Sermones
quae nobis sunt nota, quia magis utiles pro philosophorum.
ideo in hoc primo de moribus regum quo per-
tinere universaliter et typo, quia in 2o et maxime in tertio
plus descendemus ad particulares instantias, expedit tamen hic aliqua
pertransire, quia horum cognitio faciat ad cognitionem sequen-
tium. In libro ergo hoc magis particulariter tractabimus saltem regi-
men, non tamen etiam in 1o libro expediet penitus usque ad particula
descendere, quia experti in curiis et maxime reges et prin-
cipes circa negotiorum frequentiam satis particularia gesta noverunt.
Considerare si aliquid illud in morali negocio eis tradatur suff-
ragante experientia, quia sunt de moralibus gestis, sufficien-
ter instruere poterunt in cognitione moralium. His ergo perlibatis
dicamus quod sicut supra typo instruximus reges et prin-
cipes quomodo se habere debent circa spem et desperationem, sic futurum

Bonum esse timidum, sic secundum eandem methodum eos instruere
possumus quomodo se habere debeant circa audaciam et timorem quam respicit
futurum malum. Videtur autem forte aliquibus reges et principes in nullo
debere esse timidos, quia talia regie maiestati derogare videntur.
Multos autem sic instruentes reges habere consueverunt
persuadentes eis ut omnia audeant nihil quod timeant. Sed tales sunt
adulatores non medici, decet enim reges esse fortes. Nam qui omnibus
audet et nihil timet ut dicitur primo magnorum moralium non
est fortis sed fatuus. Oportet ergo videre quando eos esse deceat timi-
dos et audaces. Timor autem si moderatus sit expediens est
regibus et principibus, moderato enim timore omnes principatus
timere debent ne aliquid insurgat in regno quo bonum
statum depravare possit. Possumus autem quantum ad presens
sufficit duplici via investigare quod moderatus timor utilis est
regibus et principibus. Prima via sumitur ex parte consilii
huius. Alia ex parte operis fiendi. Prima via sic patet. Nam
ut dicitur ii Rethoricorum capitulo de timore: Timor consiliativos facit.
Ex eo enim quod aliquis timet consiliatur quomodo possit effugere
malum quod dubitat. Cum ergo unum totum regnum absque
magno consilio debite gubernari non possit, expedit regibus
et principibus ut consiliativi reddantur habere aliquem moderatum
timorem. Secundo hoc idem investigare possumus ex parte
operis fiendi. Nam non sufficit solicitari circa consilia et
meditari de consiliatis, nisi consiliata et inventa per opera
debite et diligenter exequamur. Moderatus autem timor non solum
consiliativos facit, sed etiam agit ut opera diligentius
operemur. Nam si moderatus assit timor diligentius agimus
opera per que fugere credimus timorem illum. Ostensum est ergo
quod reges et principes moderatum decet habere timorem, at
tamen nullo immoderate decet eos timere. Moderatus autem timor
contrarios habere videtur que omnino derogant regimini regni. Nam
timor immoderatus primo reddit hominem timolentum et contractum,
secundo facit ipsum inconsiliatum, tertio facit eum tre-
mulentum, quarto facit eum ineptum. Cum enim quis timet
taliter ad interiora progreditur, immo enim quod videmus in hominibus
accipere possumus in talem corporis naturalis. Cum enim homines exi- boz vi
stentes in campis timeant, statim confugiunt ad castrum
vel ad arcem, sic cum quis timet calor existens in exterioribus
membris statim confugit ad interiora, ut quasi solo in seipso

Contrahi et reddi inmobilem. Sic si indecens est caput regni sive regem esse inmobilem et confusum, indecens est ipsi timere inmoderato timore. Secundo hoc est indecens quia inmoderatus timor facit hominem inconsiliatum. Cum enim quis inmoderate timet totus obstupescit et est in agonia et ignorat quid faciat propter quod non recordatur consiliari et si ei consilium detur propter obstupefactionem non apprehendit. Sic quia si indecens est ut sicut regnum sive congregatio regatur et ut rex sit inconsiliatus, indecens est ipsum timere inmoderato timore. Tertio inmoderatus timor reddit hominem tremulentum. Nam propter timorem calore fugiente ad interiora exteriora membra frigida manent, nervi ergo fiunt frigescentes non valentes sustinere membra, quare accidit eis tremor. Quare ergo si indecens est reges tremulentos esse, quia decet esse stabiles et constantes, inconveniens est ipsum timere inmoderato timore. Quarto inmoderatus timor reddit hominem impotentem. Nam homo propter timorem inmoderatum tremens obstupefactus inmobilitatur et nescit quid faciat. Cum ergo totum regnum sit in rege tamquam quasi in mente et capite corporis eius, si rex sit impotens et imperare non valeat propter inmoderatum timorem totius regni preiudicium gignitur, quare si hoc est indecens, non decet reges timere inmoderato timore. Viso quomodo reges se habere debeant ad timorem, quia difficilius est reprimere timorem quam moderare audaciam ut dictum fuit tercio capitulo de fortitudine, de facili videri potest quomodo se habere debeant ad audaciam. Decet enim eos non habere audaciam inmoderatam sed moderatam. Nam si audacia sit inmoderata homo plus presumit quam debeat, quod regibus non expedit, quia tunc periculo exponunt totum regnum. Si vero quis nullam audaciam habeat omnino est indecens, quia tunc nihil aggreditur. Moderate ergo se ad timorem habere et audaciam regibus et principibus omnino congruit.

Cap. VII

## Qualiter differt ira ab odio et quomodo reges et principes se habere debeant ad unum et eius oppositum

Quia ira maximam affinitatem videtur habere cum odio, priusquam ostendamus quomodo reges et principes se habere debeant circa iram et mansuetudinem, videndum est quomodo ira differat ab odio et quod est detestabilius an odium an ira inordinata. Est autem una principalis differentia inter iram et odium

differentia inter iram et odium

Quia odium est appetitus mali simpliciter et absolute. Nam
odium opponitur amori. amare autem ut dicitur ij rethoricorum est idem
quod velle alicui bonum secundum se. sed odire aliquem est velle
malum ei simpliciter et absolute. Ira autem non sic. Nam ira non
est appetitus mali secundum se. sed in ordine ad vindictam. potest
autem diffiniri ira quod est appetitus pene in vindictam. Ex
hac autem duabus particulis inter iram et odium sumuntur
octo differentie quas assignat philosophus primo rethoricorum. Prima pa
differentia est quia ira est ex hiis que sunt ad seipsum vel de
pertinentibus ad ipsum. odium autem esse potest de pertinentibus
ad ipsum et ad alium. Nam nullus irascitur alicui nisi
credat ipsum fore fecisse vel in se vel in filios vel in
amicos vel in aliquos ad se pertinentes. Dictum est enim iram
esse appetitum pene non simpliciter sed in ordine ad vindictam
Nullus autem irasci desiderat nisi de fore factis sibi vel in ipsum
vel in pertinentibus ad seipsum. Sed odium quod est velle malum
secundum se esse potest vel de pertinentibus ad se vel ad alium. Sicut enim
scimus aliquem esse malum ut furem scimus aliquem esse furem
possumus ipsum odire sive fore fecit in nos sive in
alios. Secunda differentia quia ira semper est in singulari. odium autem 2a
potest in communi esse. potest autem aliquis odire omnem
furem et detractorem. sed irasci non potest nisi alicui speciali
Nam cum homo in communi non iniuriatur nobis. sed semper
committitur iniuria per aliquem hominem specialem. sed odire pos
sumus fures universaliter. non sic irascimur nisi alicui singulari
Tertia differentia est quia odium est quid insatiabile sed ira satiabilis 3a
Nam si odium est appetitus mali simpliciter. iam quantumcumque odimus
non possumus tamen vere de malo quin vellemus quod haberet plus
sed ira que est appetitus pene non simpliciter sed ut ordinatur
ad vindictam est quodammodo satiabile quia cum aliquis tam punitus
est quod videatur irato ulterius deteriorem fieri esse satiata ira
et quiescit iratus. Quarta differentia est quia iratus appetit infligere 4ta
contristationem. sed odiens appetit nocere. vult enim iratus inferre
dolorem et tristiciam. sed odiens vult inferre damnum et nocumentum
Quinta differentia est quia semper quod vult iratus odienti 5ta
autem nichil differt. Non enim sufficit irato quod alius paciatur
nisi senciatur et nisi manifeste appareat quod ipse ei infert
illud malum quia aliter non esset vindicta. sed odienti
quid nichil differt. Nam cum odium sit mali secundum se
sufficit odienti quod alius paciatur malum qualitercumque ei accidat

Valium illud. Sexta differentia est quia ira semper est cum tristitia
tanta enim est anxietas irati ut vindicta fiat quousque donec
facta sit ultio quasi totum est in tristitia. Sed odium sine
tristitia esse potest. Nam contra ut ad aliquid in communi
odire non possimus similiter omnes facimus. Non tamen oportet quod tristitia
comitetur semper odium. Septima differentia est quia ira videtur
aliquando esse mitescere non autem odio. Mala tamen ira
satiatur si multa mala inferantur alteri irato inferret ei
sed odium pro nullo inferre tamen sit quid insatiabile. Oc
tava differentia est quia ire sufficit compati sufficit enim irato
quod alter sibi patiatur donec fiat condigna ultio. Sed odium non
extimat et sufficit non esse. Non enim sufficit odienti quod alter
contra patiatur sed vult eum interimi et non esse. Cum ergo
conditiones odii sint multo peiores quam conditiones ire. Magis
cavendum est odium quam iram. Immo iram convertere in odium
secundum Augustinum hoc est trabem facere de festuca. Est ergo
odium homini cavendum a quolibet magis tamen cavendum a Regibus
et principibus quia in hiis esset pluribus nocivum. Sic igitur se
cundum est de odio et de ira quia odium detestabilius est quam ira. Nihil
ominus tamen si ira inordinata sit detestabilior est quam odium. Ut ergo
appareat quomodo Reges et principes se habere debeant circa iram
et mansuetudinem. Sciendum est quod ira aliquando perturbat racionem et tunc
est inordinata et cavenda aliquando sequitur ordinem racionis et tunc potest esse
ordinata et imitenda. Primo ira racionem precedit dum est cavenda
propter quod non perfecte racionem audit. Secundo quia eam obnubilat.
Ira enim racionem precedens secundum philosophum vi ethicorum assimilatur canibus vel
servis velocibus. Servi enim veloces statim cum audiunt
verbum domini antequam plene percipiant preceptum eius currunt ut
exequantur mandatum eius. Et tunc contingit eos deficere quia
non perfecte perceperunt quomodo exequendum sit mandatum illud.
Sic etiam et canes statim cum audiunt sonitum venientis la
trant non distinguentes an veniens sit amicus an inimicus. Sic
etiam ira facit statim enim cum racio dictat vindictam esse
faciendam statim vult irascens inferre vindictam concupiscit non expec
tans super hoc iudicium racionis qualiter vindicta illa fieri debeat.
Est ergo ira cavenda inordinata quia non perfecte racionem audit.
Secundo cavenda est quia racionem obnubilat nam corde non commoto
et debito temperamento impeditur ab usu racionis. Quare cum per iram
accendatur sanguis circa cor corque reddatur inpacatum ut non possit
debite racione uti. Racio enim est virtus que non sit actus
corporalis organi tamen in suo actu corporalibus organis utitur

Propter quod corpore existente in dispositione non potest libere uti actu suo. quare si aliquorum hominum carendum est habere rationem obnubilatam et non plene rationi obedire, a quibus carenda est ira inordinata, magis tamen carenda est a Regibus et principibus, quos convenit decere summum imperium rationis. Carenda est ergo ira inordinata et rationem precedens, sed si sequitur imperium rationis potest esse ordinata et intendenda. Nam tunc ira est rationis organum et agit sub imperio rationis, nobis exequimur opera virtuosa. Unde iij ethicorum approbatur dictum homeri dicentis, Virtute immitte furori. Tunc enim utimur furore vel ira, cum immittitur modo debito et ut decet, quia ira est organum virtutis et rationis. Patet ergo quod nos decet habere circa iram et mansuetudinem, quia per mansuetudinem reprimenda est ira ne precedat iudicium rationis et per iram reprimenda est mansuetudo ne impediat opera virtutis et rationis actum. ante enim quam per rationem iudicemus plene quid agendum decet esse mansuetos, sed postquam plene visum est quid agendum sit, possumus assumere iram tanquam servum et ancillam rationis, ut per eam exequamur illud quod ratio iudicabit. Sic ergo se habere circa iram et mansuetudinem, tanto magis decet Reges et principes quanto magis decet eos non impediri in usu rationis et velociter exequi quod ratio iudicabit etc.

## Quomodo reges et principes se habere debeant circa delectationem et tristitiam

Capitulum viii

DEBEBATUR. ut supra delectationes et tristitias tenere ultimum gradum in ordine passionum, quia ad eas tanquam ad passiones ultimas omnes alie terminantur. nulla enim est passio que non terminatur vel ad tristitiam vel ad delectationem. Dicto ergo de omnibus aliis passionibus restat dicere quomodo Reges et principes se habere debeant circa delectationes et tristitias. De delectationibus autem fuit duplex opinio antiquorum ut patet iij ethicorum. Eudoxius autem posuit omnem delectationem esse bonam, quia quod ab omnibus appetitur maxime videtur esse bonum et eligibile. omnia autem appetunt delectari, quare non esset nisi delectatio esset simpliciter de genere bonorum. Adducebat autem Eudoxius ad hanc rationem aliam ex opposito tristitia que est delectationi contraria. Nam si tristitia quedam est fugienda et habet rationem mali, delectatio quedam est eligenda et habet rationem boni. Alii autem e contrario dicebant omnem delectationem esse fugiendam, sed hii omnem delectationem contempnentes statum suum posse contendebant impossibilem, quia secundum philosophum absque delectatione aliqua nullus vivere potest. Sicut ergo negantes loquelam concedit loquelam ut per philosophum iiij ethicorum

Sic ponens dicit delectacionem esse fugiendam potest aliqua delectaciones
esse fugiendas Ideo tamen loquela negando non possit nisi per
loquelam negantes loquelam loquendo autem contradicit loquele
Sic aliqua nullus omnem delectacionem fugit nisi quia delectabile sit
et omnem delectacionem fugere sequitur quod fugiens omnem delectacionem sequitur
aliquam delectacionem Inter ergo has duas vias omnino quasi
est via philosophi media quod non omnis delectacio est simpliciter bona ut nec
simpliciter mala Sed aliqua delectacio est bona extra aliqua appa-
renter aliqua secundum quid aliqua est bona uni aliqua est
bona alteri Sicut enim videmus in gustu sic et in appetitu iudi-
care possumus aliquis enim habet gustum infectum ut infirmi aliquis
habet ipsum bene dispositum ut sani Sic aliquis habet appetitum in-
fectum ut viciosi aliquis habet ipsum bene dispositum ut homines boni
et virtuosi Sicut ergo non sunt dicenda vere dulcia que videntur
dulcia infirmis et habentibus gustum infectum sed que videntur dulcia
sanis et habentibus linguam bene dispositam Sic non sunt dicenda
vere delectabilia que sunt delectabilia viciosis et habentibus appetitum
infectum sed que sunt delectabilia bonis et habentibus voluntatem
rectam Erunt ergo aliqua delectabilia vere et simpliciter aliqua appa-
renter et secundum quid ceterum erunt aliqua delectaciones bone extra et simpliciter
aliqua apparenter et secundum quid Rursus cum delectacio conveniat ex convenientibus te-
veniens ad convenientem erunt ergo aliqua convenientes bestiis aliqua hominibus
aliquae delectaciones sunt convenientes bestiis aliquae non hominibus
delectaciones autem intelligibiles et virtuose sunt convenientes hominibus
sed delectaciones venereae sensibiles sunt convenientes bestiis Si enim
homines talibus delectacionibus uti debent hoc non est sic et
simpliciter sed prout habent ordinem et prout deserviunt actionibus
virtuosis propter ergo quod nos ipsos debemus ad ipsas delectaciones
Ideo non detestabile sit tamen quod sic viciosi et qui mores habeant
bestiales spectat ad quemlibet sequi non que sunt delectabilia
bestiis et hominibus viciosis sed que sunt delectabilia venabilibus
et hominibus virtuosis Omnis ergo delectacio est bona ut arguebat
ponens primo sed omnis delectacio est bona tamen sed aliqua est
bona bestiis aliqua vero hominibus Cum ergo detestabile est reges
et principes eligere vitam pecudum tanto detestabile est eos sequi delectaciones
bestiales propter ergo quod reges et principes se ipsos debent ad delectaciones
et principaliter ipse delectari debent in operibus virtuosis Ideo delectacio semper
perficit et expeditiorem reddit operationem Si ergo reges et prin-
cipes delectabuntur in actibus prudencie et in operibus virtuosis expedi-
ciores erunt et magis perfecte efficientur potentes huiusmodi operibus Ideo quanto quis
vehemencius erit delectatus in actibus virtuosis tanto excellencius efficit

Illos actus In delectacionibus autem sensibilibus delectari non debent principes
et persone sed debent eas moderate ut sint ornez ad opera virtuosa sa
na si tales delectaciones vehementes sunt racionem obnubilant et operaciones
impediunt virtuosas. Dicto quomodo reges et principes se habere debent ad de
lectaciones, unde restat quomodo se habere debent ad tristicias. Tristicia autem
numquam est assumenda nec est laudanda in supposito aliquo tempore. Sed quis eam
modus se in aliquo tempore contingit dolere et tristari, de temporibus quo est
tristandum, sed omnis talis tristicia est moderanda et vitanda, ut quo habet tristicia
moderanda sit timenda propter quod numquam tristicia vitari possit, unde aut
propter talia timenda tangit propter quod tristicia vitatur vel virtutes amicos et consolatores
vitatur propter virtutes. Non vitatur tristicia ut vult philosophus ix ethicorum, mali non et
viciosi de seipsis non gaudent. Non invenit in seipsis unde delectari
possit. Nam mali sibi ipsis vitantur et in seipsis dissentiunt ut ibidem
innuitur. Nam unum volunt, inclinant et aliud pravum agunt, que cum in se
ipsis pateri non habeant de seipsis non gaudent. Magnum autem sunt
ut in nobis ipsis delectacionem inveniamus et fugere mala et habere virtutes.
Item remedium est consolacio amicorum ut in eodem ix ethicorum tangitur. Videtur
enim tristicia esse quoddam pondus aggravans animam, sicut quo in pondere cor
pali nisi iuvat nos ad portandum id minus gravamur, sic cum unde con
uertimur amicorum condolere nobis alleviamur a dolore id est minus tristamur
Sed non solum tangitur in ix ethicorum, sed dicit fuisse philosophus nescit unde
utrumque sit verum. Nam tamen de dolore amicorum sit dolendum cum nos
doleamus et videamus amicos dolere ut videtur non dolor minuitur sed augeri
Possumus quo dicere quod non videamus amicos dolere de dolore nostro, sic quod
illi dolent minuitur dolor noster, sed quod videamus eos dolere augetur in
nobis quedam firma fortitudo que sunt ammirabilia et quia delectabile
est habere amicos delectamur et dolor noster delectando minuitur. Quod quia
delectacio est totaliter tollit tristicia vel saltem eam minuit. Tercium
remedium est consideracio veritatis. Nam licet de turpibus sit dolendum de bo
nis fortune vel de aliis que nos contingere possunt absque eo quod operemur
turpia dolere non debemus. Ad hoc autem maximum est remedium
est consideracio veritatis. Nam per huiusmodi consideracionem cognoscimus talia
esse modica bona et ideo eis ammissis non dolebimus nisi forte propter
actus virtuosos impediuntur propter ammissionem eorum impedimur ab operibus virtuosis
Patet ergo non esse dolendum nisi de temporibus et de operibus viciosis.
Si autem propter aliquam dolor vel tristicia contingat fugienda est vel per
virtutes vel per amicos vel per cognicionem veritatis. Consuevit enim adhuc
dari quoddam subsidium ut remedia corporalia ut sompnus balneum
et talia que tristicia fugere solent, cum quo tales tristicie impediant
operaciones virtuosas, tanto magis decet reges et principes tales tristicias
moderare, quanto decencius est eos excellere in operibus virtuosis

Quomodo harum passionum quedam sunt
magis principales quedam minus

Sicut enumerabantur supra xii virtutes quarum quatuor erant
principales et octo quasi annexe, sic et has xii
passiones enumeratas secundum predecessorem doctum dicere possumus
quod sunt quatuor principales, ut spes timor gaudium et tristicia.
Has autem magis principales esse triplici via venari possumus. Primo ut comparantur
ad passiones alias. Secundo ut comparantur ad sua obiecta vel ad materiam circa
quam versantur. Tercio ut comparantur ad potencias anime ut ad irascibilem et
ad concupiscibilem in quibus existunt. Prima via sic patet quia omnes
alie passiones videntur ordinari ad istas, ut passiones sumpte respectu
boni ordinari videntur ad spem et gaudium, sumpte autem respectu mali
ordinari videntur ad timorem et tristiciam. Nam passio sumpta respectu boni primo
incipit ab amore, procedit vadit in desiderium et terminatur in spem cum
bonum id est futurum, ultimo autem terminatur in gaudium et delectationem quando
bonum id est presens adeptum, respectu vero mali incipit ab odio et procedit
in fugam vel abhominationem et terminatur in timorem si malum id sit futurum,
ultimo autem terminatur in tristiciam si malum id sit presens et iam adeptum. Timor
ergo et tristicia sunt etiam passiones principales, quia ad eas ordinantur omnes
sumpte respectu mali, sic ad spem et gaudium ordinantur passiones sumpte
respectu boni. Secunda via ad investigandum has passiones esse principales sumi
potest ex parte materie circa quam iste passiones versantur, quia omnis pas-
sio sumitur respectu boni vel respectu mali. Rursus bonum vel malum co-
gnitum potest vel ut est futurum vel ut est iam presens. Secundum hoc ergo
sumuntur hee quatuor passiones, quia de bono futuro est spes,
de presenti est gaudium, de malo futuro est timor, de presenti vero est
tristicia. Tercio hee passiones principales sumi respectu potenciarum anime
ut respectu irascibilis et concupiscibilis in quibus consistunt. Dictum est autem con-
cupiscibilem tendere in bonum et malum simpliciter, irascibilem vero secundum
habere rationem ardui. Cum ergo aliquid maxime sit bonum cum iam sit
adeptum circa quod est delectatio et gaudium, et maxime malum sit
cum iam est sic adeptum circa quod est dolor et tristicia, oportet delectationem
et tristiciam esse principales passiones respectu concupiscibilis. Spes autem
et timor sunt principales passiones respectu irascibilis. Nam cum irasci-
bilis tendat in bonum et malum in eo quod est arduum, et tunc maxime
reputatur bonum arduum cum est futurum et speratur, et malum ar-
duum cum futurum est et timetur. Spes et timor sunt principales
passiones respectu irascibilis. Cum igitur ex passionibus dignificari
habeant opera nostra, decet nos diligenter intendere in quibus
delectamur et contristamur, et que speremus et timeamus. Sed hec tanto
magis decet reges et principes quanto eorum opera sunt digniora
eo quod respiciant bonum commune. Quomodo autem reges et principes debeant se
habere circa delectationes et tristicias circa spem et timorem patefactum est
per capitula supradicta.

## Quomodo passiones anime ad passiones habitus reducuntur etc. x

Enumerabantur supra duodecim passiones videlicet
amor. odium. desiderium. abhominatio. delectatio. tristicia. spes
desperatio. timor. audacia. ira. mansuetudo. Sed preter has
omnes passiones alias videlicet enumerat philosophus ii rethoricorum zelum graciam
nemesim que idem est quod indignatio de prosperitatibus malorum miseri
cordiam invidiam et erubescentiam sive verecundiam. Sed omnes passiones iste
reducuntur ad aliquas predictarum. quia zelus et gracia reducuntur ad amorem
verecundia ad timorem et invidia et nemesis sive indignatio de pro
speritatibus malorum reducuntur ad tristiciam. Zelus enim reducitur ad amorem
quia zelus nihil aliud est quam quidam amor intensus. Cum enim que intense
diligimus vel sunt corporalia vel spiritualia. Si autem sunt corporalia
quia talia ad habendum ab uno non habentur ab alio. Ideo zelus rerum talium
diffiniri consuevit quod est amor intensus non paciens consortium in
amato. Inde ergo inolevit quod aliqui dicuntur zelotipi de persona
aliqua si volunt habere in ea aliquod consortium. Intensus ergo amor
talium videtur esse amor privatus et comprehensus non paciens consorci
um in amato. Sed rerum bonorum intellectualium et rerum virtuosarum si sit amor
intensus est laudabilis. et quanto communius talia bona virtuosa quis esset
tanto magis ipse virtutes diligeret si nollet in eis habere consortium huiusmodi. ergo
zelus rerum bonarum honorabilium diffinitur a philosopho ii rethoricorum quod est tristicia
de huiusmodi bonis non quia insunt alteri sed quia non insunt sibi. Zelus ergo
reducitur ad amorem. Sic et gracia reducitur ad amorem quia ex amore
efficitur aliquis graciosus alteri. Gracia enim ut de ea tractat philosophus et
ut est passio nihil est aliud quam quidam motus animi per quem inclinatur aliquis ad
beneficia conferendum. Zelus ergo et gracia reducuntur ad amorem. Sed vere
cundia reducitur ad timorem. Dicuntur enim quidam timere per corruptiones
et inhonorationes. Qui enim expavescit mala corruptiva dicitur
timidus sed qui expavescit turpia et inhonorationem dicitur esse verecundus.
Nihil ergo aliud est verecundia quam timor inhonorationis vel timor
ingloriositatis. Hinc verecundia erubescentia nominari consuevit quia
verecundati quasi rubescunt sicut timentes pallescunt. Nam ex eo
quod aliquis credit se amittere vitam quod est bonum intrinsecum timet.
Sed ex eo quod credit se amittere gloriam et honorem que sunt bona extrinseca vere
cundatur. In timendo ergo sanguis concurrit ad interiora et membra
remanent pallida quia timor consurgit ex eo quod aliquis credit se
amittere interiora bona. Sed econverso quando verecundatur sanguis fluit ad exteri
ora et facies apparet rubea. Currit ergo sanguis ad exteriora
quia verecundia consurgit ex eo quod quis credit se amittere exteriora. Duplex
est ergo timor. Unus amittendi vitam et bona interiora propter quod quis pal
lescit. et alius amittendi gloriam et honorem que sunt bona exteriora

zelus

gracia

timor est duplex

Vel quem aliquis erubescat · timor ergo corruptiui et amittendi bo
num quod quia non habet speciale nomen vocatur sibi nomine generis et dicitur timor sed
amittendi gloriam et honorem habet speciale nomen et vocatur verecundia vel erub
escencia verecundia ergo quidam timor est et reducitur ad timorem Viso quomodo
zelus et gracia reducuntur ad amorem et quomodo verecundia reducitur ad timorem ·
Restat videre quomodo misericordia et invidia et nemesis siue indignatio reducuntur
ad tristiciam Sciendum ergo quod tria esse possunt tristicie Nam aliquis tristari potest
vel de malo alterius vel de bono Si tristatur de malo et maxime
accidit ipsum indigne pati illud malum sic est misericordia Nam ut in ij Rethoricorum
dicitur · misericordia nichil est aliud quam tristicia quedam super apparenti malo
corruptiuo vel contristatiuo eius qui indignus est sortiri malum illud
Sed non solum est tristicia non de malo sed de bono · hec potest esse duplicia

Invidia

vel de bono · Si sic est invidia Nam invidia ut dicitur in ij Rethoricorum
Nichil est aliud quam tristicia quedam super apparenti actione aliquorum
bonorum circa similes non ut aliquid sibi sed propter illos Invidia enim
est contristari de apparenti bono alterius non quia ipse non habet illud bonum sed
quia alter cui invidetur possidet illud bono · et potissime est invidia
circa similes · ut figulus invidet figulo et fabri fabro et cetera de
alijs Si non sit tristicia de bono alterius non communiter modo sed ut indi
gne habetur ab eo sic est nemesis vel indignatio Nam secundum philosophum in ij Rethoricorum
Nemesis vel indignatio est tristari de eo qui videtur bene prosperari Sic ergo
omnes hee passiones diuersificantur habent operaciones innatas Decet nos
omnes eas cognoscere et tanto magis hec decet Reges et principes
quanto habere debent operaciones excellentes

Que predictarum passionum sint laudabiles et que vituperabiles
et quomodo Reges et principes ad illas se debent habere

Predictarum passionum quedam videntur esse lau
dabiles ut misericordia et verecundia Nam verecundia secundum
philosophum licet non sit virtus est tamen laudabilis passio · sic etiam
gracia et nemesis laudabiles passiones esse videntur · quedam autem
sunt vituperabiles ut invidia et et odium vituperabile est nisi vicior um
Alie autem passiones videntur se habere ad utrumque Est autem dili
genter aduertendum quod sicut in moribus laudabile medium est vituperantur
extrema · passiones ergo ille qui videntur de se esse lauda
biles important quoddam medium ut verecundus est medius inter stupidum
et inverecundum Nam qui de omnibus verecundatur dicitur stupidus Qui
autem de nullo verecundatur dicitur Nullus autem horum est laudabilis Qui
vero medio modo se habet inter qui verecundatur ut decet et non verecundatur
ut non debet dicitur verecundus et est laudabilis · sic etiam est misericordia
media inter crudelitatem et molliciem Nam qui nulli compatitur
est crudelis Qui autem vero omnibus compatitur mollis est et muliebris

Rursum vero compati patientibus indigne tenet medium et lau-
datur et dicitur misericordia. Sic etiam nemesis est media inter invidiam et
placiditatem. Nam invidus de omnibus prosperitatibus dolet, placidus autem e con-
trario. invidus de omnibus prosperitatibus gaudet. Nemeseticus tamen medium
quia gaudet prosperitatibus bonorum et dolet de prosperitatibus malorum. Sic etiam
quia ut est amor laudabilis medius est inter superfluum et diminutum. Nam
qui est omnibus gratiosus tam dignis quam indignis vituperabilis est. Et autem
nulli est gratiosus vituperari debet. Sed qui est gratiosus dignis et non indignis
sic tenet medium et laudatur. Passiones ergo laudabiles tenent
medium, vituperabiles vero tenent extremum. Nam invidia extremum
tenet que de omni prosperitate dolet. Sic etiam odium ut est vitupera-
bile extremum tenet. Passiones vero que se habent ad utrumque
et possunt esse laudabiles et vituperabiles. Ut sunt vituperabiles tenent
extremum, ut sunt laudabiles tenent medium. Hijs visis dicendum
est quomodo reges et principes ad has passiones se habere debeant. Nam
gratiam et misericordiam prout sunt passiones laudabiles imitari debent.
Decet enim gratiosos et misericordes esse. Ipsi enim maxime esse debent
debiti distributores bonorum et malorum, sive beneficiorum et penarum.
Beneficia autem tunc recte distribuuntur cum reges et principes et hiis
quorum est talia distribuere bonis et dignis sunt debite gratiosi.
Mala autem et pene tunc debite infliguntur cum semper indigne
patientibus ad misericordiam commoventur. Nec verecundia autem et nemesis
licet videantur esse laudabiles passiones non tamen sunt et pro omni modo
attribuende sunt regibus et principibus. Non enim decet reges et
principes verecundos esse, quia non decet eos talia operari unde
verecundari possent. Propter quod dicitur iiii ethicorum laudamus iuvenes
verecundos, seniorem autem nullus laudabit si verecundabilis
sit, quia non estimamus ipsum non oportere operari in quibus est verecundia. Sic
etiam ibidem dicitur quod studiosi non est verecundari, quia verecundia est
in pravis. Eius autem non est prava operari. Conveniens igitur decet verecundari
debet. Nemesis autem videtur non multum laudanda esse vel multum lauda-
tur nimis indignatur de prosperitatibus malorum. Nam mali non possunt
possidere maxima bona cuiusmodi sunt virtutes, sed forte possunt possidere
bona media vel bona minima cuiusmodi sunt bona exteriora. Talia autem quia
minima vel quia bonorum non multum curandum si possideantur a malis
dicitur tamen hoc accidit sine culpa propria. Nam si datum tenent hec bona dis-
pensare non debent ea attribuere indignis sed dignis. Reges ergo et
principes minime debent esse nemesetici et indignari de prosperitatibus ma-
lorum, nec indignis distribuant sua bona. Sic ergo se habere debent
ad predictas passiones que videntur esse passiones que videntur
esse virtutes. Invidia autem que est vituperabilis passio penitus

Et fuge debent et etiam odium nisi esset nimium. Nam mala sunt
obedienda et sunt pro viribus extirpanda. In aliis autem passionibus
quas pnt ee laudabiles et vituperabiles debent se habere sicut fuerunt dicti
virtutibus de quibus supra fecimus mentionem. Nam per virtutem mansuetudinis
debite se habebunt circa iram et eius oppositum. Nam ille dicitur esse mansuetus
qui irascitur ut decet et cum decet et quando non decet. Per fortitudinem vero debent
se habere circa audaciam et timorem. Nam ille est fortis qui audet audenda
et timet timenda. Per magnanimitatem et humilitatem bene se habebunt
circa spem et desperationem. Nam magnanimitas reprimit
desperationem ne retrahatur a bonis arduis propter difficultatem. Humilitas
vero modabit spem ne nimis se ingerat ad illa propter bonitatem
et delectationem que est in eis. Per alias vero virtutes existentes in concupi-
scibili bene se habebunt circa concupiscibiles passiones ut amet
et desiderent amanda et desideranda et abhominentur abhominanda
delectentur et tristentur ut est delectandum et tristandum. Et ad hunc omnia
se habent ut requirit ordo et recta ratio. Hec ergo ad presens de pa-
ssionibus sufficiant. Quare si quid est hic dimissum infra diffusius
tractabitur. Agetur vero in tertio de timore et amore et ira et de
aliis ut vero congruentia postulabit. Ibi enim ostendemus quomodo se
habere debeant reges et principes timeri et quomodo amari et quomodo de-
bent esse misericordes et quomodo zelativi. Nam multa que hic sunt veluti
tradita ibi particulariter ostendentur.

Explicit tertia pars libri Egidii de Regimine principum
Incipiunt igitur capitula Quarte partis eiusdem
libri primi

I Qui sunt mores iuvenum laudabiles et quomodo
reges et principes ad illos mores se debeant habere
II Qui mores iuvenum sunt vituperabiles et quomodo reges
et principes ad huiusmodi mores se debeant habere
III Qui mores senum sunt vituperabiles et quomodo reges
et principes vitare debeant dictos mores
IIII Qui mores senum sunt laudabiles et qui sunt mores eorum
qui sunt in statu et qualiter reges et principes se habere
debeant ad huiusmodi mores. debeant ad illos mores
V Qui sunt mores nobilium et quomodo reges et principes se habere
VI Qui sunt mores divitum et quomodo reges et principes se habere
debeant ad illos mores. Christus
VII Qui sunt mores potentium et quomodo reges et principes
ad ipsos se debeant habere. Iesus
VIII



Margin: ille dicitur mansuetus
fortis

Qui sunt mores iuvenum laudabiles et quomodo reges et principes ad illos mores se debent habere

Expeditis tribus partibus primi libri quia ostensum est in quo reges et principes suum finem ponere debeant et quibus virtutibus debeant esse ornati et quas passiones debent sequi restat exequi de parte quarta videlicet quos mores debeant imitari. Mores autem dicuntur diversificari penes ab etate et fortuna. Ab etate quidem quia alios mores habent iuvenes alios alios illi qui sunt in statu senectutis. Fortuna autem mores diversificare dicitur. Nam fortune bona cum sint exteriora ut nobilitas divitie potentie mediantibus mores diversificat. Nam ut plurimum alios mores habent nobiles quam ignobiles alios potentes quam impotentes et alios divites quam pauperes. De omnibus autem hiis moribus dicemus. Sed primo de moribus iuvenum quorum mores quidam sunt laudabiles quidam vituperabiles. Inter alia quidem que tangit philosophus 2o rethoricorum de iuvenibus tangit sex mores laudabiles et sex vituperabiles. Quod ut sunt laudabiles iuvenes moribus quia sunt liberales et 2o quia sunt animosi et bone spei 3o quia sunt magnanimi 4to quia non sunt maligni moribus quinto quia sunt deffacili misericordes sexto et ultimo quia sunt verecundi et casti. Sunt enim iuvenes liberales quia non sunt experti indigentiam et bona que habent non acquisierunt proprio labore. Nam quilibet cum maiori diligentia retinet facultates suas quas per indigentiam passus est aliqua mala vel quando facultates illas acquisivit per propriam industriam et proprio labore. Nam quod cum labore acquiritur diligentius custoditur et retinetur. Immo adeo quilibet delectatur in proprio opere quam quicquid sua industria acquirit carius possidet. Ideo iuvenes sunt bone spei quod tamen eis contingit ut probat philosophus ii rethoricorum. Sunt enim iuvenes animosi et bone spei. Primo quia pauca experti non in multis passi sunt repulsam ideo credunt omnia optime. Sunt et bone spei quia in eis multum abundat calor cordis. Ergo et ayre membrorum inflammat a calore existente in ipsis iuvenibus fiunt iuvenes bone spei et animosi ut omnia audeant. Rursum iuvenes parum vixerunt in preterito et in tempore non valent deinde multum vivere de futuro. Ideo ergo memoria fit ex rebus preteritorum et spes rerum futurorum iuvenes parum vigent memoria et multum vigent spe. Nam ut multum delectantur iuvenes in hiis que sperantur quia memoria non se parum modicum fecisse sed multum delectantur in cogitando que facturi sunt sperant ut magnam se facere quedam

Contingit eos amorosos et bone spei esse. Tercio dicebat eos esse
magnanimos cuius causa ex predictis assignatur. Nam ex hoc est aliquis ma
gnanimus quia dignificat se magnis et ingerit se ad facta digna magnis.
Iuvenes ergo cum sint liberales et cum sint amorosi et bone spei
non habent unde retrahantur quin sint magnanimi. Possumus autem ad hoc
specialem rationem assignare. Nam cum iuvenes sint percalidi et calidi sit
superferri iuvenes semper volunt superferri et excellere. Sic enim
videmus in ordine universi quod semper calida elementa ut ignis aer
superferuntur superficiei aque et terre. Cum ergo inter cetera per que
quis videtur superferri et excellere sit honor et gloria, iuvenes quia sunt
percalidi et cupiunt excellere maxime desiderant gloriam et honorem
ideo propter hoc sunt animo magnanimi cuius propria materia videtur esse honor.
Quarto iuvenes sunt laudabiles quia non sunt maligni
moris. Dicitur enim non esse malignis moris quia non credunt alios
esse malignos sed ut plurimum credunt homines omnes esse bonos
cuius ratio est quia inexperti de factis aliorum non iudicant de
factis hominum nisi ea que vident sed si videt in seipsis sic
credunt esse in aliis. Ideo dicitur in ii° Rethoricorum quod pueri sua innocentia
alios mensurant. Sicut et ipsi sunt innocentes sic credunt
alios innocentes. Quinto iuvenes de facili sunt misericordes quia ut
supra dicebatur ex hoc maxime consurgit misericordia si credimus alios
indigne pati. Quare si iuvenes sua innocentia alios mensurant
et credunt alios indigne pati de facili moventur ad misericordiam. Sexto
iuvenes sunt erubescitivi et verecundi. Nam quilibet timet posse quod
nimis affectat. Erubescentia autem et verecundia ut dicebatur
est timor ingloriationis. Cum ergo iuvenes quia percalidi nimis
affectent excellere timent ingloriositatem quare de facili erubescunt.
Philosophus in ii° Rethoricorum aliam causam videtur tangere quare iuvenes
sunt naturaliter verecundi. Nam ut ipse ait nihil noverunt nisi quod sunt docti
a lege. Appellant autem ibi doctrinam legum monitos paternas
ut instruant per quas instruuntur pueri. Cum ergo mentes sic moneant
suos filios ad honesta quia est honestum idem quod honor
status iuvenes multum affectant ea que importare videntur
honoris statum et per totum ab oppositis multum timent que
importat ignominiam et inhonorationem, et quia erubescentia est
timor ingloriationis iuvenes de facili erubescunt. Viso quot mores
sunt laudabiles in iuvenibus. Decimo patet quomodo reges et
principes se habere debeant ad illos. Nam non quemcumque est laudabile
sic habere est laudabile in quocumque. Videmus enim quod esse fluibundum

Est laudabile in iuvene non tamen in homine · sic licet verecundia sit laude
in iuvenibus quia pro etate continue se non possunt quin committant aliqua turpia
de quibus decet eos verecundari Reges autem et principes quos decet esse
quasi semideos: non solum quod turpia committant sed abhominabile eis esse
debet quod audiant turpia nominari quia corrumpunt mores colloquia prava
Non ergo sunt ut statuti quod debeant verecundari nisi ex suppositione · quia si contin
geret eos operari turpia verecundari deberent et plus quam alii · eo quod magis
indecent se gererent Videre ergo quidque que diximus laudabilia in iuve
nibus adaptare possumus regibus et principibus · quia decet eos esse libe
rales bone spei · non maligni moris magnanimos et misericordes
Secundo autem viri verecundos esse decet similiter competere regibus · Decet
enim reges esse liberales · quia omnium natura agere sic intendere dummodo quod
pollent non applicaverint in proprios et debitos usus ut supra in tractatu
de liberalitate tetigimus · Decet autem eos esse tantomagis bone spei
quam alios · quanto sicut quia circa quod insudare debent sunt digniora quam alia
Rursus decet eos totum esse magnanimos · quia ut dicebatur in quodam eo de
magnitudine maxime magnitudo competit regibus et principibus · quia
eos maxime decet magna operari et in ardua tendere · Dicere et inconve
niens est eos esse maligni moris ut non de quolibet habeant opinionem ma
lam Nam si acta subditorum semper interpretarentur in malam partem contingeret
eos esse tyrannos et vastatores gentium · sic et decet eos esse mise
ricordes Nam ut ait philosophus in ii° Rhetoricorum homines ut plurimum mala faciunt
ideo ergo humana fragilitas veniam postulat pro delictis · Cum
reges et principes sint quorum iudicium sit legislatorum insignitum
pene decet eos misericordes esse · esse autem verecundos non decet
simpliciter ut superius dicebatur

Qui mores iuvenum sunt vituperabiles · et quomodo reges et principes ad huiusmodi mores se debent habere ·ij·

Sicut superius enumeravimus sex mores laudabiles sic enumerare
possumus sex vituperabiles quos et tangit philosophus in ii° Rhetoricorum
Nam iuvenes sunt passionum insecutivi · Secundo sunt desta
biles vertibiles · 3° sunt nimis creduli · Quarto sunt contumeliosi · Quinto
sunt mendaces quia quodammodo permaneret assertive · Sexto in actionibus
non tenent modum · sed omnia faciunt valide Dicunt enim propter iuvenes
insecutores passionum et maxime insecutivi concupiscentias circa corpus
sunt enim incontinentes · et insecutores venereorum · quod duplici de causa
contingit Nam cum iuvenes sunt percalidi et eorum calefactio fiat ve
nereorum appetitus naturalis dispositio corporum incitat iuvenes ad concupiscen
tias venereorum Rursus hoc contingit quia cum in omnibus actionibus nostris

Vel sequimur vel rationem et quanto minus viget ratio in nobis tanto
magis passio vigoratur. Iuvenes ergo quia sunt inexperti et non viget
intellectus et prudencia magis reguntur passione quam ratione quartum
ut plurimum sunt passionum insecutores. Secundo sunt de facili volubiles. Nam
quia secundum complexionem corporis sic ergo in corporibus iuvenum calidiores sunt in
magis moti sic ipsi habent voluntates et concupiscencias valde volubiles.
Ideo dicitur in 2° Rhetoricorum quod iuvenes acute concupiscunt sed cito saturantur.
Vehementer volunt sed de facili permutantur. Tercio sunt nimis creduli
quod in ad presens spectat dupliciter de causa contingit. Primo quia non sunt mali
communi moris non putant alios esse malos sed secundum innocenciam alios me-
tiuntur. Cito ergo naturale est quod quilibet facile credit ei quem credit esse
bonum et quia non cogitant ex malicia loquentes iuvenes omnes credunt esse in-
nocentes omnibus de facili credunt. Rursus hoc idem contingit in experi-
encia. Nam ex multis sermonibus indocti enunciationes ad pauca
respicientes facile iudicant. Unde et proverbialiter dicitur quod homo modica
novit faciliter et cito iudicat. Iuvenes ergo qui non sunt multorum
experti statim cum eis aliquod negocium non valentes ad multa conspicere
eo quod sunt multorum ignari statim de illo negocio iudicant et credunt sic
esse ut eis proponitur sed si multa cognoscerent et quid ipsos homines consi-
derare scirent non statim assentirent corde omnibus que eis dicuntur. Sed
diligenter attemptarent utrum ea essent credenda. Quarto sunt con-
tenciosi. Nam ut supra dicebatur iuvenes maxime appetunt excellere. Quia
ergo videtur eis quod excellant in contencionibus insurgunt de facili sunt
contenciosi. Quinto sunt mendaces et quodammodo omnia pertinaciter asserunt.
Nam quia sunt inexperti ignorant se ipsos et omnia scire putant. Ideo de
omnibus iudicant et volunt videri omnia scire et omnia affirmant
ut omnia scire videantur. Et quia affirmant ea que ignorant de facili men-
tiuntur. Propter quod ad mentiri fiunt appetitu glorie sive pertinaces in men-
dacio. Cogitant enim se esse ingloriosos si appareat non scire esse ut dicunt.
Sexto in suis actionibus habent modum sed omnia faciunt valde. Unde dicitur
in 2° Rhetoricorum quod amant valde odiunt valde omnia faciunt valde. Hoc
autem ideo contingit quia sunt acute ire et vehementes habent concupiscencias.
Nam ire et concupiscencie sunt vehementes sed nisi per rationem moderentur. Iuve-
nes ergo quia magis vivunt passione quam ratione non habent concupiscencias
moderatas sed omnia faciunt valde. Visis quibus sunt mores iuvenum
vituperabiles de facili videri potest quomodo reges et principes ad huiusmodi
mores se debeant habere. Nam si talia sunt vituperabilia in iuvenibus
multo magis sunt vituperabilia in adultis et adhuc maxime vitup-
erabilia in regibus et principibus qui debent esse caput et regula
aliorum. Indecens est ergo reges et principes esse passionum insecutores
et venereorum habere concupiscencias vehementes quia sunt in eis maxime

Debet dominari ratio et intellectus, quod fieri non potest si se habent ut vivunt secundum
passiones. Rursus detestabile est eos esse mutabiles et variabiles. Nam ad incon-
venientes spectat recedere obliqua. Reges et principes qui debent esse forma
vivendi et regula aliorum, indecens est quod de facili permutentur, immo debent
eos esse firmos et stabiles. Tertio indecens est eos esse nimis creditivos.
Nam ad multos spectat adulatores et placentes sunt qui coram quibus su-
surrantes, cum magna diligentia considerare debent quod sunt qui loquuntur,
utrum sint sapientes vel ignorantes, utrum sint virtuosi vel vitiosi,
quia credendum est magis sapientibus et bonis quam insipientibus
et malis. Quarto indecens est eos esse iniuriatores et contumeliosos.
Nam poenas infligere debent non propter iniuriam vel contumeliam vel nequitiam
sed propter iustitiam et propter commune bonum. Quinto maxime a regibus et
principibus et universaliter ab omnibus dominantibus est mendacium fugi-
endum, ne seipsos contemptibiles reddant. Si enim mendacium reddit homines
contemptibiles, quanto magis indecens est regiam maiestatem con-
temptibilem esse, tanto maiori cautela studere debent ut adhaereant
veritati. Sexto indecens est eos non habere modum in actionibus suis,
quia cum actiones sint modandae per mensuram, decet maxime mensu-
ratas et regulas moderatas esse reges. Quia cum aliorum debent esse
regula et mensura, potissime decet eos moderatos esse.

## Qui mores senum sunt vituperabiles, et quomodo reges et principes illos mores debent vitare

Enumeratis moribus iuvenum et ostenso quomodo ad
amores illos reges et principes se habere debeant, re-
stat ostendere qui sunt mores senum et quomodo reges et princip-
es se habere debeant ad mores illos. Senum autem quidam mores
sunt laudabiles, quidam vituperabiles. Philosophus autem 2º Rhetorico-
rum inter alios mores quos tangit de senibus enumerat sex vituperabiles.
Primo enim senes sunt nimis increduli. Secundo sunt valde suspiciosi. 3º
sunt timidi et pusillanimes. Quarto sunt illiberales. Quinto sunt difficilis spei
vel sunt male spei. Sexto non verecundantur sed sunt inverecundi. Sunt enim
primo senes increduli, quod ex experientia contingit. Nam quia in multis
experti sunt et cognoverunt homines in multis mentiri, non de facili fit
eis fides, sed timent omnes alios deceptores esse. Ideo dicitur 2º Rhetoricorum
quod senes multos annos vixerunt et in pluribus decepti sunt. Propter
quod hanc experientiam contingit eos incredulos esse. Secundo sunt senes
suspiciosi. Contingit enim videre ut plurimum suspicantur malum et ver-
tunt eas in deteriorem partem. Videntur enim senes contrarii iuvenibus.
Pueri enim quia non multa mala fecerunt et innocentes sunt, sua in-
nocentia alios mensurant et omnia vertunt in meliorem partem

Credunt non omnes senes esse bonos. Senes non econtrario quia multis annis
vixerunt et in multis peccaverunt mensurant acta aliorum secundum ea que gesse-
runt ipsi propter quod ut plurimum credunt alios malos esse et in peio-
rem partem exponunt eorum opera Unde dicit noster textus Senes qui vixerunt
multis annis esse non potest quin in multis peccaverint ideo sunt male
suspiciosi et omnia deterius existimant Tertio senes sunt pusillanimes
et timidi. pusillanimes quidem sunt quia sunt humiliati a vita et defecerunt
Sicut ergo defecerunt in eis honores et vita sic deficit in eis cor et sunt
pusillanimes et etiam sunt timidi quia ut dicitur noster textus infrigidatio preparat
viam formidini Nam secundum philosophum contingit sic naturaliter disponi existens
in aliqua passione naturaliter passionatur passione illa Cum ergo timidi est
naturaliter frigidi contingit et naturaliter frigidus sequitur quod sit naturaliter formidinosus
Sequitur ergo senes naturaliter esse timidos quia deficit in eis natura et habent me-
bra naturaliter frigida Quarto sunt illiberales quod triplici contingit primo
ex defectu vite 2o ex exigentia temporis 3o quia non vivunt spe sed
memoria. Prima non ut plurimum sequitur diminutionem cordis Sicut ergo senes
in propriis viribus deficiunt hominibus et in vita sic videtur ipsis quod omnia
eis deficiant. timentes defectum pati sunt illiberales et non audent expen-
dere immo videntes se sic deficere non confidunt de propriis sed solum con-
fidunt de hiis que habent ponentes ergo in eis solum spem et confidentiam
non audent expensas facere Rursus illiberales sunt ex exigentia
temporis quia cum multis annis vixerunt credibile est eos passos fuisse indi-
gentias multas timentes igitur indigentiam pati illiberales sunt
Contingit eos etiam esse illiberales quia magis vivunt memoria quam spe
cogitant enim se multa vixisse in preterito et pauca victuros in futuro
et ideo quia memoria est preteritorum et spes est futurorum non vivunt spe nec confidunt
de eis que debent acquirere in futuro sed vivunt memoria et confidunt
de hiis que acquisierunt in preterito quare non confidentes de acquirendis
sunt illiberales et acquisita non de facili expendunt Quinto sunt male spei Nec
non sperant sed etiam omnia se deficere credunt Causa autem huius assignata
est in precedentibus Nam sicut spes est futurorum et memoria preteritorum et senes multum
vixerunt in preterito pauca credunt se vivere in futuro in sperando deficiunt
et modica se cogitant facturos Nam non vivunt nec delectantur in spe-
rando sed in memorando Sexto autem sunt querulosi quia libenter recitant ea in
quibus delectantur Videmus autem quod ad senes ad modum congregantur et recitant
res gestas quas fecerunt Nam non delectantur in recitando res futuras
quas sunt facturi eo quod videant se multa fecisse et cogitant se
pauca facturos sic ergo deficiunt spei quia in sperando deficiunt et pauca
se facere sperant Septimo senes inverecundi et minus verecundi Nam sunt
quia illiberales sunt magis curant de utili quam de honesto magis enim
student ad utilitatem quam ad ea que requirit honestas Et vult philosophus

Secundo Rethoricorum verecundia cum enim sit timor inhonorationis non co-
petit senibus quia magis de utili curant quam de honore. Tota ergo causa quare quis
est verecundus est ut vult philosophus est quia vult haberi in honore et vult reputari.
Senes autem sicut deficiunt a vita et in humoribus et in calore naturali
sic deficiunt ab animo et non curant reputari. Quare contingit eos esse invere-
cundos. Possumus autem unam causam assignare quae quasi communis est ad omnia tacta dic-
ta. Est enim senes esse frigidos. Frigiditas autem omnia constipat et constr-
ingit et in constringenda ea reddit ipsa minora et facit ea apparere
in inferiori loco. Videmus enim quod elementa frigida et minora in inferiori loco co-
llocantur calida vero et levia in superiori. Senes ergo quia frigidi sunt ex frig-
iditate constipantur et contrahuntur in seipsis et redduntur immobiles et non
audent mouere. Ideo credunt nihil sperant ut non curant excellere nec curant
reputari. Quia frigidi non est apparere locum superiorem sed inferiorem. Visis
qui sunt mores senum vituperabiles. Leve est patere qualiter reges et pr-
incipes ad huiusmodi mores debeant se habere. Nam constat quod licet
reges non deceat in omnibus de facili esse creduli ut pueri non tamen
decet eos esse incredulos. Sed considerata conditione personarum debent adhibere
fidem his que eis dicuntur secundum dictamen et ordinem rationis. Secundo
non decet eos esse suspiciosos ut omnia accipiant in deteriorem partem
quia ex hoc contingeret eos esse severos et inmiserativos et incurrerent
malivolentiam subditorum. Tertio non decet eos esse timidos et pusilla-
nimes immo fortes et magnanimos quia cum negotia respicientia totum
regnum circa que reges et principes insudare debent sint magna
et ardua oportet eos esse fortes et magnanimos. Quarto detestabile
est eos esse forte illiberales. Nam supra cum de virtutibus tractabamus suffi-
cienter ostensum fuit quod non solum decet reges et principes esse liberales circa
mediocres sumptus sed etiam contingit eos esse magnificos magnifica faciendo.
Quinto oportet eos esse bone spei quia si se crederent in omnibus deficere
nunquam attemptarent et proficerent regimini. Sexto non decet eos esse inve-
recundos eo modo quo senes existunt ut non curent de honore
status et quod magis studeant circa utilia quam circa opera honore digna.
Non decet tamen eos verecundari quia indecens est eos operari turpia
ex quibus verecundia consurgit. Qui mores senum sunt laud-
abiles et qui sunt mores eorum qui sunt in statu et qualiter reges
et principes se habere debent ad huiusmodi mores. ·iii·

Positis moribus senum vituperabilibus restat
enumerare mores ipsorum laudabiles.
Videtur autem philosophus secundo Rethoricorum circa senes tangere quatuor mores qui possunt
esse laudabiles. Primo quia senes habent concupiscentias remissas et temperatas.
Secundo sunt insperati. Tertio dubia non pertinaciter asserunt. Quarto nihil
agunt valde concupiscentiae quia senum maxime circa verecundia

Venerea sunt moderate et temperate quia ut supra dicebatur talis existente calefactione fit incitatio venereorum et concupiscentie. ergo per locum ab opposito existente infrigidatione fit remissio concupiscentiarum. Constat enim quod concupiscentia venerea per appetitum in anima se extendit. hic autem est contra cum frigidi nam frigidum cum constringendi non operatur se extendit in anima sed magis constringitur in se ipso. senes ergo cum frigiditate constringuntur in se ipsis ut habeant concupiscentias remissas et moderatas. ex hoc autem apparere potest quod senes sunt illiberales. Nam cum per illiberalitatem contingit peccare dupliciter. primo si ultra quam ratio dictat teneat quodlibet. Secundo si plus iusto concupiscit habere quod non habet. Senes magis peccant per illiberalitatem in retinendo que habent quam in concupiscendo indebite que non habent quia per frigiditatem magis constringuntur in se ipsis quam extendant ad alia. Cum enim nulla sit actio anime in qua non utatur aliquo organo corporeo sicut in arte artificialis variato organo fit variatio operis. sic et in actionibus anime corpore transmutato circa sensum complexionem corporis et fit variatio actionum eius. Corpore ergo infrigidato anima per appetitum inclinatur ut sequatur modum frigidi et quia frigidum restringitur et condensatur et remittitur in se ipso. ideo senes cum frigiditate concupiscentias habent remissas. ut vult philosophus secundo Rethoricorum. Secundo senes sunt miserativi. sed ut philosophus ait autem non propter eandem causam miserativi sunt senes et iuvenes. Iuvenes enim sunt miserativi propter ... senes autem propter imbecillitatem. Cum enim non misereatur super aliquo et super eo quem credit indigne pati. Iuvenes ergo ... et quia sua innocentia alios mensurant existimant omnes bonos esse. ... si patiuntur putant eos indigne pati propter quod de facili miserentur. Senes non sunt miserativi quia credunt alios bonos vel quia se amant ... vel quia quilibet eorum est imbecillis vel in defectu considerat ... ei et miseretur eius. propter quod et ipse de facili inclinatur ut misereatur et compatiatur alteri. Tertio nihil dubium pertinaciter affirmant. Nam ut philosophus ait secundo Rethoricorum quia senes vixerunt multis annis et viderunt quod sepe sunt decepti non audent aliquid pertinaciter asserere. timentes ne ita se res habeat et ne decipiantur. Ideo philosophus ait quod senes omnia dubia sic intendunt. et semper ibi apponunt quod forte et nihil fixe pertinaciter. Cum enim ab eis queritur de aliquo negotio dicunt forte vel sic est vel quodammodo ita erat. timentes ne decepti nihil firme sententiant. Quarto nihil agunt valde. sed in omnibus operibus sunt moderati esse temperati. Nam sicut iuvenes quia in eis abundant concupiscentie et passiones in omnibus tenent excessum et omnia agunt valde. sic senes quia habent passiones et concupiscentias remissas

Ut plurimum agunt omnia moderate. Viso quod sunt mores iuvenum et se-
num declarandum patet post qui mores sunt eorum qui sunt in statu. Nam illi
qui sunt in statu et sunt medii inter senes et iuvenes ut vult philosophus 2° Rhetoricorum habent
quicquid laudabilitatis est in senibus et iuvenibus. Nam sicut ipsi sunt nec nimis
percalidi ut iuvenes nec sunt infrigidati ut senes. Nec sunt sic animosi
et presumptuosi ut iuvenes nec sunt sic timidi et pusillanimes ut senes sed
tenentes medium inter utrosque sunt timidi ubi est timendum et audaces ubi est audendum.
Sic enim quia non omnino inexperti ut iuvenes nec sunt in tot decepti ut se-
nes nec ab omnibus credunt quod faciunt iuvenes propter inexperientiam
nec omnibus discredunt quod faciunt senes eo quod in multis sunt decepti et
huiusmodi sunt medio modo se habentes. Dicit enim philosophus 2° Rhetoricorum eos qui sunt in statu nec sunt ab omnibus
credentes nec omnibus discredentes sed iudicantes magis secundum veritatem.
Amplius quia sunt medii inter senes et iuvenes nec sunt temperati ut iu-
venes nec formidinosi et etiam illiberales ut senes. Sed ut dicitur 2° Rhetoricorum
Sunt illi cum temperantia et temperati cum liberalitate. Et ergo sicut ad unum di-
cere quicquid laudabilitatis est in senibus et in iuvenibus totum reperitur in hiis
qui sunt in statu. Et quicquid vituperabilitatis est in eis totum removetur ab illis.
Nam ut supra pluries dicebatur quia extrema sunt vituperabilia et
medium est laudabile. Si igitur in senibus vel iuvenibus est aliquid laudabile hoc
est quia non omnino recedunt a medio. Si autem est in eis aliquid vituperabile hoc
est propter excessum in extremo. Quare si quicquid medii est in senibus vel in iuvenibus
totum et amplius et perfectius reperitur in hiis qui sunt in statu. Quicquid
laudabilitatis est in eis totum reperiri dicitur in hiis qui sunt in statu. Rursus
quia quicquid est in eis extremitatis removetur ab illis qui sunt in statu.
Quicquid vituperabilitatis est in illis removeri debemus ab illis qui sunt in statu. Sic
etiam loquendo est de moribus hominum non tamen intendimus quod sit talia omnino necessitatem
habentia quod senes non possent esse liberales et magnanimi et quod iuvenes
non possent esse temperati et stabiles. Sed intendimus quod sunt quandam pronitatem
et inclinationem quia secundum complexiones naturales et secundum etatem quam videmus iuvenes et
senes et illi qui sunt in statu quandam pronitatem et ~~pronitatem~~ inclinationem
habent ad mores eis convenientes ut est per habita manifestum. Hiis visis
declarandum patet post quomodo reges et principes ad huiusmodi mores debeant
se habere. Nam mores senum deficiunt quia timidi sunt eos habere decet. Nam tum
reges et principes magis debeant vincere se ipsos quam passiones decet eos
habere concupiscentias temperatas quia ut supra dicebatur concupiscentie
vehementes si sunt ipsum pervertunt. Decet autem eos esse magnanimos non
propter defectum nec propter imbecillitatem sed propter bonum regni et ut magis ametur
ab hiis qui sunt in regno. Nam totum regnum ad dilectionem regis provocatur
si videt ipsum esse clementem et misericordem. 3° non decet reges et
principes dubia pertinaciter in alteram partem asserere ne per hoc iudicetur

Leues et indiscreti. Quarto in suis actionibus debent habere moderationem
et temperantiam. quia ut dictum est ipsi esse debent secundum impetum viuendi et regula aliorum.
Secundum etiam iuuenes aliqui mores sunt imitandi aliqui fugiendi. Sed cum reges
qui sunt in statu quodammodo omnes mores sunt imitandi. Dicimus quodammodo
quia si senes et iuuenes habeant quandam naturalem pronitatem et inclinationem
ad mores vituperabiles. possunt tamen contra illam pronitatem facere et sequi
laudabiles mores. sic et illi qui sunt in statu et fide si pronitatem
habeant ad mores laudabiles tamen propter eorum istam pronitatem fieri ut per
corruptum appetitum sequuntur vituperabiles mores. Decet ergo dignum est dominari
regibus et militibus. Decet reges et principes quam aliis dominantur sequi
mores laudabiles cum dictamen et ordinem rationis. Qui sunt mo

## res Nobilium et quomodo Reges et principes se debent habere ad illos mores

Post ad presens spectat dicere possumus ipsorum nobilium
esse quatuor mores laudabiles. Primo enim sunt magnanimi. Secundo magnifici.
Tertio dociles et industriosi. Quarto sunt politici et affabiles. Sed
nobiles magnanimi. Nam magnitudo nobilitatis ut vult philosophus primo et secundo Rhetoricorum
idem est quod vetustas generis. Ergo licet non aliqui dicantur esse nobiles quia processerunt
ex genere hominum. Genus autem honorabile dicitur ut vult philosophus secundo Rhetoricorum
si ab aliquo antiquo ex illo genere multi processerunt principes et multi
insignes. Ubi ergo genere est dicitur proprie nobilitatis esse. Nihil autem est
quam esse aliquo genere vel ex aliqua prosapia in qua et ab antiquo
fuerunt multi principantes et multi insignes. Sic ergo sententiandum
est de Nobilitate vera quia secundum communem opinionem hominum omnia mensurantur
indiuisibiliter et diuitiae videntur esse preciosa vel virtutes. Ex hoc
quod aliqui sunt diuites reputantur digni principari. et corpore credimus esse
insignes et honore digni. quia ergo sic est nobilitas secundum communem acceptionem
hominum nihil aliud est quam antiquitate diuitiae. quia ergo nobiles ex antiquo
fuerunt nobiles principes et in suo genere fuerunt multi insignes et
diuites eleuatur cor nobilium et exemplo parentum ut tendat in
magna et sunt magnanimi. Naturale enim est quod semper effectus vult assimilari
causae. cum ergo filii sunt quidam effectus parentum. naturale est filios
imitari parentes. Nobiles igitur animaduertentes quod in eorum genere
fuerunt multi insignes et tendentes in ardua ut imitentur parentes
affectant magna et contingit eos esse magnanimos. Secundo nobiles non
solum sunt magnanimi et magni cordis sed etiam si adsit facultas
sunt magnifici et facientes magna. Nam tertio paribus secundum filii
se nobiliores parentibus. Nam ut dictum est nobilitas idem est secundum
communem acceptionem quod antiquae diuitiae. quia in illis est vita et honorabilitas
generis. Decimus autem antiquae maxime reputantur honorabiles si ab antiquo
affluebat diuitiis

Cum ergo sit semper dare initium in quo genitores alicuius ditari
incipiunt quanto magis proceditur per propagationem filiorum tanto magis est
invenire genitores suos fuisse pauperes. Ideo quia antiquata nobilitas
et quasi sit antiqua divitie magis in filiis quam in parentibus. Quia ergo nobiles
semper videmus aliquos nobiliores ut faciant magis sequitur nobiles esse magna-
nimos et magis quam parentes. quia quodammodo sunt nobiliores illis. Ideo
nobiles non solum sunt magnifici sed etiam nituntur maiora facere quam parentes
Unde dicitur per iiii ethicorum Quod magnanimos et magnificos decet esse nobiles et
gloriosos. vult ergo idem quod nobiles ex sua nobilitate inclinantur ut sint
magnanimi et magnifici. Tertio nobiles sunt dociles et industres. quod
duplici via contingit. Una sumitur ex nutrimento et custodia corporis. Alia vero
ex conversatione et societate aliorum. Quia ergo nobiles cum magna diligentia nutriuntur
et cum magna cura proprii corporis custodiantur. consequens est eos habere
corpus bene dispositum et bene complexionatum. Cum ergo molles carne
aptos mente dicimus. Ut vult philosophus secundo de anima. contingit nobiles
esse mente aptos et esse dociles et industres. quia in eis viget carnis
mollities et bonitas complexionis. Rursus hoc idem contingit ex conversatione
et societate aliorum. Nobiles ergo quia multos habent respicientes ad eos
et considerantes eorum facta inclinantur ut sint viri meditativi subtiliter
investigantes que decet eos facere ne opera eorum que multi consi-
derant reprehensibilia videantur. Quare contingit eos ex diligenti consi-
deratione suorum agibilium esse dociles et industres. Ex hoc apparet per
quanto odiendi sunt adulatores omnia eorum facta commendantes. Cum
ergo nobiles non reprehenduntur sed ab adulatoribus etiam mala facta eorum com-
mendantur disponuntur ut semper ignorent et sequantur voluntatem pro-
priam. maxime ergo nobiles sunt dociles et industres si timentes re-
prehensibilia facere diligenter considerent quid agendum. Quarto nobiles
contingit esse politicos et affabiles. Nam quia ut plurimum in civitatibus no-
bilium consueverunt esse magis societates. contingit eos esse politicos et socia-
les. quia ut plurimum in societate nutriuntur. Sicut enim rustici qui quasi
solitariam vitam ducunt sunt rudes et silvestres. sic nobiles quasi in vita
sociali nutriti sunt sociales et affabiles. Hos autem mores oportet
esse bonos et laudabiles quos habere oportet Reges et principes ut habitum
sufficienter est dictum. Diximus ergo supra cum de virtutibus tractabamus quod
decet reges et principes esse magnanimos. quomodo magnificos. quomodo pru-
dentes et dociles et quomodo affabiles et sociales. Videmus qui mores
nobilium laudabiles sunt. Restat videre qui mores sunt vituperabiles
Narrat ergo philosophus secundo Rethoricorum duos mores vituperabiles quos dicit com-
petere ipsis nobilibus. Nobiles ergo sunt nimis honorum appetitivi
secundo sunt progenitorum despectores. Primum autem est ergo quilibet vult accumulare

Ad id quod bonum. Ideo qui incipiunt ditari volunt fieri ditiores
et qui sunt honorabiles volunt fieri honorabiliores. Nobiles ergo quia ex
suo genere videntur honorabiles, ideo volunt accumulare ad id quod habent
et volunt honorabiliores fieri. Ideo sunt nimis honoris appetitivi.
Secundo sunt elati et deceptores progenitorum ut plurimum. Nobiles enim
maiores se reputant quam patres suos. Quod ideo quia semper contingit quod
semper nobilitas longe facta est maior quam propinqua. Et propter hoc magis
antiqua. Sexto autem elatos et despicere progenitores suos et nimis esse
honoris cupidum videntur mali mores. Reges enim videntes appetere ipsos
honores in se quia hec faciunt elatos et superbos, sed debent appetere
opera honore digna quod faciunt virtuosos et magnanimos. Reges ergo et
principes quia non possunt naturaliter dominari nisi sint boni et virtuosi.
Decet eos sequi bonos mores nobilium ut sint magnanimi, magnifici,
prudentes et affabiles et fugere malos ut non sint elati et alios
despicientes etc.

## Qui sunt mores divitum et quomodo Reges et Principes se debent habere ad illos mores

vi Narrat autem Philosophus secundo Rethoricorum quinque malos mores propter
divitias divites. Primo sunt elati. Secundo contumeliosi. Tertio sunt
molles et impati. Quarto sunt iactatores aliorum despicientes.
Quinto reputant se dignos principatu. Sunt enim divites elati. Nam ut Philosophus
ait ibi sic disponuntur quod habendo divitias credunt se habere omnia bona.
Unde et secundo Rethoricorum dicit quod divitie sunt quam quoddam precium et quedam
dignitas aliorum. Unde videtur enim esse in quadam opinione vulgari omnia mensurari
numismate et omnia esse appretiabilia precio denariorum. Divites
ergo numismata congregantes se habere omnia bona. Eo quod reputant preciosum
esse dignitatis et optimum omnium aliorum. Quare de cordibus suis efficiuntur superbi
et elati credentes omnibus excellentiores esse. Secundo divites sunt contu-
meliosi. Nam quia sunt elati et volunt videri excellentes, ideo ex
hoc quasi excellentiam videantur sibi per aliis contumeliam inferre. Divites
ut videantur aliis preferri et ut appareat eos esse excellentiores
illis moventur ut aliis contumelias inferant. Tertio divites
sunt molles et impati. Quod eis contingit ex deliciis vivendi. Assueti
enim sunt vivere adeo delicate quod non possunt aliquas molestias suffi-
cere. Ideo statim cum passionantur vivunt et fiunt insecutores passionum
non valentes passionibus resistere. Quia assueti sunt vivere delicate
et sine molestia quare non sunt molles et impati sed magis mulie-
bres sunt molles et insecutores passionum. Quarto sunt divites
iactatores et despectores aliorum. Nam ut innuit Philosophus in Rethoricorum
maxime inattentum habent ut sint tales. Nam quia supplentes contingunt

Indigere bonis diuitia(rum) contingit ut diuites d(e) suis cordibus ele-
ve(n)tur despicientes alios et credentes se esse sup(er) eos eo q(uia) uideat eos
indige(re) bonis cor(um) Recitat n(ota) p(h)(ilosophus) 2o Reth(orice) et cum nos quidam fuisset
a m(u)l(ie)re quadam utrum esset melius fieri diuite(m) q(uam) sapiente(m) · r(espon)d(i)t · q(uia)
magis uidebat sapie(n)tes frequentare ianuas diuitu(m) q(uam) diuites ia-
nuas sapientu(m) Diuinae ergo q(uia) sunt magis sensibile bonu(m) · a vulgaribus
q(uae) no(n) cognoscit nisi bo(na) sensibilia reputa(n)tur excelle(n)s bonu(m) et maximu(m)
ita ut diuitias alijs bonis p(re)ferunt Consequ(en)ter diuites reputat se di-
gnos princ(ip)ari Nam ut p(hilosophus) ait ibide(m) · n(ota) putat illud p(ro)pter quod aliquis
esset digni(us) princ(ip)ari Credunt n(ota) q(uod) dignitas principatus sit diuinae
Videt(ur) n(ota) eis diuitias esse tale bonu(m) q(uod) quicu(m)q(ue) habet bono affluit sit
dignus principari Omnes ergo hij mali mores diuitibus co(m)petere · eo q(uod)
decipiant(ur) circa diuitias credentes eas esse maius bonu(m) q(uam) sint
Decet aute(m) Reges et principes hos malos mores fugere Nam si diuicijs
affluant no(n) decet p(ro)pter hoc extolli · nec p(ro)pter credere debent se esse dignos
principari Nam dignitas principatus princ(ip)a(liter) inniti(tur) virtutibus et prudentiae
que sunt bona interiora · no(n) aute(m) princ(ip)a(liter) inniti(tur) diuicijs q(uae) sunt bo(na)
exteriora · Diuinae ergo si ordine(n)tur ad opera virtuosa deseruiunt felicitati
nostrae et sunt organa ad ipsa(m) et faciunt ad quanda(m) eius claritate(m)
sed si ordine(n)tur ad iactantia(m) vel contumelia(m) uel ad vituperantia(m) vel ad
alia uitiosa opera · tunc magis reddunt ho(min)em infelice(m) q(uam) felicem
Reputat(ur) ergo quis dignus principari si sit bonus et prudens · non
si diuicijs affluit Tunc Reges et principes no(n) sunt digni principari
nisi fugiat malos mores ipsor(um) et nisi suas diuitias ordinent
ad bonu(m) et ad opera virtuosa Viso q(uod) sunt mali mores diuitu(m) · et
decet Reges et principes fugere tales mores diuitu(m) Videre restat
q(ui) sunt boni mores eor(um) Philosophus aute(m) 2o Reth(orice) ponit unu(m) morem
diuitibus inde(n)tur attribuere verum q(uia) bene agunt circa diuina Diuinae enim
viden(tur) esse bona fortune · no(n) uide(n)tur sufficere industria humana ex
hoc q(uia) aliquis fiat diues videmus n(ota) homines alij magis industres
minus ditari Causa ergo sit est acquisitio diuitiar(um) ut(ur) ijo Rethoric(e) ep
attribuenda est fato et ordinatio(n)i diuinae magis q(uam) sagacitati humanae
Digne ergo diuites circa diuina se habere bene debent · hoc est ergo q(uod) dicit(ur)
2o Reth(orice) Cum unus optimus mos asseri(tur) diuites · q(uod) bene se habent circa
diuina credentes aliqua(liter) p(er) fati · i(d est) per ordinatione(m) diuina(m) habere hec
bona hoc dictum philosophi diligentius est considerandu(m) Nam diuitias et
co(m)munes bo(na) homines magis debemus ascribere in ordine diuinu(m) et in diuina(m)
prouidentia(m) q(uam) in p(ro)pria(m) industria(m) Cum si ex hoc bene attendent diuites
fatio magnifica circa diuina no(n) credent se deo bo(na) largiri sed magis
cogitauerint q(uod) ei reddunt quod ab ipso acceperunt Hunc autem
bonu(m) morem verum bene se habere circa diuina tanto magis decet Reges
et principes q(uan)to summo deo maiora de pluribus debent
reddere ratione(m) &c Iesus xpus Maria

# Qui sunt mores potentum et quomodo reges et principes ad illos mores se habere debent

Nobilitas diviciae et etiam potentia inter bona exteriora computantur. non tamen dicunt unum et idem bonum. Contigit enim aliquos esse nobiles quia processerunt ex hominibus generosis qui
tamen non sunt divites. sic etiam aliquos contingit esse divites qui non sunt nobiles
quia non processerunt ex hominibus generosis sed sunt ditati nuper. Differt ergo esse nobi
lem et esse divitem ab esse potentem. Nam ex hoc aliquis dicitur esse potens
quia est in aliquo principatu et habet multos sub suo dominio. propter quod multos
nobiles videas impotentes et non posse principari non est idem esse
nobilem et esse potentem. Rursus videas aliquos abundare in argento
et in auro et in agris et in vineis qui tamen deficiunt in civili potentia
quia nulli regitur sub eius imperio. propter quod non idem est esse divitem et
esse potentem. Viso ergo qui sunt mores nobilium et quomodo divitum. Restat
videre quomodo se potentum. Sunt autem potentes ut vult Philosophus 2o Rhetoricorum quodammodo
habent meliores mores quam divites. Nam non propter tria in quibus mores po
tentum excedunt mores divitum. Primo non potentes sunt magis studiosi quam
divites. quia cum potentes coacti sunt intendere in ea que sunt circa po
tentatum. Nam quando est in aliquo potentatu vel in aliquo principatu. quia est per
sona quedam et publica ad quam multi respiciunt verecundatur decli
nare a medio omnino et non agere opera virtuosa. ipse ergo principatus quodammodo
animo inducit hominem ad bonitatem et iusticiam. Studiosiores ergo sunt
potentes quam divites quia coacti sunt intendere circa opera potentatus
que esse debent bona et studiosa. Secundo potentes magis se temperant
quam divites. Nam divites quia dant se exercicio retrahuntur ab ocio. et etiam dant
se vim operi retrahuntur ab ocio. Divites ergo si non abundant in civili
potentia et non cogantur operibus iusticie intendere vacant ocio. et delicii
inclinantur ut dent operam in ibi veneris et fiant intemperati. potentes
ergo et principantes quia oportet eos intendere exterioribus curis retrahuntur ut
non omnino possint vacare veneris. propter quod contingit potentes esse magis
temperatos quam divites. Tertio potentes sunt minus contumeliosi quam
divites. ut scribitur in Rhetoricorum. quia si potentes iniuriantur non iniuriantur
in parvis sed in magnis. potentes enim et existentes in principatu
quia sunt in loco magno honore digno non intendunt nisi in magnis
et in arduis. Ideo si contingit eos aliis iniuriari non iniuriabuntur
in parvis sed in magnis. non enim curabunt facere parvam iniuriam vel
offensam sed vel in nullo dampnificabunt alios vel inferent magnum dap
num. Divites ergo sunt contumeliosiores quam divites. quia non curant contra
contumelia inferre. sed sunt contumeliosi in magnis. Mores ergo divitum
omnino peiores sunt quam mores nobilium vel potentum. Ideo divi
tiae si eas non concomitetur potentatus et nobilitas ut plurimum
reddunt hominem infeliciorem quam felicem. qui enim sic dives est quod nec
est nobilis nec est in aliquo potentatu ut plurimum est intemperatus

Et insensatus fortunatus diues .i. si non sit nobilis et non processit
ex genere antiquo et honorabili sed sit nuper ditatus dicitur esse insensatus
felix quia nescit uti diuitiis que sunt organa ad felicitatem vel dicitur
insensatus fortunatus quia nescit fortunas ferre nec nescit se dobite habere
in diuitiis que sunt bona fortune. Ideo dicitur ijo Reth. quod nuper ditatus esse est
ineruditus diuiciarum quia nuper ditati sunt non sunt eruditi quo modo possunt
uti diuitiis. Propter quod in eodem 2o Reth. scribitur quod mores diuiciarum vt
in summa sunt dicere sunt mores insensati et infelices. Nobilitas ergo
bene associatur diuitiis quia quando est diues qui cum hoc est nobilis et ab antiquo
sui progenitores diuites extiterunt melius nouit diuicias supportare
et propter eas non tantum extollitur. Videntur enim bona sensibilia omnino esse contra sapientis
et virtuosi. Nam diuicie et sensibilia bona plus quam habeantur reputantur maiora
quam sunt. Inuita non inclestis. Sapientie non et virtutes nisi contrario se
habere uidentur. Nam postquam habeantur non reputantur tanto magis se plus quam
habita sunt. Cum enim gustare incipit de suauitate uirtutis et de
dulcedine sapientie statim percipit ea esse maiora bona quam crederet.
Bona ergo sensibilia quanto magis habentur tanto minus reputantur. Propter ergo tunc
ditati ab antiquo assueti sunt magis in diuitiis et magis assueti
sunt in eas quam nuper ditati non tantum reputant diuicias nec se ex
tollunt propter illas. Sed qui de nouo diuicias susceperunt hec est quod sunt quasi
insensati felix et nesciat ferre fortunas expedit ut diuicias
concomitetur nobilitas. Diues enim nobilis et ab antiquo sit in omnibus se
melius habere quam rusticus ex nouo ditatus. Deinde est dictum est quod ne
diues sit insensatus felix requiritur ut sit nobilis. Sed ne sit intemperatus
requiritur vt sit potens. Quia ut dicebatur potentes reges et principes
quia ut plurimum hiis tribus concomitantur bonis assimilantur videlicet diuitiis no
bilitate et potentia. Decet eos esse eruditos et temperatos. Nam propter no
bilitatem et quia ab antiquo abundarunt sunt magis fortunas ferre
et circa diuitias sunt magis se erudite habere. Rursus quia pollent
potentia et potestate et quia eos diuersi multi intendunt retrahuntur a veneris
et inducuntur ut sint temperati. Sicut ergo sententia est de moribus quia iuuenes
et senes et illi qui sunt in statu potentes nobiles et diuites
tales mores habent quales diximus non quod omnes semper tales sunt
et quod necesse sit eos tales esse sed quia ut plurimum diuitum nobilium
et aliorum sunt tales mores quales dicebamus superius. Rursus licet non
sit necesse eos tales mores habere tamen multum inclinantur et magis
aptitudinem habent vel sortiuntur mores predictos. Iuuenes non senes non
indigent si aliquos mores malos de ipsis tractaremus non narraremus
quia nullam causam propter quam mores uitiosos imponimus quamuis plus omnes
malos mores uitare et suo ordine rationis. Sed circa ne nobiles
et diuites indigentia debent si ipsorum narrauimus aliquos malos

oret quia no oz omēs esse tales s; sufficit id repiri in
plurib; · promtate . ii quidem nō nāliter p̄ t͠m᷑ mores in
cis pone intendebam narratis q̄o moib; lauda^b; et vitupabilib;
s; diu͠sas etates & 2m diu͠sos status decz omēs homines suos mores
laudabiles 2 fuge͠ vitupabiles · s; tanto magis lz decz reges et
principes · quāto in altiori ğdu existunt s͠pē . ii ut supius dice-
bam debent esse exemplar 2 for͠a viuēdi · quomō q̄o laudabilib;
2 in moib; singlorum · toto d; in ip̄s pamplius p̄fectus repiri

Expliat liber primus Egidy Incipiunt capitula
super primam partem libri Secundi etc

i Q; nāle ē homī viuē in societate in der
hoc reges 7 principes diligenter aduitere
ii Quō se habeat c͠itas dom; ad c͠itat^b alias
7 quō huig' c͠mitas sit nc͠ia in hūana vita
iii Q; c͠mitas domus et aliquid c͠mitas p̄ma
7 q' comunitas nālis et q' reges 7 principes
et vix omēs ciues hc ignorare nō debent
iiii Qualis sit c͠itas dom; 7 q' oz deinde ex
pluribus constare persoīs
v Q; oz in domo saltez duas c͠itates eē 7 q'
oz eam c͠siste saltez ex tribus genib; p̄sonaꝝ
vi Q; ī domo facta oz eē tres c͠itates in or
genā p̄sonarum et tria genera siue regi-
mina 7 q' oz huig sto; diuidē ī tres partes
vii Q; hō ē ab nā^a c͠iugale 7 q' nolentes n͠ru
bere nō viuūt ut hoīes s; ut bestie uel dy
viii Q; omēs ciues 7 maxīe reges 7 principes de
bent suis c͠iugib; indissolubiliter adherē
ix Q; omēs ciues et maxīe reges 7 principes
vna sola vxore debent esse contenti
x Q; c͠iuges omī ciuium maxīe regum et p̄nci
pum vno viro debent esse contente
xi Q; decet omēs ciues et maxime reges et
principes nō ducē consanguineitate sibi
coniunctas coniuges

xii Q[uod] reges et principes et ultra omnes cives deceat accipe-
re uxores ornatas exterioribus bonis
xiii Q[uod] decet omnes cives et maxime reges et principes
querere in suis coniugibus non solum exteriora bona sed
etiam interiora corporis et anime
xiiii Q[uod] omnes cives et maxime reges et principes
non decet suas uxores eodem regimine regere
quo regendi sunt filii
xv Q[uod] decet cives et maxime reges et principes non
decet suas eodem regimine regere quo regendi sunt servi
xvi Q[uod] detestabile est in omnibus civibus et maxime in re-
gibus et principibus in etate nimis iuvenili uti copula coniugali
xvii Q[uod] tempore frigido quo flant venti boreales ma-
gis est dandum operam procreationi quam tempore calido
quo flant venti australes vituperabilia
xviii Q[uod] in mulieribus quedam sunt laudabilia et quedam
xix Quo regimine omnes cives et maxime reges
et principes debeant suas coniuges regere
xx Qualiter omnes cives et maxime reges et principes ad
suas coniuges debite se habere debeant se habere
xxi Quomodo femine coniugate circa ornatum corporis debeant
xxii Q[uod] non decet reges et principes et ultra omnes cives
erga suas coniuges nimis esse zelotipos
xxiii Quale sit consilium mulierum et quare consilio non
est utendum simpliciter sed in casu decet
xxiiii Quomodo decet reges et principes et ultra omnes cives pro-
priis coniugibus sua aperire secreta et quomodo non

Incipit prima pars libri secundi Quod naturale est homini
vivere in societate et quod reges et principes decet hoc
diligenter advertere .I.

PRimi libri est digesta materia quod ostensum est in
quo reges et principes debeant suam felicitatem
ponere quas virtutes habere quas passiones sequi
et quos mores debeant imitari Per hec enim ostensum
sufficienter est qualiter quilibet debeat seipsum regere
et qualiter debeat in seipso esse Restat igitur dicere

De regimine familie sive de regimine domus. Non ergo sufficit quod rex
et princeps sit bonus in seipso nec sit quoad alios bonus et nisi sciat
alios gubernare. nec sufficit quod regat seipsum regat alios nisi regere sciat domum
civitatem et regnum. In hoc ergo secundo libro determinabitur de regimine domus sive de
familia. Sed quia domus est pars civitatis quidam si de domo determinare volumus
videndum est in quo se habeat homo ad esse communicativum et sociale. Ostendam
autem quod homo ultra omnia alia animalia indigere videtur ex quibus quintuplici via
venari possumus ipsum naturaliter esse communicativum et sociale. Prima via
sumitur ex victu quo homo indiget. secunda ex vestitu quo tegitur. tertia
ex remotione prohibentium per quam ab hostibus liberatur. quarta ex disciplina
et sermone per quae instruitur. Sed ut imaginari debemus quod natura nichil
frustra facit. ergo quod naturaliter sit naturalia sunt ea sine quibus
non posset bene conservari in esse. frustra enim natura ageret si res natura-
les illos conservarent in esse et statim postquam essent facte destruerentur
esse. querit tamen vivere sit homini naturale omnia illa quae sunt ad bene vivere
et sine quibus non potest sibi in vita sufficere sunt homini naturalia. inter
autem alia quae faciunt ad sufficientiam vitae humanae est societas naturalis
ergo homo est ad sociale quia autem societas facit satis ad sufficientiam vitae
humanae. patere potest ex his quattuor supra enumeratis. quibus homo naturaliter
quasi cetera alia indigere videtur. Prima ergo via sumitur ex ipso victu quo
indiget. Nam homo inter cetera alia habet meliorem tactum. et meliorem
complexionem. ideo inter omnia alia indiget cibo diligentiori et artificialiter praeparato.
Natura enim aliis animalibus quasi sufficienter ministravit cibum. ut aliis non viven-
tibus ex rapina. cum sit ovibus bovibus et ceteris talibus ministravit her-
bas et fructus quibus absque aliena praeparatione sufficiunt ad nutrimentum.
Aliis non viventibus ex rapina ut lupis leonibus et ceteris talibus
administratur nutrimentum ex carnibus aliis quae naturaliter producuntur quod
ergo aliis omnibus animalibus natura sufficienter praeparat nutrimentum. Nam quia non habent
complexionem ita puram et ita reductam ad medium ut homo non indiget ita cibo
depurato ut ipse sed ministrat carnes aliorum animalium sufficiunt eis ad vitam ut
sicut praeparata a natura absque alia artificiali decoctione vel praeparatione.
Homo vero quia habet magis complexionem puram et reductam ad medium indi-
get nutrimento praeparato et depurato. frumentum ergo quod a natura producitur
et si esset sufficiens cibus aliis animalibus homini autem non esset sufficiens
nisi depuretur et praeparetur. commolitur et depuratur sit inde panis et
coquitur ut sit homini congruus et quia ad hec omnia una sola persona
non bene sufficit ideo ut homo communi victus sufficiat sibi in vita
indiget societate ut unusquisque suppleat alterius defectum et quod
dictum est de frumento intelligendum est de aliis cibariis. Nunquam enim
homo ex se solus sufficit sibi ad huiusmodi coquinam quae requiritur
ad vitam. bene ergo dictum est quod ex parte victus quo indigemus
homo naturaliter est sociale animal. Secunda via ad investigandum hoc idem
sumitur ex parte indumentorum quibus tegimur. Nam sic natura sufficienter
aliis animalibus providet indumentum in victu sic indumentum quod eis sufficit

Provideat in vestitu bestie. Nam et aves quas naturale indumentum habere videntur lanas vel pennas, homini autem sufficienter providit in vestitu. Alio vero homo sit nobilioris complexionis quam aliquod aliud animal, a frigiditate et ab aere et tempore magis habet offendi. Quare illa cum homo non habeat victum et vestitum congruum ad vitam humanam non sibi sine societate sufficiat alterius, sequitur quod homo naturaliter in precio habeat ut sit animal sociale. Nam ergo sunt communitas domus et communitates de ... sed communitas vici, civitatis et regni ad hoc quod homines sibi perfecte in vita sufficiant. Sed si hec sint necessaria ad conservandum hominis naturalem vitam vivere in communitate et in societate est homini quodammodo naturale. Tertia via sumitur ad investigandum hoc idem ex remotione prohibentium, prout ab inimicis et hostibus defendimur. Natura enim quibusdam aliis ad sui tuitionem dedit cornua, ut bubalis et bobus; quibusdam vero dedit dentes, ut lupis et canibus; quibusdam vero dedit ungues, ut ursis et leonibus; quibusdam vero dedit corporis agilitatem, ut leporibus et capreis. Sicut enim capre et lepores qui per aliam viam non possunt evadere mortis periculum nisi per corporis agilitatem et fugam, ideo statim cum audiunt strepitum fugam arripiunt. Homini enim homo tanquam excellentiori aliud non dedit ad sui tuitionem cornua vel ungues, sed dedit ei manum, que sicut patet 3o de anima est organum organorum. Nam per manum omnia organa et quecunque ad defensionem fabricare valemus. Quare si naturale est homini desiderare conservationem vite, cum homo solitarius non sufficiat sibi ad habendum congruum victum et vestitum et ad fabricandum sibi arma et organa per que a contrariis defendatur, naturale ei est ut desideret vivere in civitate ut sit animal sociale. Quarta via sumitur ex parte sermonis et discipline per quam instruimur. Nam cetera animalia sufficienter inclinantur ad opera sibi debita ab instinctu nature absque instructione alicuius precedente, ut aranea ex instinctu nature debite telam facit, si nunquam vidisset araneas texuisse. Sic etiam et hirundines debite faciunt nidos, si nunquam vidissent aliquas nidificasse. Et canis ex instinctu nature instruitur qualiter se habere debeat in partu, si nunquam vidisset canes alias peperisse. Aliud autem est de parturiente muliere, qualiter se habere debeat in partu nisi per obstetrices sufficienter sit edocta. Quia ergo non sufficienter ex instinctu nature inclinatur ad opera sibi debita, natura dedit ei loquelam sive sermonem, ut per sermonem homines se invicem doceant et unus ab alio suscipiat disciplinam. Et quia hoc fieri non potest nisi sermo communicetur aliis, quomodo naturale est homini communicare aliis et esse animal sociale. Unde et Philosophus primo Politicorum innuit a(li)as rationes quas tangit probantes hominem esse natura animal potissime sociale inquiunt sunt rationes verba. Cum quia sermo est ad alterum ut ad socios ex quo natura dedit homini sermonem, quod non dedit aliis animalibus, sequitur hominem magis esse animal sociale quam aliud animal. Cetera sic naturale est homini esse animal sociale, vituperantes potentes et volentes solitarie vivere, ut supra in prologo huius tetigimus et ut infra tangetur, qui non vivunt ut homines. Vel ergo hoc contingit eis quia destituunt

a modo humano. et tunc est quasi bestie vel quia modo humanum excedit tunc est vir contemplativus et tunc est quasi divinus. Ideo dicit Philosophus politicorum quod qui eligit solitariam vitam non est pars civitatis. sed aut est bestia aut deus. Ad litteram enim eligentes non communicare aliis vel hoc est quia nimis scelerati sunt et non possunt societatem aliorum supportare et tunc quasi bestie vel quia sunt nimis boni et volunt vacare contemplationi et orationi et tunc sunt quasi divini. Decet ergo omnes homines et maxime reges et principes diligenter advertere quantum destinatur societas humane vite ut ad bonum commune sciant se et alios ordinare.

## Quomodo se habet communitas domus ad communitatem civitatis et quomodo huiusmodi sit necessaria in humana vita

n

DUBITARET forte aliquis dicens nos scire limites ignorare. Quia societas sive communitas prima per quam sufficiat nobis in victu et vestitu et in aliis necessariis ad vitam non videtur esse communitas domestica sed civilis. Quia secundum Philosophum primo politicorum communitas domus non est sufficiens in vita tota. Ideo enim inventa fuit civitas ut expedientia ad vitam que in una domo vel in uno vico reperiri non possunt reperiantur vel in toto vel in aliqua parte civitatis. Civitas ergo si sit recte ordinata continet omnia expedientia in tota vita ut in tertio libro plenius expedietur. Cum ergo determinare de communitate civili non spectat ad hunc librum ubi agitur de regimine domus. sed ad tertium ubi agitur de regimine civitatis videmur transgressi fuisse limites huius artis determinando in presenti ea que pertinent ad communitatem civilem. Sed si diligenter aspiciatur quomodo communitas domestica se habet ad communitates alias. Etenim quelibet communitas includit communitatem domesticam. Nec posset esse civitas nec vicus nisi habeat esse domus. Si communitas aliqua est necessaria in humana vita oportet communitatem domus ad huiusmodi vitam esse necessariam. In presenti ergo ea determinavimus de societate humana ostendentes eam esse necessariam ad vitam nostram. quia per hoc magis ostenditur necessariam esse communitatem domesticam. Cum omnis alia communitas communitatem illam presupponat. Advertendum ergo quod si dicta politica diligenter consideremus apparebit convenientem esse communitatem vici mediam domus civitatis et regni. Ita sicut ex pluribus personis fit domus. sic ex multis domibus fit vicus. ex multis vicis fit civitas. ex multis civitatibus regnum. Que sicut singulares persone sunt domus. sic domus sunt partes vici et regni et civitatis. non tamen eodem modo. sed vici sunt partes immediate. quia immediate ex domibus constituitur vicus. Civitatis non nisi regni domus partes esse dicuntur. quia constituendo vicum ex consequenti possunt constituere civitatem vel regnum. Sic ergo non communitas domus se habet ad communitates alias. quia omnes alias ipsam presupponunt. et ipsa est quodammodo pars omnium aliarum.

Origo civitatis

Naturalis ergo origo civitatis vel regni secundum Philosophum primo politicorum hinc manifestatur quia prima facta fuit una aliqua domus. sed crescentibus filiis et filiabus et non valentibus habitare propter multitudinem in domo prima. construxerunt sibi domos annexas. et sic ex multis domibus factus fuit vicus. Unde et Philosophus politicorum dicit quod vicus est vicinia domorum quos vocant quidam collactaneos pueros.

Origo vici

Naturalis ergo origo vici est ex coniunctione do-

Nobis constituit multitudo collactaneorum et filiorum sive procreatorum. Nam ut tangebatur, existentibus collactaneis, id est nepotibus et filiis et filiorum filiis, et non valentibus habitare in una domo, oportuit sic facere plures domos et constituere vicum. Sic procedente generatione ipsorum et ultimo augmentata multitudine facta est pluralitas vicorum, et postremo est factum castrum vel civitas. Ultimo vero multiplicatis castris vel civitatibus factum est provincia vel regnum. Patet autem quomodo sit possibilis generatio vici vel civitatis vel regni quia ex existentia collactaneorum vel filiorum iuxta Philosophum plenius ostenditur. Ad praesens non intendimus declarare nisi quod huiusmodi generatio est magis naturalis quia procedit ex generatione quae est opus naturae. Constitutum ergo sit hoc quod qualitercumque constituatur vicus, civitas sive regnum, ipsa domus sic se habet ad communitates alias quia est pars omnium aliarum et aliquo modo omnes eas oportet praesupponere. Viso quomodo communitas domus se habet ad communitates alias, declarare restat quod huiusmodi communitas sit naturalis in humana vita. Nam si omnes communitates oportet domum praesupponere, cum aliqua communitas est naturalis ad sufficientiam vitae, oportet communitatem domus naturalem esse. Reges ergo et principes quorum officium est dirigere alios ad bene vivere ignorare non debent quomodo domus et civitas deserviunt ad sufficientiam humanae vitae.

**Quod communitas domus est aliquo modo communitas prima. Et quod communitas domus naturalis est. Et quod reges et principes et ministri omnes cives hoc ignorare non debent.** M

Nec laboraremus de communione tamen de domo loquimur. Sciendum quod domus nominari potest edificium constructum ex pariete et fundamento, vel potest nominari familia quae in ea continetur. Sicut et civitas aliquando nominat muros et edificia, aliquando continentes habitantes in ipsa. Dicitur enim civitatem aliquando hic fecisse non quia muros vel edificia hic egerunt, sed quia in ea civitatem fecerunt, id est sic aliquando dicitur construxerunt domos suas hic separatas esse, non quia lapides egerunt, sed quia sibi progenitores fecerunt illud. Quare sicut communitas civium civitas nominatur, sic societas et communitas personarum habitantium in una domo domus nominari potest. Domus ergo de qua principaliter intendimus in morali negotio non est ipsum edificium, sed est communitas domestica domesticarum personarum. Spectat enim ad philosophum moralem ut ad yconomicum determinare de edificiis domorum, quia spectat ad ipsum verbo et tempore ostendere quod decet homines habere habitationes decentes secundum suam propriam facultatem. Non tamen spectat ad ipsum determinare principaliter de domo ut edificium nominat constructum, sed determinare debet de domo quae est edificium prout habet ordinem ad domum quae est communitas personarum. Sic spectat ad politicum determinare de ordine domorum et de constructione vici et de fabrica civitatis ut ordinatur ad communitatem et ad politiam civium. Intendimus ergo ostendere de domo quae est communitas personarum domesticarum quod sit communitas prima. Notandum ergo quod primum multipliciter distinguitur, potest enim aliquid esse primum in opere et primum in intentione. Quod est primum in via generationis et operis, et primum in via perfectionis et completionis. Videmus enim quod ea quae sunt ad finem praecedunt finem in opere et executione, sed finis praecedit ea in intentione. Agens enim per se primo intendit finem, unde quia non potest habere finem nisi per ea quae sunt ad finem, in opere executionis et operis est ultimus in intentione et voluntate. Nam

intendim9 et volum9 ea que sūt intendenda et volenda fine · ita qd̄ finis
ē p͛o volit9 et intent9 · sȝ ī opando et exequēdo ē eo͛ ·Nam p͛ op9 totū
q͛m̄ fiē opando ea q̄ sūt ad finē lȝ sint p͛ora ī volūte et ī intencō͞e
· sūt tn̄ p͛ora ī execucōe ʒ ope ·Vnde sī fi͛s ēēt quid p͛o opatū ad adeptō
fis totū opat9 intent9 opacōis ea q̄ sūt ad finē ·Vnus ḡo mod9 distinguēdi
p͛oritatē est · qr aliquid ē p͛us in volūte ʒ ī intencōe · aliquid uō in execu
cōe ʒ ope ·Alius uō mod9 distinguendi p͛oritatē ēē pt · qr aliqua p͛oritas est
ī via gn̄acōis ʒ complecōis · ut puer ē p͛or uiro gn̄acōe et t͛e · qr p͛us
tp͛e aliquis gn̄at͛ ʒ efficit͛ puer qȝ vir efficiat͛ ·Vir tn̄ vir ē p͛us puero
pfc͛oe ʒ cōplecōe · qr uir̄ totum aliq͛ qȝ q̄ ṗgrm͛ ad pfc͛oēz t̄n̄ aliquā p͛
ampli9 ʒ pfc͛ius inuenit͛ in uiro qȝ in pueō ·Sic ḡo distinctis p͛oritatibȝ
declarari pt quō cōitas dom9 se hȝ ad cōitatē ciuitatis ʒ ad cōitates alias
nā qr ī execucōe ʒ ope dom9 p͛cedit vicū ciuitatē ʒ regnū · sȝ ī volūte
ʒ ī intencōe cōitates alie p͛cedūt cōitatē domesticā ·Rursus in via gn̄acōis
ʒ tpis cōitas domestica p͛cedit cōitates alias · sȝ ī via pfc͛ois et cō
plementi cōitates alie p͛cedūt ipaȝ ·Videt͛ n̄ cōitas dom9 ad cōitates alias
dn͛r se h͛re · p͛o qr cōitas quedā r͛c aliaȝ ē imp͛fca ōnis uō alie sunt
pfc͛iores ipa ·Nā n̄ ōnis alia cōitas includat cōitatē dom9 et addat
aliquid sup͛ ipaȝ ōnis alie cōitates sūt pfc͛iores ea · hȝ ḡo se cōitas dom9
ad cōitates alias sic̄ impfc͛ū ad pfc͛um ʒ sic̄ p͛s ad totū ·Rursus h͛c cōitas
se hȝ ad alias · sic̄ qd̄ ē ad finē se hȝ ad ipm̄ finē ·Nā dom9 tanquā
ad finē ordinat͛ ad vicū · vic9 ad ciuitatē · ciuitas ad regnū ·Est eni
dom9 p͛p͛ vicū · vic9 p͛p͛ ciuitatē · ciuitas p͛p͛ regnū · cōitas uō ē finis
dom9 · cōitas ciuitatis ē finis cōitati vici · sȝ cōitas regni ē fis ōnis p͛dictarū
Cū v͛e tū impfc͛m in via gn̄acōis et tpis p͛cedat pfc͛um · pfc͛um uō p͛cedat
ip͛m ī via pfc͛ionis et cōplecōis hīc dictū ē cōitatē dom9 ēē p͛orē
aliis rōe cui gn̄acōis ·Esse p͛ore illo pfc͛ōe ʒ cōplecōe ·Vn̄ pt͛ p͛o p͛oh͛ꝫ
cōpans ciuitatē ad uiciū et domū ait cū p͛a cōitas ē cōitas ciuit͛
· quod uō est intelligēdū de p͛oritate gn̄acōis ʒ tpis cū ipsemet dicat ciuitatē
p͛cedere ex multitudine domoꝝ hīc / i͛ intelligēdū ē de p͛oritate pfc͛ionis et cō
plementi ·Amplius cū cōitas ad cōitates alias uō se h͛eat sic̄ pfc͛um
ad impfc͛m · sȝ eciā qd̄ ē ad finē ad ip͛m finē ·Domus r͛o aliaꝝ cōitatū
nō solū ē p͛or tp͛e ʒ p͛ior pfc͛ōe sicut impfc͛m se hȝ ad pfc͛um · sȝ
eciā p͛or in ope ʒ p͛or in intencōe · qr quod est ad finē hīc uō se hȝ
ad ip͛m finē ·Sp͛ectat n̄ nō solū ad ip͛m p͛ncipē siue ad legisla
torē · sȝ eciā ad quēlȝ ciue p͛us intēdere bonū ciuit͛ et regni qȝ eciā bonū
p͛p͛e dom9 ut in 3o h9 plenius ostendet͛ ·Corp9 quod cōitas dom9
aliquo ē p͛or qȝ cōitates alie declarari uidet͛ p͛ quō sit regim͛ cōitas
natal' · sȝ cū nā nō p͛supponat artē · sȝ ars nāȝ · quicqd a re naturali
p͛supponit͛ uō p͛p͛e quod artificiale erit · sȝ oīs id vīm q͛ rh͛ē nāle ēē
Cū v͛e sī hō est aīal ciuile et sociale eū ōnis cōitas p͛supponat cōitatē
dom9 ex cōitatē domesticā siue domū quid nāle ēē Reges ḡo
ʒ p͛ncipes decz scire gubnāre domestica ʒ regere familiā siue domū
nō p͛m͛ incōgruū ēē decet eos socialē ʒ politicū · qr scit scire guber
nacōē dom9 p͛tī ad ōnis ciues · sȝ spectat p͛n͛r ad reges ʒ p͛ncipes
· qr sic̄ regnū ʒ ciuitas p͛supponūt ēē domū · sic rex regni ʒ ciuit͛
p͛supponit regimē uō ad dom9 ʒ p͛p͛e p͛p͛e ·Nunqȝ n̄ quis debitus
rector ul' regni uel ciuit͛ efficit͛ nisi se ʒ suā familiā sciat debite
gubnāre · qre sī scia͛r spectat ad reges ʒ p͛ncipes regere regnū et ciuit͛

specialiter spectat ad eos ut sciant domum propriam gubernare et tunc consideravit quod et qualis est communitas domus. quia communitas domus est quodammodo naturalis. et quomodo huiusmodi communitas se habet ad regnum et civitatem, ut est in precedentibus capitulis declaratum est. Non per hec magnam viam habebunt ad investigandum regimen civitatis et regni. Est tamen diligenter notandum quod licet quodammodo speciali et excellenti modo ad reges et principes spectet intendere ad bonum regni et principatus, actus tamen huiusmodi bonum intendere spectat ad unumquemque civem vel ad quemlibet incolam civitatis. quia bonum regni est bonum omnium civium et omnium existentium in regno. tamen quia quilibet studere debet ut sit dignus et politicus. Tunc etiam quia spectat ad omnes cives intendere bonum regni spectat ad unumquemque civem scire regere domum suam. Non plus insistendum huiusmodi rei est bonum propositum. sed etiam potest hec res ordinari ad bonum commune regni vel civitatis etc.

## Qualis sit communitas domus et quod oportet deinde ex pluribus constare personis III

Sit autem ex precedentibus capitulis aliqualiter declaratum qualis sit communitas domus cum ostensum sit eam hominem esse ad domesticam naturaliter. et quod communitas domus est quodammodo naturalis. attamen non propter hoc sufficienter habetur qualis sit huiusmodi communitas. Ideo intendimus aliqua dicere de communitate domestica. Secundum ergo quod philosophus primo politicorum videtur describere communitatem domus vel quod domus est communitas secundum naturam constituta quantum ad omnem diem. Hanc autem descriptionem aliquo modo declaratum est per precedentes tamen et aliquo modo restat ulterius declarandum. Nam quod domus sit communitas secundum naturam superius grosse et figuraliter probatur quia quelibet talis pars est aliquo modo naturalis. Restat ergo declarare in descriptione posita quod domus sit communitas constituta ad omnem diem. ad cuius evidentiam advertendum quod humanorum operum et eorum que requiruntur ad sufficientiam vite ad quam ordinatur humana communitas. Ut videtur distinguere philosophus primo politicorum quedam sunt diurnalia ut ea quibus indigemus omni die cuiusmodi est edere et bibere. Et cuiusmodi sunt sustentamenta et servitia corporalia ut emptio et venditio. Nam si aliqui existentes in aliqua domo ad sustentationem vite cotidie indigent venditione et emptione videtur hoc esse ex defectu et corruptione domus illius. non videtur sic habere ut incole nec ut cives. sed magis ut peregrini et ut viatores. si ad sustentationem vite emptione vel venditione continue agerent. Communitas ergo domus facta fuit propter ea quibus cotidie indigemus. Verum quia in una domo non reperiuntur omnia necessaria ad vitam non sufficiebat communitas domestica. sed oportuit dare communitatem vici ita quod cum vicus constet ex pluribus domibus. quod non reperitur in una domo reperiatur in alia. propter quod vult philosophus primo politicorum quod sicut communitas domus constituta est in omnem diem id est in opera diurna sic in opera non diurna constituta est communitas vici. Verum quia etiam in uno vico non reperiuntur omnia necessaria ad vitam propter quod oportuit dare communitatem civitatis. Communitas ergo civitatis esse videtur ad supplendam indigentiam in tota vita. Illa ergo videtur esse perfecta civitas ut superius tangebatur in qua reperiri possunt que sunt necessaria vel ad totam vitam. Rursus quia autem quod contingit unam civitatem guerram habere. utile est uni civitati ad expugnandum civitatem aliam confederare se alteri civitati. quare tunc confederatio civitatum utilis est ad bellandum hostes et removendum prohibentia corruptiva. propter communitatem domus vici et civitatis inventa fuit communitas regni et principatus que consurgit ex confederatione plurium castrorum et civitatum existentium sub uno principe. Aut

Sit igitur ordo cum domus est communitas secundum naturam constituta in omnem diem. Vicus vero est communitas constituta in opera non diuturnalia. Civitas autem est communitas constituta ad sufficientiam in vita tota. Sed regnum est civitas constituta non solum ad indigentiam vite sed etiam ad removendum prohibentia corruptiva. ad que removenda una civitas non potest plene sufficere nisi ei sint adiuncte alie plurime civitates et castra. Patet ergo qualis sit communitas domus quia est communitas naturaliter constituta propter opera diurnalia et quottidiana. Cum autem domum ex pluribus personis constare videre non est difficile. Nam cum domus ut patet ex habitis sit communitas quedam et societas personarum. cum nec sit proprie communitas nec ad seipsum societas. sed in domo communitatem salvare volumus oportet eam ex pluribus constare personis. Immo ut infra patebit et ut vult Philosophus primo politicorum. Non solum domus est communitas quedam. sed in domo oportet dare plures communitates quod sine pluralitate personarum esse non potest. Patet ergo quod domus ex pluribus constat personis. patet etiam qualis sit et quomodo sit necessaria. Nam ut est ex habitis manifestatum in vita humana non plus est expediens communitas civitatis sed etiam vici civitatis et regni. Utrum autem propter aliquas causas quam prius iam dictas sit expediens communitas civitatis et regni in 3o libro plenius ostendetur. Ad prius autem sufficiat cursim tangere de regno et civitate inquantum eorum notitia aliquo modo deserviunt ad cognoscendam domum et ad sciendum qualiter sit regenda. Nam ut superius tangebatur in hoc secundo principaliter intenditur regimen domus non autem regimen civitatis.

His itaque pertractatis cum communitas domus causa sit necessaria in vita civili. Spectat ad quemlibet civem scire debite regere domum suam. tanto tamen magis hoc spectat ad Reges et principes. quanto ex incuria proprie domus magis potest insurgere preiudicium tocius civitati et regno quam etiam ex incuria aliorum. Capitulum

## Quod oportet saltem duas communitates esse in domo. et quod oportet eam consistere saltem ex tribus generibus personarum

Philosophus primo politicorum vult quod ex
duabus communitatibus vel ex communitate viri et uxoris
domini et servi constat domus. Prima dicit autem
primam domum ex hiis duabus communitatibus constare
quod saltem ad constitutionem domus hee due communitates requiruntur.
Secundo illis non dicitur domus constare sine quibus congrue esse
non potest; quod vero sine viro uxore domino et servo domus
de qua loquimur congrue non potest consistere sic potest ostendi.
Nam domus ut superius dicebatur et ut in prosequendo
plenius declarabitur est quid naturale. Maxime autem
quid naturale esse videtur rerum generatio et earum conservatio.
Unde in generatione ut dicitur ij physicorum sit via in naturam et ad res
naturales per generationem perveniam naturam accipiant. Bene dictum
est quod Damascenus ait generationem esse quid naturale et
esse operis. Rursus rerum conservatio quid naturale est. Nam
frustra esset aliquid generari in natura si non possit in esse
conservari. Hec ergo duo nature opera vel rerum generatio
et earum conservatio non debent ab invicem separari. Nam
non est separanda generatio a conservatione quia conservatio
presupponit generationem. Nam cum genita non possunt conservari
in esse nisi prius per generationem acceperint esse, conservatio rerum generatarum
esse non potest nisi ipsam earum generatio antecedat. Sic igitur
generatio a conservatione separari non debet quia ut dicebatur frustra
esset aliquid genitum si nullo modo posset in esse conservari. Hoc
igitur modo hee due communitates faciunt domum esse quid naturale
quia communitas viri et uxoris ordinatur ad generationem, communitas vero
domini et servi ad conservationem. Quare si generatio et conservatio
est quid naturale oportet domum quid naturale esse. Amplius quia generatio
et conservatio ab invicem separari non debent, hee due communitates
videntur constituere domum perfectam quia sine eis domus congrue
esse non videtur. Quod autem communitas viri et uxoris sit propter generationem
videtur non esse dubium. Nam propter bonum prolis principaliter instituta
est societas maris et femine. Sed quod communitas domini et servi sit propter
salutem et propter conservationem non videtur esse adeo manifestum.
Dicendum igitur quod si aliqui debite dominantur et aliqui debite
serviunt dominus salvatur propter servum et servus propter dominum. Ita quod idem
expedit domino et servo. Expedit enim servo ut serviat domino
et expedit domino ut ei serviatur a servo. Nam ille est per se dominus
naturaliter; ille vero per se servus ut patet primo politicorum
qui deficiens intellectu pollet fortitudine corporali. Servus
ergo qui nescit seipsum dirigere expedit enim ut obediat et serviat

Ete

Ei igitur qui indiget prudentia et intellectu ut consequatur salutem per ipsum, et ut dirigatur per eum. Secunda defectus intellectus est quia caecus et nescit qualiter sit eundum. Qui ergo est huiusmodi, quanto magis pollet viribus corporalibus, tanto propter salutem propriam indiget dirigente. Sicut si caecus corporaliter multum potest, nisi dirigatur ab aliquo de levi obviat alicui offensivo, et quanto fortius pergit, tanto magis indiget tali dirigente, quia magis offendi potest. Sic quia naturaliter servus pollet viribus et deficit scientia et cognitione, si salvari debet, expedit ei ut obtemperet et serviat indigenti prudentia et intellectu. Expedit ergo servo ut serviat domino, sic expedit domino ut ei serviatur a servo. Secunda via: naturaliter domini vigent prudentia et intellectu. Cum ergo vigentes intellectu et existentes bene apti mente ut plurimum habeant molles carnes et deficiant corporalibus viribus, unde in secundo de anima molles carne aptos mente dicimus, expedit omnibus sic dispositis ut eis serviatur ab aliis, quia propter defectum fortitudinis corporalis in exequendo multa ad vitam sibi necessaria non possent sufficere. Quare si dominus salvatur per servum et servus per dominum, bene dictum est quod superius dicebatur, quod sicut ad constitutionem domus requiritur communitas viri et uxoris propter generationem, sic requiritur communitas domini et servi propter salutem et propter conservationem. Hae ergo duae communitates, quia una deservit generationi et alia conservationi, dicuntur facere domum primam, quia sine eis domus congrue non potest existere. Videtur autem communitas domini et servi aliter instituta esse in salutem et in conservationem, quam ex eo quod dominus salvatur per servum et servus per dominum iustitia clarius ostenditur.

Ostenso quod saltem hae duae communitates requiruntur ad domum, quia sine his non constare potest domus prima, de levi videri potest quid ad constitutionem huiusmodi domus saltem requiruntur illa tria genera personarum. Videtur enim forte alicui quod cum domus prima constat ex duabus communitatibus, et quaelibet communitas requirit duas personas vel duo genera personarum, quod domus prima ratione duarum communitatum requirat quatuor genera personarum, ita quod prima persona erit vir, secunda uxor, tertia dominus, quarta servus. Sed vir et dominus non clamant et aliam dicunt personam. Ille enim idem qui est vir uxoris est dominus servi vel servorum, si in domo una plures existant servi. Tria ergo genera personarum vel quinque locorum constituunt domum primam. Dicimus autem aliquo loco, quia non semper servus concurrit ad constitutionem domus, sed propter quod contingit ibi aliquo loco servi, ut vult philosophus primo Politicorum. Nam ut aut

Pauperes homines qui non possunt habere seruum et ministrum vtuntur
habent boues tanquam aliud pro seruo et ministro vtuntur
Immo aliqui sunt ita pauperes quod non solum non possunt habere
ministrum volentem. sed etiam non possunt habere ministrum animatum. sed
loco eius habent aliquod inanimatum. ut qui sunt adeo pau-
peres qui neque boues neque oues neque equos habere possunt
tanquam ministros arantes et scindentes terram. loco bouis
uel equi habent ligonem uel aliquod aliud instrumentum. ita quod
minime pauperibus ad scindendum terram pro ministro uel ministro
habent ligonem. quod alijs non sic pauperibus ad huiusmodi officium
faciendum obsequatur bos uel equus. Domus ergo prima dicitur
constare ex tribus scilicet ex viro uxore et seruo uel aliquo loco serui
Unde et philosophus politicorum commendat Hesiodum dicentem
domum constare ex tribus scilicet ex viro et muliere et boue uel
aratore. Posuit enim in boue loco serui. quia pauperes homines
ut idem philosophus innuit loco serui habent bouem. uel habent aliquod
aliud loco bouis. Decet autem omnes ciues cognoscere partes
de quibus componitur domus. quia eis ignoratis ignorabitur regimen
ipsius domus. Multomagis tamen hoc reges et princi-
pes decet. quia cognito quomodo constituitur domus et scito quot genera
personarum et quot communitates requiruntur ad domum. secundum philosophum
in politicorum non solum descitur regimen domesticum sed etiam
regimen regni et ciuitatis. quia partes domus sunt partes
ciuitatis et regni etc. Capitulum. in domo perfecta oportet esse tres
communitates quatuor genera personarum et talia genera sine regimine VI
et quod oportet hunc secundum diuidere in tres partes

DICEBATUR enim in precedenti capitulo duas communitates
scilicet viri et uxoris domini et serui facere domum
primam. sed tamen si domus debet esse perfecta oportet ibi
dare communitatem tertiam scilicet patris et filij. Videmus enim quod in naturalibus
rebus quod statim cum res generate sunt natura est sollicita de
earum salute. ita quod generatio et saluatio sunt prima opera nature.
Multo ergo communitas viri et uxoris que est propter generationem
et domini et serui que est propter saluationem faciunt domum primam.
Sed ergo saluatio comparatur ad rem generatam. quia statim
cum res est generata sollicitatur natura circa salutem eius. pro-
ducere tamen sibi simile non quod comparatur ad res naturales
quia non statim cum res est naturalis potest sibi simile producere
sed oportet prius ipsam esse perfectam. statim enim cum nata est homo
sollicitatur natura circa conseruationem ipsius. non tamen statim potest generare

Nec statim potest sibi simile producere, sed oportet prius ipsum esse perfectum.
Producere ergo sibi simile non est de ratione rei naturalis quomodocumque sumpte,
sed est de ratione eius ut habet esse perfectum. Sic ergo domus est quid naturale,
et ea que videmus in domo reducere volumus in naturales res. Dicemus
communitates duas, scilicet viri et uxoris, domini et servi, esse de ratione
domus perfecte, quia sine eis domus aliqua esse non potest. Sed tertiam commu-
nitatem que est patris et filii non dicemus esse de ratione domus quo-
modocumque sumpte, sed erit de ratione eius ut habet esse perfectum. Sicut
enim videmus in una persona singulari, sic et in tota domo debemus
advertere. Nam semper multitudo ab unitate procedit. Propter quod
ordine naturali quem videmus in multitudine domestica quodammodo
in una persona singulari considerare. Sicut enim videmus in unoquoque
singulo homine quod generari et salvari sunt de ratione hominis
primi, sed producere sibi simile est de ratione hominis iam perfecti.
Tamen enim homo primo est quam sit genitus et natus statim est,
sollicitata de salute eius, non tamen potest sibi simile producere
nisi ut sit iam perfectus. Cum ergo tertia communitas patris ad
filium sumat originem ex eo quod parentes sibi simile produ-
xerunt, huiusmodi communitas non dicitur esse de ratione domus simpliciter,
sed de ratione domus iam perfecte. Unde et primo Politicorum Philoso-
phum postquam dixisset communitatem viri et uxoris, domini et servi,
fecit communitatem primam, et postea in precedenti eiusdem
libri ait: Cum ad domum perfectam requiritur communitas, scilicet
patris et filii. Cum autem ad perfectam domum requiratur hec
tertia communitas, triplici via venari possumus. Videmus
enim quod potentia fructificativa et agentia sunt perfectiora non poten-
tibus. Rursus perpetua sunt perfectiora non perpetuis. Sic
enim felicitata sunt perfectiora non felicitatis. Ergo quod ad perfectam
domum requiratur tertia communitas que est patris et filii, pro-
bare possumus triplici ex parte generationis et fructificationis naturalis; secundo
ex parte perpetuitatis; tertio ex ipsa felicitate. Prima
via quomodo patet sic patet. Tunc unumquodque perfectum est, tunc potest
sibi simile producere. Ad hoc enim quod aliquid sit perfectum, non oportet quod sibi
simile producat, sed quod possit sibi simile producere. Perfectio
enim considerandum est ex natura et ex forma rei per quam aliquid
est in actu et potest agere. Quare si est impotens ad
agendum, sequitur quod ei deficiat aliqua forma et aliqua perfectio
que sit principium actionis. Impotens autem ad agendum
dicitur aliquid. Cum potentie passive non producunt sibi
simile, quia cum principium activum generationis sit masculus
et principium susceptivum sit femina, sed videmus est aliqua communitas

Maris et femine · et cum non est ibi procreatio prolis · vel
masculus est imperfectus actiue · vel femina imperfecta suscep
tiue · consilitas pro filiorum in vita politica · vel est ex
imperfectione maris et femine vel utriusque · si enim mas et femina
vir et uxor sit prima pars domus et prima communitas que reperi
tur in vita domestica · ex eo imperfectio earum proprie et maxime
principaliter consultat imperfectio totius · tota ergo domus dicitur esse
imperfecta cum non est pullulatio filiorum. Secunda via ad hoc in
vestigandum hoc idem sumitur ex parte naturalis perpetuitatis. Nam cum
homines per seipsos non possint perpetuari in vita per suc
cessionem filiorum quodammodo perpetuentur ubi domus est · ubi est
carentia prolis cito efficitur deserta secundum ordinem naturalem. Tota
enim habitatio domus unius est naturalis · ut si per procreationem filiorum
domus illa continue habitetur. Ideo est quasi eternalis ut si
parentibus habitatoribus defunctis noua familia inhabitet
domum illam. Naturalis ergo habitatio domestica naturaliter perpetuari
non potest nisi per generationem que ut opus est fit concessione
filiorum · sed si perpetuum est perfectum non perpetuum · imperfecta est
domus cui desunt filii · per quos habitatio domestica naturaliter
quodammodo perpetuari contingit. Tertio quidem declarari potest
ex parte ipsius felicitatis. Nam filii et amici potentia
et cetera talia · licet non sint essentialia felicitati · faciunt
tamen ad quandam claritatem felicitatis politice. Unde per primo
ethicorum dicitur quod aliqui denudati coinquinant beatitudinem. Nam
esse turpis et ignobilis et solitarium et sine filiis omnino
felix esse non potest. Dicitur enim talis omnino non esse felix
quia non in felicitatem politicam cum omni sua claritate
potest igitur quod ad hoc quod domus habeat esse perfectum · oportet
ibi esse tres communitates. Una viri et uxoris aliam domini
et servi · tertiam patris et filii. Ex his autem patere potest
quomodo in domo perfecta esse tria regimina. Nam numquam
est dare communitatem aliquam bene ordinatam nisi aliquis sit
ibi dirigens et aliquid directum · ut nisi aliquis sit ibi prin
cipans et aliquis obsequens · quare cum in communitate maris
et femine · mas debeat esse principans et femina obsequens
· in communitate vero patris et filii pater debet esse imperans et filius
obtemperans. In communitate quidem domini et servi · dominus debeat
esse principans et servus ministrans et serviens · in domo perfecta
ut dicitur in primo politicorum · tria sunt regimina · unum coniugale
secundum quod vir preest uxori · aliud paternale · secundum quod pater preest filiis

Tertium dominativum et despoticum, secundum quod dominus respicit servum. Dicto ergo in domo perfecta esse tres communitates et tria regimina, de levi patere potest quod in ea oportet esse quatuor genera personarum, immo, ut magis alicui forte videbitur, debent esse sex genera personarum, ita quod prima persona sit vir, secunda uxor, tertia pater, quarta filius, quinta dominus, sexta servus. Sed vir, pater et dominus unam tantum personam nominant. Nam idem qui est vir uxoris est pater filiorum et dominus servorum. Patet ergo quot communitates sunt in domo perfecta, et quot regimina, et quot genera personarum. De levi ergo patere potest quot partes habere debeat secundus liber in quo tractatur de regimine domus. Nam cum in domo perfecta sint tria regimina, oportet huius libri tres habere partes. In quarum prima tractatur de regimine coniugali, in secunda de paternali, in tertia de dominativo. Hec ergo tria regimina bene cognoscere maxime decet reges et principes, quia eis diligenter inspectis magnum adminiculum habebunt ut bene sciant regere regnum et civitatem.

**Quod homo est animal naturaliter coniugale et quod nolentes uxores nubere non vivunt ut homines sed ut bestie vel dii**

vij Dicebatur in precedenti capitulo tria esse declaranda in hoc secundo libro, in quo agitur de regimine domus, scilicet quod in ipsa domo tria contingit esse regimina, videlicet coniugale, paternale et dominativum. Inter hec autem regimina prius agendum est de regimine coniugali, quia secundum Philosophum primo Politicorum in communitate domestica primo oportet coniungere marem et feminam. Est autem hic ordo rationalis. Nam prius aliquid generatur, secundo consummatur in esse tamquam perfectum et potest simile sibi producere. Communitas ergo maris et femine, quia est propter generationem, est prior quam communitas domini et servi, que est propter salutem et propter conservationem, et etiam precedit communitatem patris et filii, que non respicit domum primo, nisi domum quodammodo iam completam et domum habentem esse perfectum. Primo ergo dicendum est de regimine coniugali, quod respicit communitatem viri et uxoris, secundo de regimine dominativo, quod respicit communitatem domini et servi, ultimo vero de regimine paternali, quod respicit communitatem patris et filii. In determinando autem de regimine coniugali hunc tenebimus ordinem, quia primo dicemus quale sit ipsum coniugium, et quales uxores quoscumque cives et maxime reges et principes deceat sumere. Deinde ostendemus qualiter suas uxores regere debeant, et ad quas virtutes et ad que opera eas debeant ordinare.

In ostendendo quidem quod expediat ipsi coniugium primo declarandum occurrit
coniugium esse aliquid secundum naturam et quod homo naturaliter est animal
coniugale. Dicendum ergo quod philosophus octavo ethicorum volens ostendere
qualis amicitia sit viri ad uxorem probat amicitiam illam
esse secundum naturam adducens triplicem rationem quod homo sit naturaliter
ad coniugale. Prima ratio sumitur ex parte societatis humanae.
Secunda ex parte procreationis prolis. Tertia ex parte operum.
Probatum enim in primo capitulo huius secundi libri hominem esse naturaliter
ad sociale et communicativum. Communitas autem in vita humana ut
supra tangebatur ad quadruplex genus reducitur. Quia quaedam est
communitas domus quaedam vici quaedam civitatis quaedam regni.
Omnes autem hae communitates praesupponunt communitatem domesticam.
Quia ergo domus sit prior vico civitate et regno. Homo
naturaliter magis est ad domesticam quam civile. Et communitas domus magis
esse videtur naturalis ipsi homini quam vici civitatis et regni. Or-
dinatur enim domus ad vitam quae est maxime necessaria individuo
et quae maxime expedit bono proprio. Ordinatur etiam ad conservationem
quae maxime expedit conservationi speciei et bono communi.
Vicus autem civitas et regnum licet coniuncte ordinantur ad
vitam propter bonum personae propriae et ad conservationem propter conservationem
speciei sicut communitas domus. Nam si perditur communitas or-
dinans ad vitam et ad conservationem hoc est praeter ex bonitate
carum consurgit bonitas ipsa domus. Non enim domus est
inde melior si est in bono vico vel in bona civitate
et in bono regno. Quia igitur homo magis naturaliter est ad domesticam
quam politicam. Tamen prima communitas ipsius domus sit communitas viri
et uxoris. Sequitur ex parte ipsius communitatis humanae quod homo
sit ad magis coniugale quam politicum et quod magis sit ei naturalis
communitas coniugalis quam communitas vici civitatis et regni. Quia
domus cuius regimen primum est regimen coniugale est prior
vico regno et civitate. Hanc autem rationem tangit philosophus octavo
ethicorum dicens homo enim natura magis est coniugale animal
quam politicum quanto domus est prior et magis necessaria civitate. Secundo
homo est naturaliter ad coniugale ex parte procreationis prolis. Nam
id videtur maxime naturale ad quod homo habet naturalem impetum
quem cum homine et omnia alia naturaliter intimatur ut velint pro-
ducere sibi simile. Quia ergo hominibus hoc debetur fit per coniugium
homo naturaliter est ad coniugale. Hanc autem rationem tangit philosophus post politicam
octavo ethicorum ubi probat coniugium competere homini secundum naturam quia naturale est
homini et omnibus aliis habere naturalem impetum ad producendum sibi simile.
Tertia ratio sumitur ex parte operum. Quia ut dicitur octavo ethicorum confestim
enim divisa sunt opera viri et uxoris. Opera enim viri videntur

esse in agendo que sunt fienda extra domum. opa autem uxoris in conservando supellectilia vel in operando aliqua intra domum. ponentes ergo prima ad commune ut cum uxor propria opa sua ordinat in bonum viri vel in bonum totius domus et vir opa sua propria ordinat in bonum domine et in bonum uxoris. sufficiunt sibi in vita ut dicitur in viiiº ethicorum Ita sit propria ordinare ad bonum quod facit ad quandam sufficientiam vite. quare si naturale est homini quod velit esse animal coniugale. Sed si coniugium est quid naturale. sequitur quod fornicatio et contraria coniugio sunt vitia tamquam vitanda tamquam aliquid contrarium rei naturali. quanto vero fornicatores et vitia omnium venereorum vsu illicito tanto magis decet fugere reges et principes. quanto decet eos meliores et virtuosiores esse hiis aliis. quedam dubitatio videtur ex dictis oriri Nam si coniugium est homini naturale. reprehensibile est ergo quicumque non dat operam ut coniugio copuletur Sed hec dubitatio si concedimus iam dicta de levi refellitur Nam si naturale est homini esse animal coniugale quicumque renuit coniugem ducere non vivit ut homo Sed talis vivere potest duplici Vel quia eligit vitam super hominem et vult continue vacare contemplationi veritatis et operibus divinis Vel non vivit ut homo. quia eligit vitam infra hominem et vivit ut bestia Unde sicut dicebamus de societate politica vel ut eligens solitudinem et nolens civiliter vivere. vel est bestia vel est deus Sic et de coniugio dicere possumus Nam nolens coniugaliter vivere. vel hoc est quia vult liberius fornicari. quare eligit sibi vitam infra hominem et est quasi bestia. vel hic est quia vult se dare ad speculationem veritatis et divinis operibus. quare eligit sibi vitam supra hominem et est quasi deus. Non videntes ergo si dent se potioribus bonis quam sunt bona coniugii licet non vivant ut homines. non tamen propter hoc male agunt quia sunt quasi dii et sunt hominibus meliores

Quod omnes cives et maxime reges et principes suis coniugibus debent adherere

viii Probant autem philosophi et p . . . . debent coniugia indivisibilia esse. ad quod ostendendum adducere possumus duas vias quas philosophi tetigerunt Prima via sumitur ex parte fidei vel ex parte amicitie naturalis que debet esse inter virum et uxorem Secunda via ex parte prolis. Prima via sic patet

Nam tamen numquam aliquis fidelis amicus alteri si ab amicicia
eius discedat. si inter virum et uxorem debitam fidem et fide
lem amiciciam salvare volumus. nec sit in violacione fidei oportet
virum indivisibiliter adherere uxori sue et econverso. Secundo enim inter
virum et uxorem sit amicicia naturalis. ut probatur octavo ethicorum.
Tercio enim non sit naturalis amicicia inter aliquos. nisi observent
sibi debitam fidem ad hoc quod coniugium sit secundum naturam. et ad hoc
quod inter virum et uxorem sit amicicia naturalis. oportet quod sibi invicem servent
fidem. ita quod ab invicem non discedant. Hanc autem rationem videtur
tangere Valerius maximus in libro 2o de factis memorabilibus
eo de institutis antiquis. ubi ait quod Repudium inter virum et
uxorem a tempore quo urbs Roma fuit condita usque ad
centesimum vicesimum et quingentesimum annum nullum intercessit. Primus
autem qui dimisit uxorem sterilitatis causa fuit Spurius Carvi
lius. qui quamquam tolerabili ratione motus videretur. reprehensione
tamen non caruit. quia tunc arbitrabantur cupiditatem liberorum
coniugali fidei non debere preponi. Fides ergo secundum Valerium maxi
mum quam observare debet vir uxori et econverso videtur esse vera
causa propter quam coniugium manere debet indivisibile et irrepudiatum.
Decet ergo omnes cives coniugati suis uxoribus indivisibiliter absque
repudiacione. tanto tamen magis hoc decet reges et principes
quanto magis in eis relucere debet felicitas et tota bonitas. Secunda
via ad investigandum hoc idem sumitur ex parte prolis. Nam
licet coniugium etiam si sit sterile indissolubile manere
debeat. quia cupiditas filiorum preponi non debet fidei coniugali
attamen si non sit ibi bonum prolis decet uxorem viro et econverso
indissolubiliter adherere. Videmus enim quod filii sunt commune bonum. eo quod commune
est coniugi participantes bono primo. Sicut ergo civitas coniungit
et continet ipsos cives. ne a civitate recedant. eo quod sit
quoddam commune bonum ipsorum. sic filii coniungunt et continent ipsos
parentes ne ab invicem recedant. eo quod sunt quoddam commune
bonum ipsorum. Semper enim de ratione communis est quod contineat
uniat et coniungat. Sicut de ratione proprii est quod dividat et distin
guat. Hanc autem rationem tangit philosophus in octavo ethicorum dicens
quod causa que continet et coniungit filii eo quod sunt commune
bonum coniugum. videtur esse causa quare sit ipsorum coniunctio.
Unde subdit quod steriles citius dissolvuntur. dicit autem steriles
citius dissolvi. non quod licita sit dissolucio coniugum. et
si non assit ibi fecunditas filiorum ut superior racio
superius plenius ostendebat. attamen si in coniugio assit ibi
bonum prolis. non solum ex fide que in coniugio est servanda

Inclinantur coniuges ut sibi invicem inseparabiliter adhereant. Sed etiam ut
sic inclinati permaneant. inclinantur ex ipsa prole que
est eorum bonum commune. Immo quia ex eo ipso quod aliqui sunt alteri
unius habent quandam inclinationem ut sint alteri uniti se. parentes
qui naturaliter diligunt suam prolem ex dilectione naturali
quam habent ad ipsam augmentatur eorum amicitia naturalis. Sed cum
ergo amicus unum quandam unitatem dicat. augmentato amore
propter prolem genitam augmentatur eorum compositio ut velint
inseparabiliter permanere. Propter quod quia decet omnes cives non solum
propter bonum fidei coniugalis sed etiam propter ipsam prolem
ad quam ordinatur coniugium inseparabiliter convivere suis uxoribus
tanto tamen hoc magis decet Reges et principes quanto de prole
suscepta pre omnibus aliis debent diligentiorem habere curam
Contumelia enim Regie prolis plus spectat in iniuriam totius
ipsius Regni quam iniuria cuiuslibet alterius. Propter ergo si amor
et diligentia circa prolem facit ad maiorem unionem
coniugum. quanto maior cura et diligentia adhibenda
est circa prolem regiam quam circa aliam tanto magis
decet Reges et principes quamdiu sue uxores vixerint
eis inseparabiliter adherere etc.

## Quod omnes cives et maxime reges et principes una sola uxore debent esse contenti

lx a Apud aliquas sectas non reputatur contra dic-
tamen rationis quod unius eiusdem simul plures exi-
stant uxores. Sed quod recta ratio dictet quemlibet
civem et maxime Reges et principes unica coniuge debere esse
contentos. triplici via venari possumus. Prima via sumitur
ex parte ipsius viri. Secunda ex parte ipsius uxoris. tercia ex
parte prolis. Prima via sic patet. Nam sicut pluralitas ciborum
provocat ad nimiam repletionem. sic pluralitas mulierum pro-
vocat ad nimiam concupiscentiam venereorum. quare cum huiusmodi
concupiscentie si fortes sint obnubilent mentem et rationem
perturbent. si indecens est omnibus civitatibus nimis vacare
venereis et trahere se ab actibus prudentie et ab operibus
civilibus. indecens est eos plures habere coniuges. tanto tamen
hoc indecens magis est Regibus et principibus quanto plus
in eis vigere debet prudentia et intellectus. et quanto plus vacare
debent et magis esse solliciti circa opera civilia et circa salutem
Regni quam circa actum coitus. Ne ergo per nimia opera venereorum
nimis retrahantur ab huiusmodi cura. indecens est plures

Habere uxores. Secunda via sumitur ex parte ipsius uxoris. Nam
sicut ex parte viri indecens est pluralitas uxorum ne per
nimia venereorum corpus viri a cura debita distrahatur. sic
hoc indecens est ex parte uxorum ne uxor a suo coniuge non debite
diligatur. Nam inter virum et uxorem debet esse amor magnus
quia inter eos ut probatur octavo ethicorum est amicitia excellens
et naturalis. sed tam excellens amor non potest esse ad plures
ut vult philosophus nono ethicorum. indecens est ergo viros plures
habere uxores que eos non tanta amicitia diligerent quanta
inter coniuges esse debet. Maxime tamen hoc indecens est regibus et
principibus quia ne debite vacant venereis inter eos et suas
coniuges maxime conservari debet amor debitus coniugalis. Tertia
via ad investigandum hoc idem sumitur ex nutritione filiorum
Nam cum coniugium sit quid naturale. quomodo debite fieri debeat. maxime
investigari potest per ea que in aliis animalibus conspicimus. Videmus enim
ut quidam alii doctores tradunt quod in quibusdam animalibus sola femel-
la sufficit ad nutritionem. ut in canibus et gallinis et in pluribus
aliis animalibus. Generare tamen convenit maris et femine. in omnibus
animalibus ordinatis ad hoc non in illis animalibus in quibus sola femina
sufficit ad nutritionem filiorum non refert utrum unus masculus
pluribus coniungatur femellis. ut etiam refert utrum durante
partu mas commorat femine. sed etiam in illis in quibus sola
femina non sufficit ad prestandum filiis debitum nutrimentum
unus masculus non adheret nisi uni femine. et quamdiu du-
rat per tempus partus propter nutritionem filiorum ut in columbis et in
aliis pluribus generibus avium que alternatim ova fovent et
onera filiorum partem portat femella et partem mas. Cum
ergo ad supportandum onera coniugii in omnibus non sufficit
sola femina. naturale est hominibus ut unus vir uni mulieri
nubat. ea enim naturalia imitari debemus que sunt ut in
pluribus. ut naturale est homini quod sit dexter. licet contingat aliquos
esse sinistros. sic quia ut in pluribus sola femina non potest
portare onera matrimonii. ut sufficiat ad prestandum filiis omnia
necessaria et debitum nutrimentum. licet forte aliquae mulieres quia
facultatibus abundant sufficerent ad prestandum filiis debitum
nutrimentum. tamen quia naturale non iudicandum id quod est ut in
paucioribus. sed quod est ut in pluribus. relinquitur esse ut in hominibus
videtur quid naturale ut tam mas quam femina supportent fi-
liorum onera. Et sicut in aliis animalibus in quibus tam mas
quam femina supportant onera filiorum quamdiu filii indigent
parentibus naturale est ut unus mas uni adhereat femine
sequitur in hominibus esse quid naturale. ut quamdiu filii indigent

Parentibus tamdiu vnus mas vni femine copulatur pro generacione
quamdiu filii quousque viuunt indigent opere parentum. decens est ut
semper pro generacione humana vnicus vni soli femine copuletur.
Modo non ita est de hominibus sicut de aliis animalibus. quia eis natura sufficienter
parat victum. ut supra in primo capitulo huius secundi libri plenius dicebatur.
postquam ergo pulli auium apposuerint debitas pennas et peruenerint
ad debitum incrementum. per seipsos possunt sibi debitum cibum querere
et non ulterius indigent opere parentum. quare forte talibus sufficit quod du-
rante tempore partus mas commaneat femine et vnus vni adhereat. sed non
homines toto tempore vite sue egeant operibus et facultatibus parentum
quia eis cibus congruus non sufficienter a natura paratur. sic se debent
habere mas et femina pro coniugio in hominibus. sicut in auibus aliquando
supportantibus onera filiorum se habent mas et femina tempore partus
Sed enim dictum sit quod in toto tempore partus in huiusmodi auibus mas
simul commaneat femine et vnus vni adhereat. sic quod in hominibus per
totam vitam coniuges simul commaneant et vnus vni adhereat. quare
si volentes adherere coniugio decens est eos adherere secundum modum
et ordinem naturalem decet omnes ciues in vna sola muliere esse
contentos. et tanto magis hoc decet reges et principes. quanto decet
eos meliores esse aliis. et magis sequi ordinem naturalem. Patet ergo
quod non solum ex parte mariti et vxoris. sed etiam ex parte prolis
vir non nisi vni femine debet pro coniugio copulari etc.

**Quod coniuges omnium ciuium et maxime regum et principum vnica debent esse vxore contenti**

9 Quamuis apud alias sectas. ut apud sarracenos
et apud forte aliquas alias barbaras naciones non
reputetur inconueniens. vnum virum simul habere
plures vxores. apud nullas tamen gentes sub consuetis
legibus inuentas. nunquam legimus hoc fuisse licitum ut simul
vna mulier pluribus viris pro coniugio copuletur. magis enim repugnat
a parentibus et hiis ad que coniugium ordinatur vnam feminam
se pluribus nubere viris. quam vnum virum pluribus feminis. et
immo et in lege diuina ut in veteri testamento ex aliqua di-
uina dispensacione. uel propter aliquam figuram et significacionem legitur
vnum plures fuisse. sed quod vnius vxoris plures fuerunt viri
nusquam inuenimus indultum. Sed quod repugnat in paucis uel quod repugnat
in aliquo casu ex aliqua racionabili causa permissum legem
generaliter turbare non debet. sed iuxta dictamen racionis detestabile
est vnum virum simul plures habere vxores. detestabilius tamen esset
si vna femina vel coniugio simul pluribus copularetur viris
Coniugium enim ad quatuor comparari potest. ex quibus possunt sumi

Quatuor rationes per quas investigare possumus omnino detestabile
esse unam feminam nuptam esse pluribus viris. Primo in coniugio non po-
reservaretur ordo naturalis. Nam naturale est feminam esse subiectam
viro, eo quod vir est providentia et intellectu praestantior sit ipsa. Secundo ex
coniugio consurgit pax et amicitia. Multas enim guerras et multas
discordias sedari videmus, eo quod inter partes contrahuntur connubia.
Tertio ex coniugio oritur ipsa proles. Ordinatur enim coniugium
non solum ad conservationem ordinis naturalis et ad debitam pacem, sed etiam
ordinatur ad procreationem filiorum. Quarto sicut ordinatur coniugium
ad filiorum procreationem, sic ordinatur ad corporis debitum illutor.
Inconveniens est ergo unam feminam esse coniugem plurium vi-
rorum, quia per hoc omnia quatuor praedicta impediuntur. Tollitur enim
ex hoc naturalis ordo, non consultabit inde pax et concordia, sed
magis dissensio et iniuria, non erit ibi debita procreatio
filiorum, nec redderetur filiis nutrimentum debitum. Quia autem ex hoc
tollatur naturalis ordo, videre non est difficile. Nam secundum ordinem natura-
lem, propter quod in politicis semper viri debent esse praeeminentes, mulier debet
esse subiecta. Rursus secundum ordinem naturalem in eisdem operibus
nulla est persona duobus vel pluribus potest esse subiecta. Si autem
aliqua persona duobus subiciatur, hoc non est cum posse, sed hoc est
quia unus ad alterum ordinatur, ut si civis subiciatur praeposito et regi
quia praepositum illud ad regem ordinari et esse sub ipso. Repu-
gnat ergo ordini naturali eundem duobus esse subiectum. Quare
mulier debet esse subiecta viro, ex quo totam sui corporis potestatem
viri vero attribuit, contra ordinem naturalem est ut sit
subiecta alteri viro. Nam et si idem potest dominari pluribus personis
paribus vel pluribus sunt, tamen eundem obedire pluribus vel plures
sunt secundum ordinem naturalem esse non potest. Quare et si detestabile est
plures feminas coniuges esse unius, uno tamen nubere simul
pluribus viris detestabilius esse debet. Decet ergo coniugem omnino tantum
uno viro esse contentam, multo tamen hoc decet coniuges regum
et principum, quia in eorum coniugio magis decet quam in aliis debi-
tum naturalem ordinem reservare. Secundo hoc idem investigari potest
ex ipsa pace et concordia ad quam coniugium ordinatur.
Nam cum quilibet moleste ferat si in usu suae rei delectabilis
impediatur, absque dissensione et discordia esse non posset, si una
femina per coniugium copularetur pluribus viris. Dum enim unus
illorum in usu rei delectabilis alterum impediret, inter eos
guerra et inimicitia oriretur. Immo quilibet illorum iniuriam
contra parentes et consanguineos uxoris ad iniuriam moveretur.

Eo quod sua coniuge alio modo per coniugium subiceretur. Ergo coniugium
licet quod ordinatur ad pacem et amicitiam lites et discordia oriretur.
Quare decet coniuges omnium civium uno viro esse contentas. Tanto hoc
decet magis coniuges regum et principum quanto lis et discordia
principatuum est periculosior et magis cavenda quam omnium aliorum.
Tertio hoc idem patet ex generatione prolis ad quam coniugium
ordinatur. Sic impeditur ipsa fecunditas filiorum si una femina
pluribus coniungatur viris. Videmus enim meretrices communiter magis esse steriles
quam alias mulieres. Ergo ex parte procreationis filiorum omnino
indecens est unam feminam plures habere viros. Nam et si unus
mas potest plures fecundare feminas, una tamen femina non sic
fecundari potest a pluribus viris, immo impeditur fecunditas eius
a pluralitate virorum. Quare si coniugium principaliter ordinatur ad bonum
prolis, decet coniuges omnium civium ne impediatur earum fecunditas
uno viro esse contentas. Tanto tamen hoc magis decet coniuges regum
et principum quanto in tali coniugio periculosior est sterilitas
filiorum. Diligenter ergo advertere debent singule mulieres que suis
viris per coniugium copulantur quanta diligentia deceat illas suam
pudicitiam conservare et quanto conatu custodire suis viris
observare. Quia si esse non potest detestabile est etiam per coniugium
feminam vivente viro alii copulari, detestabilius est actum viro
fornicationis committere. Quarto hoc investigare possumus ex
filiorum debito nutrimento. Nam ex hoc parentes sollicitantur circa
pueros quia firmiter credunt eos esse filios eorum. Quare incer-
titudo certitudinem filiorum impedit ne parentes diligenter eis
provideant in hereditate et in debito nutrimento. Sed si una femina
pluribus nubat viris, parentes de suis filiis certi esse non poterunt,
quare non adhibebunt illam diligentiam quam decet ut
suis filiis debite in nutrimento et in hereditate provideant. De-
testabile est igitur unum virum plures habere uxores, sed detestabilius
est unam uxorem plures habere viros, quia per hoc magis impe-
ditur certitudo filiorum. Quare si decet omnes cives esse de suis
filiis certos ut eis diligentius provideant in hereditate et in
nutrimento, decet coniuges omnium civium uno viro esse con-
tentas. Tanto tamen magis hoc decet coniuges regum et prin-
cipum quanto incertitudo circa eorum filios periculosior est quam
incertitudo aliorum. Quod decet omnes cives et maxime
reges et principes inducere coniuges in una consan-
guinitate sibi coniuncta

X

Redderet ne forte aliquis dubium tamen una
femina per coniugium viro copuletur non licitum esse
illud coniugium contrahere quibus non augeretur
consanguinitatem esse habeant vir et uxor. Sed quod hoc sit contra
bonos dictamen et quod cum parentibus et cum consanguineis in
una consanguinitate coniunctis non sit ineundum coniugium triplici
via venari possumus. Prima sumitur ex debita reverentia
quae est parentibus et consanguineis exhibenda. Secunda sumitur ex bono
quod ex coniugio consurgit. Tertia ex malo quod inde in-
curritur. Prima via sic patet. Nam cum ex naturali ordine debeamus
parentibus debitam subiectionem et consanguineis debitam reverenti-
am, huiusmodi reverentia non servatur inter virum et uxorem. Propter
ea quae mutuo se inter eos agenda dictat naturalis ratio quod
nimis propinqui ex suo genere non sunt per coniugium sociandi,
immo videtur hoc naturali rationi consentaneum, quod licet sint
aliquae gentes non exceptantes personas aliquas a coniugio
contrahendo, ut tamen Philosophus in Politicis sola ratione naturali ducti excep-
tant personas aliquas a contractu coniugii. Numquam enim
fuit licitum alicui et apud nullas gentes permissum mix-
tum ut quis cum matre contraheret. Nam uxor debet esse subiecta
viro, indecens autem esset matrem filio esse subiectam. Non
licet ergo filiis contrahere cum parentibus propter mutuam reverentiam
quam sibi invicem debent. Sic etiam non licet eis contrahere
cum consanguineis aliis si sint eis nimia consanguinitate
coniuncti nisi ex dispensatione et in casu. Nam propter aliquod mag-
num bonum quod inde posset consurgere contingit alicui aliquid
in aliquo casu quod communiter aliis denegatur. Reverentiam ergo
debitam consanguineis quae in agendis inter coniuges cogitur
observari non patitur nisi ex dispensatione et in casu inter personas
nimia consanguinitate coniunctas non sunt connubia contra-
henda. Decet ergo omnes cives non contrahere coniugia cum qui-
buscumque personis. Tanto hoc magis decet reges et principes
quantomagis eos decet observare ordinem naturalem. Secunda
via ad investigandum hoc etiam sumitur ex bono quod ex matri-
monio consurgit. Dicebatur enim in precedenti capitulo quod ex contractu
coniugii inter eos contrahentes oritur pax et concordia. Sed cum
inter consanguineos ex ipsa propinquitate carnis sufficiens amicitia
esse videbatur, dictat naturalis ratio coniugia contrahenda esse inter
illos qui non sunt nimia consanguinitate coniuncti, ut quos carnis
unitas propter dilectionem et amicitiam non coniungit, coniungat contractus coniu-

Coniugari decet ergo omnes cives non cum personis
nimia consanguinitate coniunctis. tamen hoc magis decet reges
et principes. quantomagis sunt in maiori statu et in altiori
gradu. tantomagis egent affinitate et amicicia aliorum. Nam
sicut patet iii ethicorum quanto arbor est altior. tantomagis
indiget sustentamentis ne quassetur a vento. Reges ergo et
principes quanto in altiori statu existunt. tanto indigent
habere maiores et plures tam affines quam consanguineos et ami-
cos. Tercia via ad investigandum hoc idem sumitur ex malo
quod per coniugium contractum inter consanguineos non solum perditur bonum
prolis sed etiam incurritur intemperancie malum. quia non castitatem
servare non possunt ne sint nimis intemperati quibuslibet feminis
se inmiscendo. expedit eis inire coniugia ut una uxore
contenti ab intemperancia retrahantur. Cum non concupiscentie carnis
si nimie sint racionem perturbant ut supra pluries diximus
expedit quibuslibet volentibus vivere recte et virtuose non nimiam
operam dare venereis. Cum ergo ad personas nimia consan-
guinitate coniunctas habeatur naturalis amor. si supra amorem illum
addatur amicicia coniugalis. inter coniuges sic se habentes tanta
multiplicaretur dilectio ut omnino eos nimium vacare venereis
Decet ergo omnes cives non inire coniugia cum personis nimia
consanguinitate coniunctis. ne dando nimis operam venereis per-
turbaretur eorum racio et retraherentur a suis debitis et a civilibus
operibus. tanto ergo magis hoc decet reges et principes. quanto
in ipsis plus vigere decet prudencia et iusticia. et quantomaius
periculum pro regno consurgeret si reges et principes circa
salutem et circa civilia opera non diligenter intenderent. In mi-
nus ergo propinquo gradu non est matrimonium contrahendum. Tercius
et quartus gradus cum a propinquitate declinare incipiunt
si dispensacio assit pro bono aliquo prosequendo vel magno
malo vitando contrahi potest copula coniugalis etc.

Quod reges et principes et universaliter omnes cives
decet amare maiores ornatus exterioribus bonis

Bonorum autem quedam sunt bona anime ut virtutes
et boni mores. quedam vero sunt bona corporis. ut pulchritudo
magnitudo et agilitas et cetera talia. quedam autem
dicuntur exteriora bona. quia quantum ad presens spectat sunt in
completa genere huius esse. Nam honorabilitas et pluralitas
amicorum. inter dominacio divicias inter bona exteriora computantur
ut patet per primum rethoricorum. Cum ergo reges et principes

Solent autem pro coniugio copulari attendere debent ut patet ad
quatuor in coniugem aptant sicut omnibus aliis bonis exteriora
non tamen eque primaliter intendere debent ad quartum bonum scilicet ad no-
bilitatem generis et ad multitudinem amicorum inter exteriora bona debent
intendere quasi primo et per se sed pluralitas divitiarum est inten-
denda quasi ex consequenti. decet enim eos tales uxores accep-
tare que sint nobilis generis et per quam adquirant multos amicos
nobiles et potentes. sed quod per uxorem eis adquirantur divitiarum
copia. intendendum est ex consequenti. Magis ergo attendendum est in
coniuge ut in procreando prolem honorabilitas generis et plura-
litas amicorum quam multitudo divitiarum. omnia tamen hec tria aliquo modo
sunt attendenda. ordinatur enim coniugium ad debitam societatem
ad pacificum esse et ad sufficientiam vite. prout ergo coniugium
ordinatur ad debitam societatem apud reges et principes in suis
coniugibus querenda est nobilitas generis. prout ordinatur ad esse
pacificum querenda est multitudo amicorum. prout vero ordinatur
ad sufficientiam vite querenda est pluralitas divitiarum. Est vo-
dendum ergo suum coniugium esse secundum naturam eo quod homo est naturaliter animal sociale
prima autem naturalis societas videtur esse prout in politicis est maris
et femine viri et uxoris. Hoc autem non esset nisi coniugium
ordinaretur in quandam societatem decentem et naturalem. Cum ergo debite
et congrue nobilibus nobilis societur. reges et principes hos constat
nobiles generis. prout coniugium ordinatur in societatem dignam et
congruam. debent sibi uxores querere que sunt ex nobili genere.
Secundo propter esse pacificum querenda est amicorum multitudo sive alia pax
inter homines se habet quasi sanitas 4 humorum. Sicut
enim videmus in uno et eodem corpore quod propter inequalitatem humorum
consurgit infirmitas et pugna. Sic et inter homines propter
inimicitias et inequalitates quas inter se exercent consurgunt
dissensiones et bella civilia. Sed ad esse sanum requiritur
ut quis habeat naturam fortem ut possit nociva expellere.
sic et ad esse pacificum requiritur abundantia tum potentie
et pluralitas amicorum. Nam secundum philosophum in rethoricis homines libenter
insultant cum possunt. qui carent omni potentia
et non est inventum amicos de levi iniuriam pati et non sunt
vivere in esse pacifico. Coniugium ergo prout ordinatur ad
esse pacificum. querenda est ipsorum amicorum pluralitas. hec
autem ut ex habitis tantomagis indigent reges et principes
quanto eorum status quam aliorum magis indiget sustentamine et pluribus
persecutionibus inserviunt. Patet ergo quod in coniuge regum et

Principium quoddam est nobilitas generis et quod ex tali coniugio quaedam
est pluralitas amicorum. Restat ostendere quid ab eo debeat fieri
quaeri divitiarum multitudo. Communiter enim ex coniuge dotes et divitiae ad
supportandum onera coniugii et propter sufficientiam vitae. Sed quia
Reges et principes propter multitudinem divitiarum et possessionibus
abundare consueverunt ad propriam sufficientiam vitae, decet eos in suis co-
niugiis principaliter quaerere quod sint nobiles genere et quod propter carnales
habundent in civili potentia et quod adquirant multitudinem
amicorum. Quamvis quod ex tali coniugio adquiratur multitudo maxime.
Dicto quod Reges et principes in suis coniugibus debent quaerere
exteriora bona, de levi patet quales coniuges singuli cives accipere
debent. Nam si Reges et principes decet uxorem accipere coniuges
nobiles ut inter eos sit pax et digna societas, sic in omni con-
iugio nimia imparitas videtur esse vitanda. Nam imparitas
in excessu sive sit secundum nobilitatem sive secundum aetatem ut pluri-
mum est causa litigii, vel etiam est causa quod sibi coniuges
fidem non servent. Ut si nimis ignobilis nubat ignobili, non erit
inter eos digna societas. Si vero nimis alti ultra quam leges co-
niugii requirant dominari conabitur. Sic et si nimis senex iu-
vencle nubat, quia societate iuvenes non gaudent, talis
imparitas aetatis erit quaedam incitamentum ut sibi coniuges
fidem non servent. Quaedam sunt ergo in coniuge praedicta bona
exteriora, videlicet honorabilitas generis, multitudo amicorum, pluralitas
divitiarum, sed haec secundum modum et proportionaliter videntur ita quod inter
coniuges aliqualiter proportio reservetur. **Quod decet
omnes cives et maxime reges et principes quaerere in
suis coniugibus bona exteriora non solum sed etiam interiora quae corporis
et animae**

OSTENDEBATUR SUPRA quale debet esse coniugium
quia est quid naturale et est quid individuale et est
unius ad unam. Ostendimus etiam inter quas debet
esse coniugium personas, quia non inter nimia propinquitate
coniunctos. Ultimo autem declaravimus qualia bona exteriora
sunt quaerenda in coniuge. Reliquum est ut dicamus quo
coniuges uxorum moribus tam corporis quam animae debent
esse ornatae. Secundum quod Philosophus primo Rhetoricorum enumerando bona
feminarum ait quod bona corporis feminarum sunt pulchritudo et ma-
gnitudo. Bona vero animae sunt temperantia et amor operositatis
sine servilitate. Quantum vero ad bona corporis quaerenda est
in uxore pulchritudo et magnitudo. Sed quantum ad bona animae maxime
videtur esse quaerendum in femina quod sit temperata et quod non amet

Otiosa. si diligat facere opera non similia. Quae autem sint opera
non similia et decentia sint in coniugibus iuxta prosequendo patebit.
Cum autem haec bona corporis magnitudo videlicet et pulchritudo decentia sint in
uxore sic poterit ostendi. Nam licet coniugium ut in praecedenti capitulo di-
cebatur ordinetur ad societatem debitam et ad esse perfectum
et ad sufficientiam vitae. ordinatur etiam principaliter ad debitam
prolis productionem. et ad fornicationem vitandam. immo principalius
videtur ordinari coniugium ad haec duo bona quam ad alia praedicta.
Nam ut bonum fidei ut quod coniuges sibi fidem servent con-
servando fornicationem vitant. et bonum prolis magis directe
pertinere videntur ad coniugium quam ea quae in praecedenti capitulo diximus.
Omnia ergo ea quae videntur facere ad fornicationem vitandam
ad fidem coniugii conservandam et ad prolem debite producen-
dam in coniuge quaeri debent. Videamus autem quomodo magnitudo corporis
faciat ad bonum prolis. Nam filii in quantitate corporis ut
plurimum matrizant. quia totam corpulentiam substantiae su-
munt quodammodo a matre. Sicut ergo in avibus aliis ut plu-
rimum ex magno genere magnae procedunt. sic et in hominibus
si parentes magni exstiterint filii ut plurimum magni nas-
cuntur. Decet ergo omnes cives propter bonum prolis ut filii
eorum polleant magnitudine corporis quaerere in suis uxoribus magni-
tudinem corporis tanto tamen hoc magis decet reges et principes
quanto ipsi propter suos filios eo quod ex eis dependeat bonum
commune et salus regni plus sollicitari debent quam alii. Ideo inter
bona corporis decentia est formositas in uxore et pulchritudo.
Nam et haec facit ad bonum prolis. Nam sicut ut plurimum
ex magnis nascuntur magni. sic et ex pulchris nascuntur pulchri.
quare si decet omnes cives et maxime reges et principes
sollicitari ut polleant filiis magnis et pulchris. decet
eos quaerere in suis uxoribus magnitudinem et pulchritudinem cor-
poralem. Videtur etiam pulchritudo coniugis non solum facere ad bonitatem
prolis. sed etiam ad fornicationem vitandam. ad quam vitandam
est ipsum coniugium ordinatum. Viso quomodo quantum ad bona corporis
decentia sunt in coniuge magnitudo et pulchritudo. Restat videre
quomodo quantum ad bona animae decentia sunt in ea temperantia
et amor operositatis. id est bonum maxime videtur esse decens
in femina ad quam otio incitatur. dicebatur autem supra. Cum agere se-
quatur esse et ipsae passiones non sic se habent. ita quod quanto quis
magis insequitur passiones minus agit secundum rationem et consilium. Mu-
lieres in quibus minus viget ratio. si quae sunt otiosae magis inclinantur

Inclinantur ut sint pacorum inscrutatores. Quarto ergo et mulieres
quanto de se magis inclinantur esse inscrutatores passionum quam viri
ex eo est vobis praestandum. Secundo incontinentia ut dicitur in septimo libro
diffusa dividitur per passiones molestas ad quas mulieres
maxime incitantur. Sed singulum vitium sed non est contingens
feminas pollere debeat, tamen cum tradenda est alicui
potissime inquirendum est ut polleat continentia. Eo quod ad
incontinentiam feminae maxime incitantur. Decet ergo omnes cives
hoc in suis coniugibus quaerere, tanto tamen hoc decet reges et principes
quanto incontinentia coniugum suorum plus nocumenti inferre
potest quam incontinentia coniugum aliorum. Decet ergo coniuges operatas
esse. Decet etiam eas animae operositatem. Nam cum aliqua
persona otiosa existit levius inclinatur ad ea quae sunt vetita. Unde
mens humana ut innuit philosophus in septimo politicorum nescit otiosa esse. Statim
ergo cum quis non dat se bonis et licitis exercitiis, eius mens
vagatur ita et occupatur cogitationibus turpibus. Patet ergo ex
iam dictis quale debeat esse coniugium et qualiter omnes cives et
maxime reges et principes se habere debent in ducendis
uxoribus. Nam primo quia ducant eas diligenter debent inquirere
primo quales sint ordinatae exterioribus bonis ut quod sint
nobiles genere et quod per tale coniugium consequi possint similem
potentiam et multitudinem amicorum. Secundo investigare debent quod
polleant in corporalibus bonis ut quod sint magnae staturae
et quod habeant formositatem et pulchritudinem corporalem. Tertio quia non
sufficit affluere bonis exterioribus et pollere corporalibus bonis
nisi in assint bona mentis et animae, debent inquirere quod uxores
ducendae sint temperatae et quod sint operosae circa exercitia licita
et honesta etc.

**Quod omnes cives et maxime reges et principes suas uxores eodem regimine regere quo regendi sunt filii**

xiiij Quia non sufficit scire quale sit coniugium et qualiter
quis se habere debeat in uxore ducenda nisi
circa eam iam ductam sciat debite se habere. Ideo
per consequens talis rationabiliter hic annectitur quod regimen
coniugale quo regendae sunt coniuges ab aliis regiminibus
sit distinctum. Possumus autem duplici via investigare quod
alio regimine sunt coniuges regendae et alio filii. Prima via
sumitur ex parte modi regendi, secunda vero ex parte operum fien-
dorum. Prima via sic patet. Nam secundum philosophos modus regiminis
universi consideratur in uno homine. Unde et ab eis homo appellatur
est minor mundus. Nam sicut totum universum dirigitur ab uno principe

Et uno deo qui est intellectus separatus et primus. sicut omnia que sunt in homine
si debite regi debent regenda sunt intellectu et ratione. Immo
adeo intendit unire civitatem in quolibet homine. quod plato et
totum ordinem celorum salvat in quadam anima totius. Si ergo regimen
totius universi assimilatur regimini quod dicitur esse in uno homine
ut civitas sit per se unius regiminis. totius civitatis multomagis
conservabitur in una domo. Nam si domus est plus quam unus homo
singularis. et civitas est minus quam universum. si totum universum per
quandam similitudinem conservatur in uno homine. multomagis regi-
mina que sunt in civitate per quandam similitudinem conservantur in domo.
Unde per politicos regimina unius domus assimilatur regi-
minibus civitatis. Civitas autem quantum ad presens spectat duplici regi-
mine regi potest. scilicet politico et regali. Dicitur autem aliquis
preesse regali dominio. cum preest secundum arbitrium et secundum leges quas
ipse instituit. Sed tunc preest regimine politico cum non preest
secundum arbitrium nec secundum leges quas ipse instituit. sed secundum eas quas
cives instituerunt. Cum enim princeps in civitate ipse secundum
seipsum principatur et ipsas leges instituit. regimen illud
ab ipso regnante nomen sumit. et dicitur regale. Sed cum le-
ges non instituuntur a principe sed a civibus. illud regimen non est
denominatum ab ipso regnante et principante. sed magis ab ipsa
policia et ab ipsis civibus. Dicitur autem tale regimen politicum
vel civile. Hiis autem duobus regiminibus in civitate. secundum quod in po-
licias assimilantur duo regimina domus paternale et coniugale.
Nam regimen paternale assimilatur regali. coniugale vero politico.
Dicitur enim vir preesse uxori regimine politico. quia dicitur ei preesse
secundum certas leges. ut secundum leges matrimonii et secundum conventiones et
pacta. Sed pater dicitur preesse filiis secundum arbitrium et secundum regimen regale.
Nunquam pater enim et filium non inierunt conventiones et pacta
quid enim regere debeat. sed pater secundum suum arbitrium prout melius
videt filio expedire ipsum gubernat et regit. sicut et rex gentem
sibi subiectam regere dicitur secundum suum arbitrium prout melius videt
illi genti expedire. quare tale regimen recte dicitur regale. Sed
inter uxorem et virum sunt inite quedam conventiones et pacta
et similiter quedam quantum vir se habere debeat circa ipsam. dicitur
ergo tale regimen politicum. quia assimilatur illi regimini quo
cives volentes dominum condiderunt ei pacta et conventiones quas debet in
suo regimine observare. ex ipso ergo modo regendi. et unum est
politicum aliud regale. Differunt etiam regimen paternale et
regimen coniugale. Videtur enim quod regimen regale est magis totale

Et naturale regimine pro politico et magis principale et ex electione
Nam praeesse regaliter est praeesse totaliter et secundum arbitrium praeesse
vero politice est praeesse non totaliter nec simpliciter sed secundum quasdam leges
et pacta Rursus omne regimen si sit rectum non est adeo
naturale sicut vero aliud regimen politicum quantumcumque sit rectum non
est adeo naturale sicut regimen Regale Immo id regimen est
quodammodo ex electione cum in tali regimine cives sibi do
minari eligant Et hoc autem in adaptare possumus ad duo inter regimine
matrimoniale et paternale quia pater magis praeest filiis simpliciter
et totaliter quam vir uxori Rursus dominium paternale magis est
secundum naturam quam coniugale Aliquo enim modo uxor inducitur ad patien
dum virum et eligit sibi virum Filii autem non inducuntur sic
ad patiendum patrem ut eligant eum praeter hoc secundum naturam producuntur ab
ipso Dicatur ergo dominium paternale esse plus secundum naturam quam coniugale
quia licet non sit adeo naturale coniugale tamen quod habeat naturam coniugii
id est secundum placitum et ex electione Coniugale ergo re
gimen non est sic naturale ut paternum quia filii nullo modo eli
gunt sibi patrem Viso quomodo differt regimen coniugale a paternali
ex modo regendi quia unum est magis simpliciter et naturale aliud non
est quam politicum et ex electione De levi potest videri quomodo differt
hoc regimen ab illo ex parte operum fiendorum Nam pater sicut
dictum est praeesse filiis ut ordinet eos ad alia opera quam uxorem Sicut
filii instruendi sunt ad opera militaria vel consimilia quibus va
care debeant cum sunt adulti ad quae non sunt instruende
uxores quia talibus vacare non debent Ex hoc ergo quod dictum est
omnes cives ad regimen praeesse uxoribus et ad filios tanto tamen
hoc decet magis Reges et principes quanto ipsi plus observare
debent quae dictat ordo et ratio naturalis

## Quod omnes cives et maxime reges et principes eodem regere regimine quo regendi sunt filii [illegible]

XV Dicebatur enim superius in domo esse tria
distincta regimina nuptiale quo vir praeest
uxori paternale quo pater praeest filiis et dominativum
quo dominus praeest servis Regimen ergo distinximus regimine coni
ugale a paternali quia paternale est magis totale et simpli
cius illud vero magis politicum et quia paternale est magis
secundum naturam id non est quodammodo ex electione et rursus quia ad alia
[illegible] Restat ostendere quomodo coniugale regimen
est huiusmodi quam illud Restat autem viri non debeant uti sua
differat a servili Quod autem viri non debeant uti suis
coniugibus tamquam servis triplici via venari possumus Prima

Finimus quod ipso ordine naturali · secunda ex perfectione domus · tertia ex pa-
ritate coniugum Prima via sic patet Natura secundum quod natura movetur
et regitur a deo et a substantiis separatis Unde et philosophus in libro de bona
fortuna ait Ut impetus naturales in anima habemus in
nobis a deo tanquam a movente naturam totam Sicut ergo
in artificiosis factis et a sapienti artifice non invenitur aliquid
superfluum nec aliquid diminutum · sic natura nisi impediatur eo quod mo-
vetur et dirigitur a sapientissimo artifice ut a deo nichil agit super-
fluum nec deficit in necessariis Quoniam igitur natura agit · et
quicquid a natura preparatur oportet ordinatissimum esse Prima illa
naturam dirigit a quo est omnis ordo Tunc igitur tunc sit maxime
aliquid ordinatum · quando unum ordinatur ad unum officium Cum
uxor sit naturaliter ordinata ad generandum · non erit ordinata
ad serviendum Ideo dicit primo politicorum Quod natura distinguitur feminam
et servum Nam ut ait ibidem Nichil tale natura facit sed
faciebant fabri formantes delficum gladium Apud del-
phos enim fiebant gladii propter pauperes · ita quod unus gladius
deserviebat pluribus officiis · inquantum pauperes non valentes
plura habere instrumenta faciebant aliquid instrumentum fabricari
quo possent ad plura uti officia Natura autem agit ut ne-
quaquam faciunt res naturales · semper ad unum officium principaliter
ordinat unum aliquid Unde et idem philosophus ait Quod unumquodque corpus
optime perficiat suum opus si non multis operibus sint servi-
entes sed uni · quare cum natura ordinat coniugem ad generationem
inconveniens est quod ordinetur ad serviendum Non igitur est naturalis
ordo inter preesse uxori et servum quae duobus preest servis
licet igitur sic sit secundum ordinem naturalem · tamen apud aliquas
gentes sed apud barbaros idem sunt femina et servus
Ut recitat · philosophus primo politicorum dicens Quod inter barbaros femina
et servus eundem habent ordinem Utebantur enim illi coniugibus
tanquam servis · sed hoc ideo contingebat ut recitatur idem · quia
inter barbaros non est naturalis principans · sed idem est naturaliter esse
barbarum et servum esse · enim barbarum ab aliquo hoc est esse
extraneum ab eo et non intelligi ab eo Potest enim quis esse
barbarus huic non illi · quia non intelligitur ab hoc non ab eo
sicut Theutunici sunt barbari Italicis et Italici An-
glicis Ille enim est barbarus simpliciter qui a seipso est extraneus
et seipsum non intelligit · quod esse non potest nisi careat usu rationis
et intellectus · sed eum carens rationis usu sit naturaliter servus
quia nescit seipsum dirigere · et expedit ei ut ab aliquo dirigatur

Videmus esse naturam barbarorum et servilem. quia sicut apud barbaros
eundem habent ordinem uxor et servus. sic et propter omnem defectum quem
nesciunt distinguere circa regimen coniugale et servile. quia ergo decet
cives esse industres et cognoscere modum et ordinem naturalem. indecens
est eos uti uxoribus tanquam servis. tanto tamen hoc magis est
indecens apud reges et principes quanto detestabilius est
eos esse barbaros et carere ratione et intellectu. ex parte ergo ordinis
naturalis probari potest aliud esse regimen coniugale quam servile et non esse
utendum uxoribus tanquam servis. Secunda via ad investigandum hoc
idem sumitur ex parte perfectionis domus. videmus enim domum esse
imperfectam et habere penuriam rerum et non sufficere sibi in vita. si
uxor et servus habeant eundem ordinem. unde vii politicorum dicitur
quod pauperes qui non habent copiam servorum. non habundantes debitis
quae recurrunt ad perfectionem domus. utuntur uxoribus et filiis tanquam
servis. Tertia via sumitur ex paritate quae debet esse inter
uxorem et virum. Nam licet vir debeat praeesse uxori. eo quod sit
ratione praestantior. non tamen debet esse tanta imparitas inter virum
et uxorem. quod ea uti debeat tanquam serva. sed magis tanquam
socia. Quando enim est tanta imparitas inter uxorem et virum
tanquam inter dominum et servum. nimio vir et uxor quantum ad
aliquid ad paria iudicantur. Quod detestabile est in omni
bus hominibus et maxime in regibus et principibus
in aetate nimis iuvenili uti copula coniugali

XVI SERMONES universales ut in primo libro diximus
circa morale negotium minus proficiunt. Determinare
ergo de coniugio quod regimen coniugale est aliud a pa
ternali et a servili. et ostendere quod aliter se debet habere vir erga
uxorem quam erga filios et servos. est valde in universali
notitiam tradere quale sit ipsum coniugium et quomodo utendum
sit eo. Oportet ergo magis particulariter descendere quando omnes
cives et maxime reges et principes uti debeant copula
coniugali. Sermones enim universales circa mores omnino des
piciendi non sunt. quia ignorantia illud saepe facit
particularia ignorare. Propter hoc tamen universalibus sermonibus sunt par
ticularia addenda. quia tamen negotium morale circa singularia
consistit. secundum doctrinam philosophi ii ethicorum in libris politicis sermones plus
placent. Determinandum est ergo particulariter in qua aetate utendum
sit coniugio. tangit autem philosophus vii politicorum quatuor rationes probantes quod in
aetate nimis iuvenili non est utendum coniugio. prima ratio sumitur ex
debilitate filiorum. secunda ex intemperantia mulierum. tertia ex periculo caru

Quarta ex malo moribus reportum. Prima via sic patet nam si in etate nimis iuvenili coniugantur vir et uxor ut probat philosophus vii politicorum leduntur inde filii quantum ad corpus quia ut plurimum sunt nimis debiles corpore et imperfecti et etiam leduntur quantum ad animam quia sic nascentes ut plurimum deficiunt vigore et virtute. Sic enim videmus in aliis rebus naturalibus quod quando ad productionem alicuius effectus requiritur aliquid si id sit imperfectum oportet effectum esse imperfectum ut ad calefactionem requiritur calidum si illud sit imperfecte calidum sequitur quod imperfecte calefaceret. Sic etiam quia ad hoc quod aliquid calefiat requiritur quod sit dispositum ad susceptionem caloris si aliquid sit imperfecte dispositum ad huiusmodi susceptionem sequitur quod imperfecte calorem suscipiat. quare si coniunctio uxoris et viri requiritur ad productionem prolis si vir et uxor sit nimis in etate iuvenili quia tunc corpora eorum imperfecta sunt et non pervenerunt usque ad debitum complementum si ex tali coniunctione nascuntur pueri sequitur quod producantur imperfecti et debiles corpore. quare quantum ad corpora ex coniunctione nimis iuvenili contingit lesio filiorum. Sic ex tali coniunctione leduntur filii non solum quantum ad corpus sed etiam quantum ad animam quia cum anima sequatur complexiones corporis cum aliquis non est bene proportionatus in corpore nisi sit bone complexionis imperfecte anima ne possit bene operari et ne possit libere exercere actiones suas. Nascentes ergo ex tali coniugio non solum sunt imperfecti corpore sed etiam mente. decet ergo omnes cives non uti coniugio in etate nimis iuvenili. hoc tamen maxime decet reges et principes quanto ipsi plus esse debent solliciti ut eorum filii sint formosi et elegantes corpore et industres mente. Dato ergo quod contingat eos uxores ducere in etate valde iuvenili non tamen debent uti coniugio nisi in etate debita. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex intemperantia mulierum. Nam si in etate valde iuvenili ~~non tamen debent~~ uxores sinunt viris copulari non solum filii inde leduntur sed etiam ipse uxores efficiuntur intemperate et lascive. quia quelibet persona nimis desiderat aliquid et nimio ardore concupiscit ipsum si ex nimia iuventute sit assuefacta ad illud. unde vii politicorum dicitur intemperatiores videntur esse mulieres ille que iuvencule usque fuerint use coniugio. Tertia via sumitur ex periculo mulierum. Nam ut dicitur vii politicorum. In partu iuvencule

magis dolent et periclitantur plures. Unde et antiquitus ut philosophus recitat fuit consuetudo apud gentiles speciale oraculum facere pro partu iuvencularum. Et secundum quod iuvencule magis periclitantur in partu quam alie. Quarta ratio sumitur ex malo ipsorum morum. Nam ipsi in seditione sunt si in nimia iuventute utantur coniugio. Unde et in politicis dicitur quod masculorum tota seditio est si tempore augmenti et crescentie corporis utantur venereis. Quia ergo hec mala que ex nimia iuventute coniugio accidere possunt in coniugibus quanto horum filiis magis vitanda sunt principibus et regibus quam in aliis, potissime decet eos non uti coniugio in nimia iuventute. Sed si queratur quanto tempore regulariter in ipsis coniugibus videtur velle philosophus huiusmodi tempus in ipsa

t No vii coniuge debere esse xviii annorum. In viro vero plus temporis requiritur. Nam si per totum tempus augmenti nocivum est masculis uti coniugio, cum tempus augmenti quantum in hominibus regulariter sit tria septennia, per triplum septennium in viris videtur esse tempus debitum dare operam copule coniugali. Viri quia viris quantum ad minus corporis huiusmodi tempus anticipari potest sicut videbitur expedire.

Quod tempore frigido quo flant venti boreales magis est dandum operam procreationi quam tempore calido quo flant venti australes

xvii

Philosophus vii politicorum postquam probavit per rationes plurimas non esse dandam operam coniugio in etate nimis iuvenili, inquirit quo tempore magis consentaneum est procreationi filiorum. Et ait quod tam a naturalibus quam a medicis conceditur quod tempore frigido quo flant venti boreales melius est dare operam coniugio quam tempore calido quo flant venti australes. Possumus autem hoc triplici ratione venari. Quarum prima sumitur ex parte mulierum. Secunda ex lesione morum. Tertia ex dispositione aeris. Prima ratio sic assignatur a quibusdam. Nam tempore calido aperiuntur pori corporis et exalat inde humidum. quare remanet tota sicca. Rursus apertis poris exalat naturalis calor. quo exalante tota interius remanet frigida. Unde quilibet in seipso experitur quod tempore frigido flante borea melius digerit. Nam calor eius intus propter frigiditatem circumstantis non exalat sed magis roboratur et vigoratur. Quare si recipiunt mulieres tempore hyemali sunt calidiores, quia non exalat inde calor, et humidiores quia non evaporat inde humidum, magis sunt apte ad generationem

et forte propter id magis procreantur masculi. Unde et philosophus in vi de animalibus velle
quod oves flantibus borealibus ventis magis concipiunt masculos
flantibus vero australibus magis concipiunt feminas. Unde cum
flantibus borealibus ventis propter reverberationem caloris naturalis virtus
magis potens sit generare sibi simile, et tunc perfectiores fiunt.
Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex tempore minoris
etatis vel magis utitur. si utatur coniugali copula tempore calido
flante austro quam frigido flante borea, tempore vero boreali
et frigido calor naturalis magis reverberatur intus et plus potest
commode decoquere alimentum. quare utens coniugali copula in tempore
non sic ledat corpora minus nec sic attenuat ea, eo quod ma-
ior sit ibi decoctio alimenti. Tertia via ad investigandum
hoc idem sumitur ex aeris dispositione. Nam boreas reddit aerem
purum, auster vero reddit ipsum turbulentum. Nam ut philosophus
ait in Metheororum, auster est pluviarum multitudinis adduc- 2 Boreas auster
tivus. ac aere existente puro melioratur complexio existentium
in eo, et fiunt meliores generationes. quare tali tempore
magis est danda opera coniugali copule. Decet ergo omnes
cives magis uti coniugio tempore quo fit melior procre-
atio filiorum, tanto tamen hoc decet magis reges et principes
quanto decet eos elegantiores habere filios etc.

## Quod in mulieribus quedam sunt laudabilia quedam autem vituperabilia XVIII

MULIERUM AUTEM MORES ut plurimum sunt
quasi mores puerorum et iuvenum. Quodammo-
do sic se habere videntur mulieres ad mares sicut
se habent pueri existentes in etate imperfecta
ad homines existentes in etate perfecta. Nam ut philosophus in Politicis
mares plus vigent ratione quam femine. Est enim femina
quasi mas occasionatus et quasi vir incompletus. Sic etiam
et pueri non sic ratione vigent sicut adulti. Nam puer
est quasi homo incompletus. Quia ergo respectu rationis et quantum ad
rationis usum femine et pueri quodammodo carentiam habent,
consequens est mores feminarum esse quodammodo puerorum. Sicut supra ergo
libro primo ubi de moribus tractabamus non curavimus
speciale capitulum facere de moribus mulierum, sed suppositum
coniecturandum esse de singulis moribus ex moribus puerorum
et iuvenum. quia in hoc secundo libro regimine coniugum specialem requirit
tractatum, ut sciamus quo regimine regende sunt coniuges,
declarandum est sub compendio que sunt illa que sunt laudabilia

Scientia

& que intrinseca in ipsis feminis. Est autem propter laudabile
in eis quod ut plurimum contingit feminas verecundas esse. quod
duplici de causa contingit. Primo ex appetitu laudis. Secundo
ex timiditate cordis. Mulieres enim sunt valde appetitive
laudis. Nam in omnibus que sunt imperfecte tales plus
appetunt laudari quam perfecte possidentes id. Scientia enim
imperfecti & habentes imperfectam scientiam plus desiderant ut non
ceteri scientes & ut habeant nomen quod sunt scientes et excelle-
ntes etiam quam vere scientes. Nam qui vere sciunt in seipsis
inveniunt unde gaudeant. Unde non tantum curant de appa-
rentia. Sed qui imperfecte cognoscit quam non videt in se-
ipsis scientiam unde gaudere possit. quod non habet in rei veritate
volunt habere in hominum opinione. Sicut ergo dictum est de scientia
perfecta & imperfecta. intelligendum est de bonitate completa
& incompleta. Nam qui sunt perfecte boni non sic appetunt laud-
ari & reputari boni sicut alii. habentes enim perfectam bonitatem
in seipsis inveniunt unde gaudere possint. Propter quod non multum
curant gaudere de hominum opinione. Quare cum mulieres non
tanta bonitate polleant sicut viri. si aliquam bonitatem
habeant utpote si polleant aliquo bono corporali ut si sint
pulchre & elegantes. vel si aliquam aliam bonitatem participant
valde cupiunt laudari et commendari in eo quod totum con-
tingit eis propter imperfectionem bonitatis. Nam bona corporis ut ele-
gantia & pulchritudo & cetera talia imperfecta bona sunt.
Mulieres ergo ut plurimum vel participant bona imperfecta ut
aliqua bona corporis. vel si participant bona perfecta ut bona
mentis. participant ea imperfecto modo. Propter quod quanto magis valde
deficiunt a perfectorum morum. Conatur tamen ad augmentum perfectionis
& bonitatis omnis cupiditas innata laudis & desiderium re-
rum reputationis. tanto plus appetunt laudari quanto
loquendo mulieres quam viri. quanto in bonitate minus sunt
imperfectiores illis. Propter quod tamen verecundia sit timor de ingloria-
tione et amissione laudis. mulieres sunt magis verecunde
quam viri timent ingloriari & amittere laudem. quam nimia
affectione desiderant. Ex ipsa ergo cupiditate laudis probari
mulieres verecundas esse. Rursus hoc idem probari potest
ex timiditate cordis. Nam cum mulieres sint naturaliter adeo ti-
mide quod quasi omnia expavescunt. sequitur eas verecundas

esse. quia verecundia est quidam timor ut supra dicebatur.
Ex duabus ergo causis probare possumus mulieres verecundas
esse. quantumcumque tamen de eius causa sit laudabile est autem in
ipsis esse verecundas. quia propter verecundiam multa turpia dimittunt
que non dimitterent nisi eas verecundie cathene constringerent.
Secundo est laudabile in mulieribus quia communiter sunt pie et
misericordes. Pueri enim et senes et femine ut plurimum
sunt misericordes. non tamen ex eadem causa hoc videtur
contingere. quia pueri ut supra dicebatur sunt misericordes
quia sua innocentia alios mensurantes credunt omnes inno-
centes esse et putant eos indigne pati. quare propter eis de
facili miserentur. Senes vero misericordes consistunt. quia cum
ipsi in corpore et in multis deficiant volunt alios misereri
et compati ipsis. quare cum deficientes conspiciunt inducuntur ad
faciendum aliis quod vellent ab eis fieri sibi deficientibus propter hoc
aliis miserentur. Mulieres quidem misericordes sunt ex mol-
litie cordis. Nam habentes cor molle non possunt dura equanimiter susti-
nere. ideo statim miserentur cum vident aliquos dura pati.
Tertio commendandum est in mulieribus quia communiter in omnibus
excedunt. Nam cum sunt pie sunt valde pie et cum
sunt crudeles sunt valde crudeles. et cum sunt inve-
recunde sunt valde inverecunde. Nam aliqui mulieres auda-
cia capitis tanta turpia perpetrant quod nullus inveniretur
vir adeo inverecundus ut possit tanta turpia operari.
Hoc autem studium et si in bonis potest esse laudabile in mal-
is est vituperabile. Viso que sunt laudabilia in feminis restat
narrare que sunt vituperabilia in eis. Possumus autem
narrare tria in mulieribus vituperabilia. Primo quia ut pluri-
mum sunt impatientes et passionum insecutrices. Nam quia in
eis ratio deficit non sic bene ut viri retrahuntur a concupiscentiis
sicut viri qui sunt ratione perfectiores. Secundo sunt garrule et li-
tigiose quod ex eadem causa contingit. Nam frenum mulier-
um ut plurimum non est ratio. quia communiter a ratione deficiunt
sed magis est passio ut verecundia. Si igitur se continent ut non
garriant et non litigent. magis hoc faciunt ex verecun-
dia quam ex ratione. quare cum inverecunde sunt nesciunt seipsas
moderari. sed sine freno litigant et garriunt. Videmus enim
feminas plus perseverare in litigando et garriendo
quam viri. eo quod magis a ratione deficiunt quam ipsi viri

Certo contingit mulieres esse molles et instabiles quod
forte accidit ex debilitate complexionis Nam cum anima
ut superius dicebatur complexiones corporis imitetur
sicut mulieres habent corpus molle et instabile sic vo-
luntate et desiderio sunt instabiles et molles etc.

## Quo regimine cives et maxime reges et principes debent suas coniuges regere

xviij Dicebatur in precedentibus non eodem regimine reg-
endas esse coniuges quo regendi sunt filii nec quo
regendi sunt servi Aliud enim est regimen coniugale
a paternali et a servili. Sed quia non sufficit scire in universali -
tate de regimine coniugali dicendo ipsum esse differens a pa-
ternali et servili nisi in speciali tractetur quo regimine re-
gende sunt coniuges Ideo quia in speciali dicere oportet de re-
gimine coniugali sive coniugum Sciendum est ergo unam esse gene-
ralem regulam ad omne regimen quod contingit per aliquem bene (et 2a de regimine)
regere quia oportet ipsum speciales habere cautelas ad ea circa que
videt ipsum magis deficere Nam sicut est in locutionibus sic
sic non est in ipsis operibus Videmus enim aliquos habere
linguas disertas aliquos vero balbutientes esse et qui
balbutiunt non eodem modo balbutiunt sed aliquis difficulter pro
fert unum verbum aliquis difficulter aliud. Cum ergo balbuci
entes velint suam loquelam dirigere oportet eos instruere
ut specialem pugnam et specialem conatum adhibeant circa
ea verba que deficiunt proferre possent Unde et aliquos philosophos
legimus sic fecisse qui cum essent impedite lingue
adhibentes specialem conatum circa illas literas quas defectiue
proferebant facti sunt eloquentes Sic non et circa opera
se habet cum enim quibus se videamus deficere oportet specia
lem conatum adhibere quod circa ea in quibus esse contingit facilius
hoc casu quare cum mulieres ut in precedentibus dicebatur
communiter sint intemperate garrule et instabiles regende sunt
tali regimine ut inducantur ad temperantiam et ad taciturn
itatem et ad stabilitatem Partes autem temperantie ut
dicebatur in primo huius sunt quatuor scilicet castitas pudicitia
sive honestas abstinentia et sobrietas Tunc ergo mulieres
sunt temperate cum sunt caste honeste abstinentes et
sobrie. Decet enim coniuges esse castas non solum propter fidem ser
vandam suis viris sed etiam propter procreandam prolem Nam si
coniux castitatem non servet dubitatur filius non ut ipsius
viri succedit in hereditatem patris Decet ergo coniuges omni

Animum esse castas et tanto sunt magis decet coniuges regum
et principum quanto ex eis carnalis copula potest maior lis
et dissensio exoriri. Secundo decet eas esse pudicas et honestas
Nam non sufficit coniuges esse castas et cavere se ab operibus
illicitis sed oportet eas pudicas esse et honestas ut sibi ca-
veant a signis et verbis que videntur inhonestatem pretendere
Non enim sufficit ut alienus filius non succedat in hereditatem
sed requiritur ut pater sit certus de sua prole. Cum ergo signa
inhonesta et impudica quandam suspicionem adgenerent
de incontinentia coniugum ut pater sit certus de sua prole ex-
pedit coniuges pudicas esse. Tertio oportet eas esse abstinen-
tes ut caveant sibi a superfluitate cibi. Nam cibi super-
fluitas ad incontinentiam inclinat. Quarto decet eas esse
sobrias ut caveant se a superfluitate potus. Nam tam immoderantia
cibi quam potus provocat venerea. Unde et antiquitus apud
Romanas mulieres ut recitat Valerius maximus libro se-
cundo capitulo de institutis antiquis quondam nephas erat
bibere vinum. Unde ait quod vini usus olim Romanis fe-
minis ignotus fuit ne in aliquod dedecus prolaberentur
quia usus vini consuevit esse proximus ad venerem incon-
tinentiam. Sic ergo regende sunt coniuges ut sint caste
honeste abstinentes et sobrie. Modus autem quo indu-
cende sunt ad hec omnia diversificatur secundum diversitatem Nobi-
litatis et divitiarum ipsorum virorum. Nam cives in Nobilitate
et divitiis deficientes debent suas coniuges per seipsos
instruere et debitas cautelas adhibere ut polleant
bonitatibus supradictis. Habundantes vero in Nobilitate
divitiis et in civili potentia decet inquirere matronas
antiquas boni testimonii per diuturna tempora prudentia et
bonis moribus approbatas instruentes coniuges et inducentes
eas per monitiones debitas ad bonitates prehabitas.
Viso quomodo coniugem sit regendam esse ut sit debite temperata
Restat ostendere quomodo regenda sit ut sit debite taci-
turna. Nam ut scribitur primo politicorum ornamentum mulieris
est silentium. Si enim mulieres debite se habeant et congruum
silentium servent ex hoc magis apparent ornate et ad maiorem
amorem virorum inducunt. Decet ergo eas esse taciturnas.
Sic etiam decet ipsas stabiles esse et constantes. Quanto
uxor est magis constans et firma tanto maior viri
dilectio adgeneratur in eo ut ei debitam fidem servet

Tali ergo regimine regende sunt coniuges ut polleant predictis septem bonitatibus vel ut sint caste honeste abstinentes sobrie taciturne et stabiles. Ad hominem autem eas inducere potuit vel per seipsos vel per matronas boni testimonii vel per cautelas alias adhibendo. Cum ergo decet omnes cives suas coniuges sic regere et tanto magis hoc decet reges et principes quanto ex eorum indebito regimine plus tunc regimine magis periculum imminet etc.

## Qualiter omnes cives et maxime reges et principes ad suas coniuges se debent habere

ix Non sufficit scire quod reges et principes et universaliter omnes cives debeant suas coniuges regere et ad quas bonitates debeant eas inducere nisi sciatur quod circa eas debent se habere. Sciendum autem tria circa hoc spectat diligenter considerandum in quantum viros circa proprias uxores decet debite se habere. Nam primo debent eis moderate et discrete uti. Secundo debent eas honorifice tractare. Tertio debent tunc eis debite conversari. Decet enim eos moderate et discrete suis coniugibus uti. Nam immoderantia usus venereorum primo corpus destruit, secundo mentem deprimit, tertio maculat appetitum et reddit coniuges impudicas. Destruit enim et debilitat corpus ipsius viri. Si nimis det operam copule coniugali quia usus generationis est nimis corruptivus et ut vult philosophus in iii ethicorum concupiscentia est concupiscentie appetitus, quare ut philosophus ibi plus appetit quam natura requirit. Si ergo sine freno quis sequatur appetitum et non moderet desiderium copule coniugalis agit ultra quam natura requirat et ultra quam sufficiat ad restaurandum quod sic debilitatur ipsius corporis esse non potest. Unde cerebrum et universaliter alia membra nobilia debilitantur ex superfluo coitu. Secundo superfluus usus non solum corpus debilitat sed etiam mentem deprimit. Nam corpus est quasi instrumentum anime sicut etiam marcella est instrumentum fabri, debilitato marcello debilitantur actiones fabriles, sic debilitato cerebro et aliis membris nobilibus impeditur anima a proprio usu ut non possit sufficienter operari. Unde et secundum auctoritatem philosophi probabatur ex tunc si vehementia sunt omnia corrumpunt. Tertio coniugii usus nimius maculat appetitum et reddit feminas impudicas. Nam quanto plus datur opera venereis actibus tanto plus inna tali appetitu ut sit sumpta et venerea appetunt ut volunt

Venerea ista faciunt

Primus iiii^to cap^m Propter quod dicitur quorundam brutalium co-
gitatus dicentium satisfaciendum esse concupiscentiae et postea
decere eum abstinendo Nam quilibet usus carnalis copulae inci-
tat ad ulteriorem usum. et quanto quis plus ea utitur tanto ma-
gis incitatur ad ipsam et per consequens redditur. Decet ergo omnes
cives uti moderate coniugali copula et tanto magis hoc decet
reges et principes quanto indecentius est eos per huiusmodi actus
hic cum debilitando mentem depressum et inpaciatum appetitum nec
sufficit eos uti tali copula temperate nisi utantur ea discrete
Nam in omnibus operibus discretio est adhibenda ut sciant de-
bito loco tempore et modo congruo convenit uti aliqua tam magna
predictis operibus Nam temporibus quibus est orationi vacandum decet
a talibus abstinere sic etiam temporibus quibus possit insurgere
nocumentum proli decet abstinere a tali copula. Est ergo ob-
servandum tempus debitum convenit observandus est et locus congruus
et locus conveniens ut sit inter coniuges non solum amicitia dele-
ctabilis sed etiam honesta Viso quomodo decet viros uxoribus mo-
derate et discrete uti Restat videre quomodo deceat eas hono-
rifice tractare. Quemlibet enim virum sed sibi possibilem facultatem
decet suam uxorem honorifice retinere in debito apparatu
et ei necessaria debita tribuendo Nam cum uxor sit persona
valde coniuncta honor qui uxori exhibetur redundat in per-
sonam ipsius viri. immo tum coniunctum sit propter uxorem
non se habere ad virum ut servum sed ut sociam. decet quemlibet
secundum suum statum uxorem propriam honorifice tractare Ostenso
quomodo decet viros suis uxoribus moderate et discrete uti et
quomodo decet eas honorifice tenere Restat ostendere quomodo
cum eis decet conversari. Quod autem viri ad uxorem est conversatio
congrua. si eis ostendat debita signa amicitiae et si eas per debitas
admonitiones instruat. Declarare autem quae sunt signa debita No
amicitiae et quae sunt monitiones congruae. sciri non potest
nisi perspecta statum coniugum. et consideratis conditionibus
earum. Debent enim viri diligenter advertere utrum uxores
sint superbae an humiles. utrum sint prudentes an fa-
tuae Nam si conversandum est cum uxoribus quae plura signa
amicitiae ostendenda sunt eis si sunt humiles quam si sunt su-
perbae Si superbae. nam adeo sunt elatae si eis multa amicitia
ostendatur. ut velint etiam viros ipsos dominari Rursus
sic conversandum est cum eis quod aliter instruendae sunt prudentes
aliter fatuae Nam prudentibus ad correctionem levia et blanda
verba sufficiunt. fatuis vero est asperior increpatio adhibenda

Decet ergo quomodo viros secundum decentiam proprii status et exigentiam conditionum
propriarum suis uxoribus ostendere debitam amicitiam servare, et eas ut
expedit per debitas monitiones instruere. Quod non deceat
reges et principes et universaliter omnes cives erga
suas coniuges nimis esse zelotypos

XXI

QUONIAM decet reges et principes et universaliter
omnes cives scire quomodo circa ornatum corporis deceat
suas uxores debite se habere. Nam cum vir suam
uxorem regere debeat eam dirigendo ad actiones
honestas et ad opera virtuosa, expedit quomodo viros
in his in quibus ut plurimum delinquunt feminae diligenter
advertere quae sunt ibi licita et quae illicita. Cum ergo
mulieres ut plurimum appetant videri pulchrae, potissime delinquunt
circa ornatum corporis. Quare decet viros cognoscere quibus
mulieribus ornatus sit licitus et quibus illicitus. Nam nunquam uxores
virtuose consistunt nisi appetant illicita fugere.
Quantum autem malum inferat regno et civitati quod feminae
non virtuosae nec appetentibus licita sed illicita ostendit Philosophus
primo Rhetoricorum. Cum loquens de Lacedemoniis ait eos infelices
esse secundum dimidium eo quod suis uxoribus illicita
permittebant. Nam ergo domus principis vel cuiuslibet civis,
secundum dimidium sit infelix quantum ad ornatum et etiam
quantum ad alia circa quae feminae consueverunt delinquere, decet
eas debite cohibere. Sciendum ergo ornatum feminarum quantum
ad praesens spectat in duobus consistere. Nam unus potest dici
fictitius, alius non fictitius. Fictitius autem ornatus dicitur fucatus ut
appositio coloris albi vel rubei, quibus per quaedam figmenta
ostendunt rubicundiores se feminae vel albiores vel aliquo modo
pulchriores quam sint. Talia autem quae sunt fictitia et sophistica
sunt illicita et prohibenda. Alius autem ornatus,
est non fictitius, qui consistit in debitis indumentis et aliis
ornamentis, quae considerato proprio statu et conditionibus personarum
debite et ornate stant, sunt licita et honesta. Decet
igitur viros secundum suum statum suis uxoribus in debitis vestimentis
et in aliis ornamentis debite providere. Unde et Valerius
Maximus refert Romanos concedebant quam uxoribus suis
in pulchris indumentis et in ornamentis debite providebant.
Sicut ergo sciendum est de ornatu, sed ut uxores
ipsas magis servare contineamus quam circa vestimenta et circa
corporis ornamenta deceat contineri se habere. Advertendum
autem quod circa ornatum vestimentorum contingit dupliciter peccare

Primo ex superhabundantia. Secundo ex defectu. Ex superhabundan-
tia enim ut videtur oportet ibi triplicem virtutem considerare. quam tan-
git Andronicus peripateticus in libello quem fecit de virtute.
huius autem triplex virtus est. humilitas moderantia simplici-
tas. Tunc enim mulieres circa ornatum corporis sunt humiles cum
non propter vanam gloriam se ornant. sed hoc agant ut suis viris
placentes eos a fornicatione retrahant. Tunc vero sunt
moderate. quando considerato suo statu non superflua vestimenta
querunt. Decet enim uxorem militis magis esse ornatam vesti-
bus quam uxores simplicium civium. adhuc etiam uxorem principis
vel regis decet esse magis ornatam. dato etiam quod uxor alicuius
viri esset humilis non ornans se propter vanam gloriam posset delinquere
in ornatu si non esset moderata et ultra quam suus status requi-
reret appeteret ornamenta. Tertio decet feminas circa ornatum
corporis esse simplices ut non nimia sollicitudine ornamenta
requirant. Nam et si femina non propter vanam gloriam ultra se
ornaret. nec ultra suum statum ornamentum appeteret. posset
delinquere si nimis esset sollicita circa ipsa. Hiis ergo tribus
modis contingit delinquere circa superfluitatem ornamentorum.
Sed duobus modis ut ponitur contingit delinquere circa defectum.
Primo si hoc fiat ex pigritia vel negligentia. Nam
aliquae adeo sunt pigre quod ex sua negligentia omittunt
sollicitari circa debita ornamenta sive indumenta. Secundo in ta-
libus delinquitur si ex ipso defectu queratur laus et gloria. Contin-
git enim aliquas aliquando efferri et superbire ex ipsa miseria quam
sustinent. Nam sicut in ipsis claudis et infirmis existentibus
apud ianuas ecclesiarum ut plurimum accidit quod infirmi-
or magis gloriatur. quia credit quod in eum plures aspiciant et
sperat se plures elemosinas acceptura. Sic enim aliquis qui
vilior est in habitu magis superbus efficitur si credit ex hoc
ab hominibus commendari. delinquunt ergo mulieres si ex vilitate
habitus et ex defectu vestium gloriam requirant. Unde et Philosophus iiii
Ethicorum vituperat Lacedemonios qui infra suum statum vestimen-
ta querentes ex hoc in elationem et iactantiam movebantur. Hoc
ergo modo inducende sunt coniuges quantum ad ornatum corporis
ut circa illa sex que tetigimus diligenter intendant et moneantur.
Primo enim monende sunt ne sint sophistice querentes
fucos et figmenta. Secundo ut sint humiles. ne propter vanam gloriam
nimium ornent se. Tertio ut sint moderate ne ultra

Eorum statum vestimenta conquirat. Quarto ut sint similes nec circa ornamenta nimia sollicitudine vexentur. Quinto ne sint negligentes · nec notam iuxta eorum statum propter pigritiam deserant circa ornamentum corporis. Sexto ne ex vilitate ciborum corporis sive habitus sint superstitiose · ut ex ipso defectu vestium laudem et gloriam capiant etc.

## Quale sit consilium mulierum · et quod earum consilio non est utendum sed in casu

xxij Multi autem in hoc videntur delinquere · quod circa uxores proprias sunt nimis zelotypi. Sed quod nimius zelus non sit laudabilis triplici via ostendere possumus. Nam cum quis erga suam coniugem est nimis zelotypus · ex nimio zelo quem erga eam gerit omnia suspicatur in peius · ulterius et uxores bene viventes et debite se habentes et gerentes increpantur a viris · si contingat eos esse nimis zelotypos · eo quod zelotypi sic et etiam bona circa suspicantur in peius. Ex suspicatione autem ipsius zelotypi si nimius sit eius zelus tria mala consurgunt · ex quibus tres rationes sumi possunt ostendentes nimis zelotypos non esse laudandos. Primum est · quod viri in seipsis nimia perturbatione vexantur. Secundum quod ex hoc ipso uxores incitantur ad malum. Tertium quod ut plurimum ex tali zelo consurgit in domo litigium et perturbatio. Prima via sic patet. Nam si viri nimio zelo moveantur circa uxores proprias quasi semper sunt in suspicatione · et per consequens sunt in anxietate cordis · quare cum una cura impediat aliam, quod sic zelantes retrahi a debitis curis · et a civilibus operibus. Decet ergo omnes cives non nimis esse zelotypos de suis coniugibus · tanto magis hoc decet reges et principes · quanto magis praeiudicium potest insurgere regno si reges sint in anxietate cordis et retrahantur a debita cura regiminis. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex eo · quod uxores incitantur ad malum si contingat suos viros nimis esse zelotypos. Communiter enim est quod semper

Nota prohibitio auget concupiscentiam. Nam iuxta Philosophum in II Rhetoricorum concupiscentia est eius quod abest · ideo patet ibidem quod senes magis desiderant vinum ultima die quam praecedentibus diebus · eo quod tunc magis deficit eis vita. Et ergo magis concupiscitur quod abest · et quod videtur nobis deficere · sed res prohibita eo ipso quod prohibetur videtur abesse et deficere · ex hoc ipso magis desideratur et concupiscitur. Sequitur ergo uxores zelotyporum magis incitari ad malum · quia augetur in eis concupiscentia ex custodia

zelo virorum et ex ipsorum inordinata zelotipia. Tertia via sumitur
ex lite et iurgio sive iurgio quod in domo consurgit. Nam
cum indebite uxoribus quasi sine causa displiceant et quia cum viri
nimis sine culpa suspicentur de ipsis mala que faciunt
viri nimis zelotipi non possunt patienter sufferre. propter
in domo eorum ut plurimum oriuntur lites et iurgia. Non ergo decet
viros de suis coniugibus esse zelotipos. ut circa decet eos
circa suas coniuges nullam habere custodiam et nullum habere zelum
sed condicionibus consideratis personarum et inspectis consuetudinibus patrie
quibus circa coniuges suas zelo debitam curam et debitam dili
gentiam adhibere. Sic igitur decet unumquemque erga suam co
niugem ordinatum habere zelum ut sint inter eos amicitia
naturalis delectabilis et honesta.

## Quomodo decet reges et principes et universaliter omnes cives propriis coniugibus sua secreta aperire. et quomodo non decet. XXIII

CONSILIUM MULIERUM ut dicitur primo
politicorum est invalidum. Nam sicut puer habet consilium
imperfectum quia deficit a perfectione viri. sic et femina
habet consilium invalidum. quia habet complexionem invalidam
et deficit a valitudine viri. Cum enim femine non sint rob
uste corde non est ex bonitate complexionis sed ex malicia
mollities enim carnis in ipsis magis arguit humiditatem
fleumatis quam bonitatem complexionis. quia ergo sic est oportet
feminas deficere a robore viri et habere consilium invalidum.
Nam quanto corpus est melius complexionatum tanto est magis
proporcionatum anime propter quod et magis obsequitur ei et anima existens
in tali corpore liberius utitur operibus propriis et expeditius habet
robur usum. Primum igitur quod est attendendum in consilio
mulierum est quia est invalidum. secundum vero quod est attendendum
est quia est velox et citum. Nam ut videtur per ipsum homo de alibi
omnia minora et debiliora citius veniunt ad suum comple
mentum. consilium ergo mulierum quia est invalidum quam consilium
viri citius venit ad suum complementum. ceteris ergo operibus si quis
operari statim debet ut possit ad id negotium sufficienter
deliberare. habere eligibilius est muliebre consilium quam viri
le. Nam ut non moveatur ab indigentibus. et a deo sic in quo
est summa prudentia. quia quod agat ordinate et prudenter. prudentis
prudentibus enim est se cito expedire et modicum temporis appone
re in rebus vilioribus de quibus est minus curandum. Unde et pro
verbialiter dicitur quod mala herba cito crescit. quia una de causa
modicam curam cito producit ipsam ad suum augmentum

Sic et mulier coniuncta ad corpus viri habet esse perfectum quam vir-
gine tamen circa regimen complexionis corporis sed ipsum corpus muli-
ebre eo quod sit iuuenis et natiua humiditate de ipso curat tenuis
peruenit ad suum complementum quam iuuenis. Sic et consilium muliebre
natum est in sua perfectione et complemento quam iuuenis. Et ut dicitur melius
est consilium uxoris quam mulieris. eo quod iam sit corpus constanter
et mulier habeat consilium invalidum. Nichilominus tamen potest esse mulie-
bre consilium quam iuuenis melius. ut quia id est circa vel suo comp-
lemento. si oportet iuvenem operari. forte eligibilius esset huius
consilium. Quomodo debent reges et principes et uni-
versaliter omnes cives suis coniugibus sua aperi-
re secreta et quomodo non

XXIIII

TRIPLICI via investigari potest quod mulieres
communiter et ut plurimum secreta tenere non possunt.
Prima via sumitur ex defectu rationis. Secunda ex mol-
litie cordis. Tertia ex appetitu laudis. Prima
via sic patet. quia ut in precedentibus dicebatur eo ipso quod aliquid est pro-
hibitum augetur concupiscentia nostra ut appetamus illud. quare
cum ponitur aliquid in secreto et prohibetur ne dicatur ideo ex ipsa pro-
hibitione incitatur concupiscentia magis ad dicendum secreta
quam alia. nisi ergo ex ratione huiusmodi concupiscentia refrenetur non
contineri possunt retinere secreta. mulieres ergo eo quod ab
usu rationis deficiant non possunt se refrenare concupiscentias
sicut magis comparatiue secretorum quam sunt mares. Nam si pro-
hibite augent concupiscentiam tanto sunt proniores mulieres
ad faciendum et dicendum prohibita quam masculi. quanto ab usu
rationis deficientes non sunt minus possunt refrenare inordinata
concupiscentias quam viri. Secunda via ad investigandum hoc
idem sumitur ex mollitie cordis. Nam quia mulieres ut plurimum
sunt molles et ductibiles statim cum aliqua persona eis applau-
dit et ridet in facie earum credunt ipsam esse amicam et reve-
lant ei omnia secreta cordis. Tertia via ad hoc probandum
sumitur ex appetitu laudis. dicebatur enim in precedentibus quod mulieres
nimis appetunt laudari et gloriari. unde est videre quod communiter et
ut plurimum mulieres aliis mulieribus quas credunt
amicas esse reuelant secreta virorum. credunt enim ex hoc
esse in quadam excellentia et laudari apud eas si sciant
referre virorum secreta. nam quia videtur a suis viris diligi
si sciant secreta ipsorum tamen gloriantur si possunt se laudare quia
suis maritis diliguntur. appetentes quandam inanem gloriam

Et quamvis laudet de facili revelant secreta mulierum. Philosophus
de civili appetitu quamvis viri suis coniugibus deceat revelare secre-
ta tamen dicit hos esse minores inveniemus · hos mulier-
hos secundum · non est intelligendum talia universaliter imponere · sed
plus ut in pluribus · et secundum quandam pronitatem et
inclinationem · possunt tamen tam femine quam viri per virtutem ipsorum
si voluerint esse constantes · et vincere huius impetum et inclin-
ationes · non enim licet sit difficile superare inclinationem concupiscen-
tiarum et licet forte sit hoc magis difficile in feminis quam in viris
eo quod magis deficiant a rationis usu non tamen est impossibile. Pos-
sunt ut tamen viri cum mulieres huius appetitum vincere se-
cretalia mulieres quamvis sint propalatrices secretorum non tamen
est inconveniens aliquas mulieres esse debita secreta tenentes.
Viri si contingit eas esse discretas prudentes et stabiles
et non esse secretorum propalatrices. Huius viso quam considerandum
sit quomodo coniunctio viri et uxoris sit naturalis et quomodo se ha-
beant ad alias communitates domus quam etiam delectabilis sit
quomodo Reges et principes et universaliter omnes cives se habere
deceat ad suas coniuges · et quomodo cum eis deceat conversari
Imponatur finis prime partis huius 2i libri in qua agitur
de regimine coniugali Videbitur forte aliquibus non sufficienter
esse traditam noticiam regiminis nuptialis · eo quod non consid-
erat ad que opera sunt coniuges ordinande et indecens eas
ociosas esse ut superius dicebatur describenda sunt opera
que decent coniuges exercere · sed quia de eis infra dicetur
volumus ea hic silentio preterire etc

## Incipiunt capitula secunde partis libri secundi

i Quod decet omnes parentes circa proprios filios
esse sollicitos tam circa regimen filiorum

ii Quod maxime decet Reges et principes sollicitos

iii Quod regimen paternale sumit originem
ex amore et quod non eodem regere debent re-
ges filios quo regendi sunt servi

iiii Quod amor qui debet esse inter patrem et filium suf-
ficienter indicat patres debere regere filios
et filios obedire patribus ab ipsa infantia instruendi

v Quod decet omnes cives et maxime Reges et
principes esse sollicitos circa curam filiorum ut
in bonis moribus fide

vi Quod decet omnes cives et maxime reges et principes ut ab ipsa infantia bonis moribus //
vii Quod filii nobilium et maxime regum et principum ab ipsa infantia se imbuendi in liberalibus disciplinis // imbuendi
viii Quas scientias debent addiscere filii nobilium et maxime regum et principum
ix Qualis debet esse magister cui filii nobilium et maxime regum et principum est proponendus
x Qualiter circa loquelam visum et auditum instruendi sunt iuvenes
xi Quot modis peccatur circa cibum et qualiter se habere debeant iuvenes circa ipsum cibum
xii Qualiter instruendi sunt pueri ut se habeant circa potum et circa venerea et circa coniugia contrahenda
xiii Qualiter pueri sive iuvenes se debeant habere in ludis in gestibus in vestitu
xiv Quod in etate iuvenili maxime cavenda est prava societas
xv Qualis cura gerenda sit de pueris a primo nativitatis usque ad septem annos
xvi Qualis cura sit habenda de filiis ab anno quartodecimo et deinceps
xvii Quod omnes iuvenes aliqualiter exercitandi sunt ad corporalia exercitia et labores
xviii Quod filie civium et maxime nobilium regum et principum a discursione et evagatione omnes cohibende sunt
xix Qualiter omnes cives et maxime nobiles reges et principes debent sollicitari erga filias ne velint vivere ociose
xx Quod decet reges et principes et universaliter omnes cives sollicitari erga filias ut sint debito modo taciturne. Quod decet omnes circa proprios filios esse sollicitos

Expedita prima parte huius 2i libri
qua determinatum est de regimine principali
Restat exequi de secunda in qua agetur
de regimine paternali. Non enim sufficit presi-
dentem familias scire coniugem regere nisi noverit
filios debite gubernare. Sciendum igitur
quod cum civitas viri et uxoris domini et filii
pertineant ad domum comparationem primam, civitas
vero patris et filii pertineant ad domum iam
perfectam, quia domus prima precedit iam domum in esse
perfectam. Ideo forte videretur alicui statim post determinationem de
regimine imperiali determinandum esse de regimine filiorum. Quia
dicitur primo politicorum. Oeconomice est maior sollicitudo circa
homines quam circa possessionem inanimatorum, et circa liberos quam circa
servos. Ideo prius decrevimus determinare de regimine filiali quam
servili, tangentes de eo circa quod amplius decet esse cura. In deter-
minando quidem de regimine filiorum primo ostendere volumus
quod decet omnes patres circa proprios filios esse sollicitos. Nam
cognita sollicitudine que est circa filios habenda, magis
necessitabimur parentes ut filios suos bene regant. Possumus
autem via triplici venari quod decet huiusmodi sollicitudinem habere parentes.
Prima sumitur ex eo quod patres sunt causa filiorum et filii habent
ab eis esse. Secunda ex eo quod sunt superiores et preservatores
illis. Tertia vero ex eo quod inter eos decet esse amicitia naturalis.
Prima via sic patet. Nam sicut in naturalibus rebus aspicimus
quod nunquam natura dat esse alicui nisi sit sollicita circa ea per
que id valeat conservari in esse. Ut si natura dat esse igni statim
est sollicita dare ei levitatem per quam feratur sursum, eo quod in
loco superiori magis habet in esse conservari quam in inferiori. Sic
etiam si natura dat animalibus esse, quia animal sine cibo conservari non
potest, statim est sollicita dare animalibus ora et alia organa per que
possint sumere cibum et nutrimentum. Quare si patres sunt causa
filiorum et filii a parentibus naturaliter esse habent, decet patres habere
curam et sollicitudinem erga filios ut inveniant eis ea per que
possint bene vivere et per que valeant conservari in esse. Secunda
via ad investigandum hoc idem sumitur ex eo quod patres sunt pre-
seniores filiis et debent eis preesse. Naturaliter enim corpora superiora
in inferiora influunt et ea regulant et conservant. Videmus autem
supercelestia corpora influere in hec inferiora et ea regere et conservare.
Quare si naturale est ut superiora et preeminentia in inferiora
influant et ea regulent et conservent, decet quoslibet dominantes
et preeminentes sollicitari quomodo per debita auxilia influant

Et subveniat suis subditis et quod eos regulet et gubernet. Unde et ipse deus qui singulis rebus preest ex sollicitudine et prudencia totum universum presidet. Ideo cum patres naturaliter presunt filiis debent circa eorum regimine esse solliciti. Tercia via sumitur ex parte amicicie naturalis que est inter patres et filios. De racione namque amoris est ut sollicitet amantes circa rem amatam. Quilibet enim sollicitatur circa dilectum. Quare cum inter patrem et filium sit amor naturalis ut probatur viii ethicorum decet patres ex ipso amore naturali quem habent ad filios sollicitari circa eos etc. Quod maxime decet reges et principes sollicitari circa regimen filiorum suorum.

Licet omnes patres deceat sollicitari circa proprios filios ut patet per raciones superius assignatas maxime tamen decet Reges et principes sollicitudinem gerere. Quod triplici via venari possumus. Prima sumitur ex eorum intelligencia. Secunda ex bonitate ampliori filiorum. Tercia vero ex utilitate Regni. Prima via sic patet. Nam sicut patet in primo de animalibus que ex animalibus intelligenciora sunt magis habent sollicitudinem circa filios naturaliter. Naturale enim est quemlibet diligere sua opera ut dicitur in 9 ethicorum. Unde et patres naturaliter diligunt suos filios et poete sua poemata tamquam propria. Quanto ergo aliquis est intelligencior et magis cognoscit propria opera tanto maiori sollicitudine et dilectione movetur circa ea. Patres ergo tantomagis debent sollicitari circa suos filios quanto prudenciores sunt et quanto maiori diligencia vigent. Cum ergo dictum sit quod Reges et principes et universaliter omnes dominantes sic deceant naturaliter dominari quod polleant prudencia et intelligencia super alios, tanto decet Reges et principes magis sollicitari circa proprios filios quam ceteros quanto in eis magis vigere debet intellectus industria et prudencia. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex bonitate filiorum. Decet enim filios Regum et principum maiori bonitate pollere quam alios. Quia sicut patet in politicis voluntas(?) quod quanto aliqui sunt in maiori statu et in altiori dignitate sic debent meliores esse et esse magis perfecti sciencia et virtutibus. Longinquum enim est ut qui alios regere cupit ut sit adeo prudens ut ceteri ex ipso possent sumere quendam exemplar virtutis et bonorum(?). Filii igitur Regum licet non omnes sint Reges tamen communiter constituuntur in aliquo principatu et in aliquo dominio in quo oportet eos esse prudentes alios gubernare. Magis ergo decet eos

Esse prudentes et bonos. sed cum filii perveniant ad maiorem
bonitatem et prudentiam si patres circa eos sint solliciti quam si circa
ipsos se habeant negligenter. tanto reges et principes debent
magis solliciti esse circa proprios filios. quanto filii eorum pollere debent
maiori prudentia et ampliori bonitate. Tertia via sumitur
ad hoc idem ostendendum ex utilitate regni. Bonitas enim regni
dependet ex bonitate eorum qui sunt in regno. et maxime dependet
ex bonitate principantium in ipso. Nam sicut sanitas corporis naturalis
dependet ex sanitate omnium membrorum. et maxime ex sanitate cordis
et membrorum principalium. eo quod cor et principalia membra habent
influere in alia et rectificare ipsa. Sic bonitas regni dependet
ex bonitate omnium civium et maxime tamen dependet ex hiis qui principantur
et dominantur in regno. Utile est ergo toti regno habere bonos ci-
ves. sed utilius est habere bonos principantes. eo quod prin-
cipantium sit alios regere et gubernare. Tanto ergo magis debent
reges et principes solliciti esse circa proprios filios ut polleant
prudentia et bonitate. quanto maior utilitas consurgit ipsi re-
gno ex bonitate filiorum regum. qui debent habere principatum et do-
minium in regno quam ex bonitate et prudentia aliorum etc.

Quod regimen paternale sumit originem ex amore et quod non eodem regimine debent regi filii quo reguntur servi ix

9 QVI· POST tractatum de regimine coniugis det-
erminandum est de regimine paternali videndum est
unde sumit originem regimen paternum et quo
regimine regendi sunt filii. Sciendum igitur quod triplex
est regimen. Nam omnis regens alios. vel regit eos secundum
certas leges et secundum certa pacta. et tale regimen ut
supra dicebatur nominatur politicum vel civile. vel regit
eos secundum arbitrium et hoc potest esse dupliciter. quia vel sic re-
gens intendit bonum proprium et tunc dicitur despoticum vel ser-
vile. vel intendit bonum subditorum. et tale regimen
dicitur regale. Hiis autem tribus regiminibus si quis inspexerit aliquos
regnare in civitate et castris appellantur talia regimina rep-
eriri etiam in una domo. Nam regimen coniugale appellatur regi-
men politicum. Quia uxori ut in prehabitis tangebatur non omnino
est praeesse simpliciter ex arbitrio. sed ei praeesse oportet ut requirunt
leges matrimonii. et ut postulant pacta debita et ho-
nesta que intervenerunt inter uxorem et virum. Regimen vero pater-
nale appellatur regale. Nam filiis preest pater ex arbitrio non
secundum conventiones et pacta. Nam pacta et conventiones non inter

veniunt ut subditi et permitteretur nisi sit in potestate subditi
preeligere sibi rectorem. non autem est de potestate filiorum eligere sibi pa-
trem, sed ex naturali origine filii procedunt a patribus. Non enim
sic filii eligunt sibi patres ut uxores viros. Quare cum regimen
filiorum sit ex arbitrio et sit propter bonum ipsorum filiorum, huiusmodi
regimen non assimilatur regimini politico sed regali. Visum est pluribus
in primo politicorum aut virum preesse mulieri et natis
tanquam liberis, non tamen eodem principatu, sed mulieri
quidem politice, natis autem regaliter. Tertium vero regimen
quod est in domo, ut regimen quo regitur familia, certum assimilatur
regimini dominativo. His autem sic ostensis magis manifeste
apparet verum esse quod in principio capituli proponebatur. Nam si pater
dicitur preesse filiis regaliter et propter bonum ipsorum, cum amare aliquem
idem sit quod velle ei bonum, pater dicitur preesse filiis propter dilectionem ipsorum
et quia vult eorum bonum. constat ergo quod huiusmodi regimen sumit origi-
nem ex amore. Ex hoc ergo manifeste ostenditur quod non eodem regimine
debent regi filii quo regendi sunt servi. Nam dominus preest servis
propter bonum proprium, non propter bonum servorum. Hoc enim secundum philosophum est preesse ali-
quibus serviliter non intendere bonum ipsorum, sed bonum proprium. pater tamen
dicitur preesse filiis propter bonum ipsorum. Ex ipsa ergo distinctione regiminum
patet paternale regimen non esse idem quod servile, sed sumere
originem ex amore. Tunc ut manifestius appareat quod dicitur
possumus triplici via venari paternale regimen ex amore. Prima
via sumitur ex ordine naturali, secunda ex ipsa perfectione patris.
Prima via sic patet. Natura enim per naturam dedit in generatione rebus
ut que non possunt perpetuari in seipsis perpetuentur in suo simili,
quare si regimen paternum ex hoc sumit originem, quia filius est
naturaliter quedam similitudo procedens a patre, cum secundum naturam ad omnia
similia sit dilectio, ex ipso ordine naturali arguere possumus primum
regimen in amore fundari et ex amore oriri. Sicut enim est de
hominibus naturalis impetus ad producendum sibi simile et ad filios pro-
creandum, sic etiam in eis est naturalis impetus ad eos diligendum
et per consequens ad eos gubernandum et regendum et ad habendum circa
eos sollicitudinem. Est ergo hic naturalis ordo, quod regimen
et sollicitudo paterna sumit originem ex amore. Secunda via ad inve-
stigandum hoc idem sumitur ex ipsa perfectione patris. Nam unum-
quodque perfectum est, secundum philosophum, cum potest sibi simile generare. quare
cum quilibet suam perfectionem diligat, naturaliter pater diligit filium, cum ipse
filius sit quasi quidam testis perfectionis eius. Cum ergo pater
naturalem amorem habeat ad filium, ex huiusmodi amore sollicitatur ut

patris, regat et gubernet: quia non est nisi paternum regimen ex amore nascitur. Viso quod paternum regimen ex amore nascitur, quia filiis decet preesse propter bonum filiorum. Non ergo regendi sunt filii eodem regimine quo regendi sunt servi, quia servus secundum quod huiusmodi quibus preest propter bonum proprium. Si ergo contingat aliquem ita filiis tanquam servis preesse, hoc est ex imperfectione domus, quia forte sit pauper et quia suorum copiam non potest habere. Unde et philosophus vi politicorum ait quod egenus utitur est in mulieribus et filiis tanquam servis etc.

## Quod amor qui debet esse inter patrem et filium sufficienter indicat patres debere regere filios et filios obedire patribus iiij

Ostensum est in precedenti capitulo paternale regimen sumere originem ex amore. Videndum est igitur quantus sit amor patris ad filios et filiorum ad patres, ut nobis manifestetur quod patres debeant filios regere et filii patribus obedire. Sciendum ergo quod per viam ethicorum sciendum triplici ratione probare possumus parentes plus diligere filios quam econverso. Prima via sumitur ex diuturnitate temporis. Secunda ex certitudine prolis. Tertia ex unione parentum ad filios. Prima via sic patet. Nam quanto amor magis durat tanto vehementior efficitur. Amor autem parentum ad filios diuturnior est quam filiorum ad parentes. Nam statim cum filii nascuntur, parentes diligunt eos. Non tamen filii statim incipiunt amare parentes, quia non statim sunt tante cognitionis ut possint discernere quid sit diligendum. Immo quia pueri mox nati nesciunt discernere parentes ab aliis, non statim per amorem afficiuntur ad illos. Sed processu temporis cum sciunt discernere parentes ab aliis incipiunt eos diligere. Diuturnior est ergo amor parentum ad filios quam econverso, quare fortior et vehementior. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex certitudine prolis. Nam parentes magis sunt certi de sua prole quam proles de suis parentibus. Proles vero certificatur non per quod sunt parentes eius nisi ex quibusdam signis vel auditu, ut quia puer iuxta personas aliquas magis afficitur ad eas quam ad alias, arguit illas parentes eius esse, vel quia hoc audivit ab aliis, ideo sic esse putat. In partu tamen nativitatis non est illius cognitionis ut possit cognoscere a qua persona sive matre processit vel a quo patre. Parentes autem statim habent cognitionem de ipsa prole. Ideo magis sunt certi

de ea quam e converso. Propter quod vehementius diligit ipsam quam e converso. Nam
si inter parentes et filios est amor naturalis, ratione huius amor
erit validior, quanto apud parentes est maior certitudo de prole.
Ex hac autem ratione ostendi potest cur matres plus diligunt
filios quam patres, quia de eis certiores existunt. Tertia via
probans hoc idem sumitur ex unione parentum ad filios. Nam filii
sunt magis propinqui et magis uniti parentibus quam e converso. Sed
cum amor quandam unionem importat, filii tamquam magis uniti
parentibus et magis propinqui parentibus magis diliguntur ab eis
quam e converso. Hoc autem imaginari potest, quia filii sunt quasi quedam pars
parentum. Nam filius est quedam pars a parentibus abscisa. Pars
autem magis unitur toti, quia comprehenditur ab ipso, quam totum
uniatur parti, quod ab ea comprehendi non potest. In toto enim
est assignare aliquid quod multum distat a parte, sed nihil est
in parte quod multum distat a toto. Quare si pater moveretur
ad amorem totius, non adeo ferventer diligeret ipsum, quia vi-
deret in ipso tota aliqua que multum distarent ab ipsa.
Et quia quedam pars ipsorum inclusa est in filio, quod in aliquo
modo non sit propinquus parentibus, et quamvis aliquid in eo non perti-
neat ad illos, filii tamen non sic vehementer moventur ad dilectionem
parentum, quia quod est parentum non sic pertinet ad filios et
propinquius non sic est unitum eis sicut quod est filiorum pertinet
ad parentes. Ex hiis autem verbis philosophi ut videtur sufficienter
arguere possumus quod ad parentes spectat sollicitari circa
regimen filiorum, quia quilibet sollicitus esse debet circa ea que
vehementi amore diligit; ad filios vero pertinet obedire
parentibus, quia quilibet illis obedire debet quos scit eum vehementer
diligere et non intendere nisi ipsius bonum. Sic ergo ex verbis
philosophi probare possumus quod in primo capitulo dicebatur. Sed ut
magis specialiter appareat intentum, sciendum quod parentes
magis affectantur circa filios et magis interesse volunt bono
filiorum quam e converso. Non tamen inconveniens est quantum ad aliquos bo-
nos filios magis diligere parentes quam e converso. Nam ut dicitur
VIII Ethicorum, parentes diligunt filios ut existentes aliquid
ipsorum; filii autem diligunt parentes quia sunt ab illis. Amor
ergo parentum circa filios procedit a causa ad effectum et a
superiori ad inferius, sed amor filiorum ad eos procedit ab effectu
ad causam et ab inferiori ad superius. Naturale est ergo quod superiora
influant in inferiora et gubernent ea, non autem e converso. Ideo
parentes naturaliter afficiuntur ad filios ut influant in eos et

ut congregent eis bona ut possessiones et numismata per que sufficiat sibi ad vitam et conversationem ipsi esse. Parentes igitur congregant pro filiis et non econverso. Immo cum filii non possunt sustentare et reprimunt bona parentum. Considerandum uero reverentia et sic superioritas subiectio et non econverso. Ideo filii magis naturaliter honorant et reverentur parentes quam econverso. Sic et querere vitam parentes magis diligunt filios quam econverso. Nam diligere aliquem sit idem quod velle ei bonum. et distinguendum est de ipso bono. Nam si loquimur de bono utili ut de numismate et de aliis que ordinantur ad sufficientiam vite. sic parentes diligunt filios quam econverso. quia congregant pro eis non ipsi pro illis. Sed si loquimur de bono quod est honor et reverentia. sic filii magis diligunt parentes quam econverso. Nam possunt parentes sustinere vituperia et contumelias filiorum quam econverso. Naturale enim est quod cum uterque ad auditum contumelias et vituperia parentum sustinere non possunt. Illa non sic indignantur parentes de contumeliis filiorum quam econverso. Ipso quanto est amor inter patrem et filium. Nam parentes afficiuntur ad filios ut congregent eis bona cum congregare eis bona et circa eorum vitam solliciti sunt eos regere et gubernare ex amore quem habent parentes ad filios debent eos regere et gubernare. Sed cum filii afficiuntur ad parentes tanquam ad eos quos volunt esse in honore et in reverentia. Cum honorare et venerari aliud sit quodammodo subici illi. Sicut ex amore quem habent parentes ad filios debent eos regere et gubernare. sic ex dilectione quam habent filii ad parentes debent eis obedire et eis esse subiecti. Sic ergo quantum ad bonum quod est utile parentes magis diligunt filios quam filii parentes. Sed quantum ad bonum quod est honor et reverentia filii plus diligunt parentes quam econverso. Simpliciter tamen parentes plus diligunt filios quam filii ipsos. Nam plus solliciti et magis assidue cogitant de utilitate filiorum quam filii de honore et reverentia ipsorum.

Quod decet omnes cives et maxime reges et principes sic sollicitari circa filios ut ab ipsa infantia moribus imbuantur.

Videntur autem ipsi fideles communiter per quod tempora vivere possunt omnes cives et maxime reges et principes circa regum filios sic solliciti debent ut ab ipsa infantia instruantur in fide. Fides enim per se secundo rationem est et ea que sunt fidei ratio comprehendi non potest. Ideo ea que sunt fidei simpliciter sunt credenda. Ratio est eis firmiter adherendum. Quia aliqua sic probata si fides supra rationem est et ea que sunt fidei ratio non potest comprehendere. utile est ut in tenera etate proponantur ea que sunt fidei in quantum to

Nos autem dicimus quod licet supra adiecerimus dictum Philosophi quod aetas infantiae est insu-
tes non tamen eis a iuventute vel a patre proponimus monitores, aliqua tamen proponenda
aliqua credenda, nec quae ratio dictorum quia nisi rationem non habent. Sed supra aliquid
est dictum. Secunda via ad investigandum hoc idem sic ostendi potest. Nam ea quae
sunt fidei quae supra rationem sunt, ideo eis supra est credendum. Adhaerendum est
autem his quae sunt fidei ex auctoritate divina et ex sola credulitate, non ex
perspicacia rationis, non tamen hoc ingenium sit, quia nulli dubium esse debet
divinam prudentiam et eius auctoritatem omnem perspicaciam humani ingenii su-
perare. Quare nullus aliquis divine simpliciter credere quam aggestari rationibus
et demonstrationibus hominum. Cum ergo ea quae sunt fidei supra sint credenda, congruen-
tia in illa aetate proponuntur quae supra sunt credita. Talis autem aetas est infanti-
na, ut in se hic proximis cum maximum de moribus iuvenum. Quia iuve-
nes sunt simpliciter creduli. Unde et in 2o Ethicorum dicitur quod iuvenes creduli
sunt solum a lege; appellatur enim ibi per credulitatem a lege monitores
patrias et maternas et doctrinam fidei quam parentes tenent.
Quia ergo in aliis legibus parentes statim se solliciti erudire suos fi-
lios in his quae sunt fidei suae et in his quae pertinent ad eorum legem, ea
quia illa aetas sit simpliciter credita, tanto magis hoc decet esse professores
christianam fidem, quanto magis lex nostra ceteras leges superat.
Sola enim christiana lex est immunis ab omni errore contagionis. In ceteris
autem legibus sunt falsitates aliquae admixtae. Tertia via ad hoc probandum
sumitur ex eo quia his quae sunt fidei est firmiter adhaerendum. Videmus autem
quod consuetudo est quasi altera natura, ut dicitur in libro de Memoria et Reminiscentia.
Ratio autem huius assignatur 7o Ethicorum, quia natura est quod consuetudo
est quod saepe. Saepe autem propinquum est ei quod est semper. Quare consuetudo est proxima
naturae. Quanto ergo magis aliquid est assuetum, tanto magis vertitur in naturam
et tanto firmius adhaeremus illi. Cum ergo magis simus assuefacti
ad ea quae etiam in ipsa infantia insudamus, quia ad ea et prius
magis adhaeremus, ideo ut firmiter et absque haesitatione adhaerere
possimus his quae sunt fidei, talia proponenda sunt nobis ab ipsa infan-
tia. Unde et 2o Ethicorum volens probare consuetudinem magis efficacem
quam artem ait: tu potes scire quantum faciat consuetudo in legibus in quibus
invenies fabulas et apologos magis applicabiles quam
suae veritates. Cum ergo leges gentilium continerent multas fabulas
et apologos, id est multa ficta et deceptoria, sunt sic applicabiles, quia
sunt pueri ab infantia assuescebant illis. Ut firmiter adhaereant fidei
christianae quae sola est catholica et orthodoxa, ab ipsa infantia ea
quae sunt fidei sunt in cordibus proponenda. Verum quia distincte articulos
fidei cognoscere et subtiliter ea quae sunt fidei perscrutari spectat
ad theologicos doctores instructos aliorum in ipsa fide, quia
subtilem perscrutationem laici et maxime pueri scire non possunt,
sufficit quod eis talia proponantur grosse et in quadam summa

Ut quod eis dicatur quod unus est deus omnipotens creator
omnium quod est pater et filius et spiritus sanctus. quod adam
primo nostro patre peccante humano genere per peccatum eius
infecto dei filius ut nos redimeret assumpsit carnem in
beata virgine et est natus ex ipsa. quod ipse dei filius pro
peccata nostra fuit passus mortuus et sepultus. quod descen
dit ad inferos et eduxit inde captivas animas ibi exi
stentes. quod tercia die resurrexit a mortuis. quod ascendit
ad celum sedet ad dexteram dei patris. quod est iterum venturus
ad iudicandum. et omnes resurgent et stabimus ante tribunal eius
reddituri de factis propriis racionem. Ita quod qui bona egerunt
ibunt in vitam eternam. qui vero mala in ignem eternum.
Debent ergo omnes cives sollicitari circa filios ut ab inf
ancia instruantur in fide katholica. Tanto tamen hoc magis decet
Reges et principes. quanto ex fervore fidei ipsorum potest
magis bonum consequi religio christiana. et ex eorum te
piditate potest eis maius periculum imminere.

## Quod filii nobilium et maxime regum et principum ab VI
## ipsa infancia sunt instruendi liberalibus disciplinis

Quanto anima est nobilior corpore tanto omnes
cives et maxime Reges et principes magis sol
liciti debent esse ut eorum filii sint perfecti secundum animam
quam secundum corpus. Si ergo solliciti sunt circa hereditatem et
circa divicias ut possint subvenire filiis quantum ad
indigenciam corporalem. multo magis solliciti debent ut ha
beant perfectam animam. et ut virtutibus et bonis moribus imbuantur.
Et quia hoc tamen existit bonum nostrum vel per negligenciam
perit. Si ab ipsa infancia instruendi sunt pueri ut re
linquentes lasciviam sequantur bonos mores. Possumus autem
quadruplicem viam venari quod ab ipsa puericia instruendi sunt
pueri ad bonos mores. Prima sumitur ex generalitate de
lectacionis. Secunda ex defectu racionis. Tercia ex pronitate
quam habemus ad malum. Quarta ex imitacione eorum que habitus. Prima
via sic patet. Nam secundum philosophum in ii ethicorum. adeo connaturale est nobis
delectari. quod ab ipsa infancia delectari incipimus. Unde et pueri
statim delectantur cum incipiunt sugere mamillas. Si ergo sic ab
ipsa infancia tenera connutritur nobiscum concupiscencia
delectabilium. ab ipsa infancia est tali concupiscencie resistendum.
Ex ipsa ergo generalitate delectacionis statim cum pueri sunt sermo
nis capaces sunt instruendi ad bonos mores. et dentur eis
rectores et monitores debite. Secunda via ad investigandum hoc eciam

sumitur ex robore defectiuo. Nam tunc sunt adhuc magis monendi ad
bonos mores, quia magis imitantur ad lascivias et magis sunt
passionum insecutores, ut patet per philosophum 2 Rhetoricorum. In iuvenili etate
maxime sunt homines lascivi et passionum insecutores. Ergo tunc
maxime est eis subveniendum, ut per monitiones debitas et
per correctiones congruas retrahantur a lasciviis. Quare cum
robur sit concupiscentias et lascivias refrenare, quanto aliquis
magis a robore deficit, tanto magis inclinatur ut sequatur passi-
ones. In iuvenili ergo etate sunt primo instruendi ad bonos
mores, quia tunc magis ab usu rationis deficiunt et sunt magis
insecutores passionum. Tertia via sumitur ex pronitate quam
habemus ad malum. Nam cum aliquis est pronus ad aliquid, oportet ipsum
assuescere multo ingenio ne inclinetur ad id, ut plurimum.
Nam homines sunt quedam virga inclinata ad malum. Unde
et circa finem secundi Ethicorum ait philosophus hoc modo decet nos di-
rigere ad bonos mores quo dirigitur virga tortuosa. Vo-
lentes enim virgam tortuosam rectificare inclinant eam ad partem
contrariam valde, que sic inclinata redit ad medium et ad
rectitudinem. Sic et nos, quia obliquitatem et pronitatem ha-
bemus ad malum et ad delectationem illicitam, decet nos per multum tempus
ab illicitis delectationibus abstinere, ut possimus hanc pronitatem
vitare. Immo sicut virga rectificanda ad partem contrariam ultra
medium declinatur ut possit ad medium reduci, sic et nos
in fugiendo delectabilia decet nos ultra medium facere,
ut dimittamus multas delectationes etiam licitas, tamen ut
facilius ab illicitis abstinere possimus. Si ergo tantam pronitatem
habemus ad malum et oportet nos sic per diuturna tempora assuescere
in contrarium ut ad bonum, ut facilius hanc pronitatem vitare
possimus, ab ipsa infantia est inchoandum, ut adolescentes
lascivias spernant et bonos mores, nec tamen ultimo deserendum.
Quarta via sumitur ex imitatione habitus contrarii. Nam
quia iuvenes molles sunt et ductibiles, si sine freno
sequuntur lascivias, statim imprimuntur in eis habitus vitiosi,
sicut in cera molli et ductibili statim imprimitur forma sigilli.
Ne ergo iuvenes informentur habitibus vitiosis, statim ab ipsa
infantia sunt monendi et corrigendi, ut per monitiones et correc-
tiones debitas a lasciviis retrahantur. Decet ergo omnes cives
et maxime reges et principes solliciari circa filios ut
ab ipsa infantia instituantur ad bonos mores. Tanto tamen
magis hoc decet reges et principes, quanto bonitas filiorum

est utilior ipsi regno, et quanto ex ipsorum malicia plus in regno
maius periculum imminet. **Quas scientias debent addi-
scere filii Nobilium et maxime regum et principum** vii

Licet deceret omnes homines cognoscere
literas ut per eas prudentiores effecti magis
possent illicita praecavere, videntur tamen aliqui licite
excusari hi qui non insudant studiis literarum.
Tales autem sunt pauperes non habentes vitae necessaria qui si re-
trahuntur a literalibus disciplinis ut quaerant sibi vitae necessaria
videntur excusabiles esse. Nobiles autem et maxime reges
et principes in divitiis et in possessionibus habundantes omnino
inexcusabiles existunt si non sit sollicitudo circa regum
filios ut etiam ab ipsa infantia tradantur liberalibus disci-
plinis. Cum autem studio literarum sit ab ipsa infantia incho-
andum, possumus tria in ea venari. Prima tria sumuntur ex
parte eloquentiae, secunda ex parte attentionis, tertia ex parte perfectionis
quae est ex scientia acquirenda. Volentes enim literas discere
et literales sermones scire distincte proferre, primo decet eos
esse eloquentes. Secundo decet eos esse attentos et studiosos
circa ea quae in literis traduntur. Tertio decet ipsos secundum modum
debitum pervenire ad perfectionem scientiae convenientem. Prima via sic patet.
Nam videmus in idiomatibus vulgaribus quod raro quis potest
debite et distincte aliquod idioma proferre nisi sit in eo
ab ipsa infantia assuefactus. Cum enim in aetate perfecta trans-
feruntur se ad partes longinquas quarum idiomata differunt a
maternis, etiam si per multa tempora in partibus illis existant,
nunquam videntur recte loqui linguam illam, sed ab incolis illius
terrae semper cognoscuntur ipsos fuisse advenas et non fuisse
in illis partibus oriundos. Et quod sic est in idiomatibus laicorum
multo magis hoc tenet in idiomate literali quod est perfect-
ius idioma. Videntes enim philosophi nullum idioma vulgare
esse completum et perfectum per quod perfecte possent exprimere naturas
rerum et mores hominum et cursus astrorum et alia de quibus disp-
utare volebant, invenerunt sibi quasi proprium idioma quod
dicitur latinum idioma vel literale, quod constituerunt adeo latum et
copiosum ut per ipsum possent omnes suos conceptus quos
vellent sufficienter exprimere. Quare si hoc idioma est adeo completum
et alia idiomata non possumus recte et distincte loqui
nisi ab ipsa infantia assuescamus ad illa, ex parte

eloquentie, videlicet ut recte et distincte loquantur ydiomate latino. Si volumus liberales discere, decens ab ipsa infancia liberalibus insudare. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex parte attencionis et fervoris quem oportet in studio adhibendum. Nunquam autem quis bene studet nisi sit fervens et attentus. Cum ergo consuetudo sit quasi altera natura, ut vult Philosophus in Politicis, nobis magis placeant illa opera ad que sumus ab ipsa infancia assueti. Quia quilibet est magis intentus et fervens circa ea que sunt magis placita, ut possimus esse magis attenti et ferventes circa studium liberale, ab ipsa infancia insudandum est liberalibus disciplinis. Tercia via sumitur ex parte perfectionis que est in sciencia adquirenda. Nam vix aut nunquam quis pervenit ad perfectionem sciencie nisi quasi ab ipsis cunabulis vacare incipiat circa ipsam. Nam licet intelligencie eciam ab ipsa creacione sint create bene disposite ad intelligendum et ad cognoscendum naturas rerum, homo tamen est male dispositus ad capiendum disciplinam. Licet enim unus homo sit melioris ingenii quam alius, universaliter tamen homines male nati sunt ad sciendum, quia nostra cognicio inicium a sensu et a posterioribus habet. Unde et Philosophus in primo de anima vult quod anima plus temporis apponat in ignorancia quam in sciencia. Pro multo enim tempore oportet insudare studio antequam pervenire possit ad perfectionem sciencie. Quare si vita nostra est brevis et artes et sciencie sunt difficiles et longe, et homines communiter male nati sunt ad capiendum scienciam, si volumus ad aliquam perfectionem sciencie pervenire, decens ab ipsa infancia et quasi ab ipsis cunabulis inchoare. Decet ergo omnes nobiles et maxime reges et principes patres, si volunt suos filios recte et distincte loqui liberales sermones, et si volunt eos esse ferventes et attentos circa ipsos et pervenire ad aliquam perfectionem sciencie, ab ipsa infancia eos tradere liberalibus disciplinis debent. Nam ut superius dicebatur, non est naturaliter dominus nisi pervigeat prudencia et intellectu. Quare si per cognicionem litterarum efficitur quis instructior et magis viget prudencia et intellectu, tanto magis decet filios regum et principum ab ipsa infancia insudare liberalibus disciplinis, quanto decet eos intelligentiores et prudenciores esse, ut possint magis naturaliter dominari. Posset et ad hoc idem alia racio adduci. Nam si princeps non vigeat prudencia et intellectu, de facili convertitur in tyrannum, quia non curabit

de opibus virtutis · sed appreciabitur numismata et exteriora bona
ultra quam debeat · erit ergo tyrannus et populi depredator Nec
ergo filii regum et principum cum ponuntur in aliquo dominio
tyrannizent · decet ipsos ab ipsa infantia insudare litteris
ut vigere possint prudentia et intellectu

## Quas sciencias debent addiscere filii Nobilium et maxime regum et principum

SEPTEM SCIENCIAS esse famosas apud
antiquos antiqua auctoritas protestatur. Hujus
autem sunt Gramatica · dyalectica · Rethorica
Musica Arismetrica Geometria Astronomia
Has autem omnes liberales vocant · eo quod filii liberorum
et Nobilium ponebantur ad illas Addiscebant ergo primo filii
nobilium Gramaticam Nam gramatica secundum Alphorabium inventa
est ne erretur in lingua et ne peccetur in sermone Addiscimus
enim per gramaticam sermonem latinum sive idioma quod est
idioma philosophorum Cum sub tali ergo sermone philosophi suas sciencias
tradiderunt Cumque per nos ipsos non sufficimus ad in
veniendum omnia scientifica · sed indigemus ad hoc auxilio
doctorum et philosophorum · expedit nobis scire idioma id in quo
doctores et philosophi sunt locuti · et quia hoc scitur per gramaticam · ideo
gramatica inter scientias liberales est computata · quia filii libe
rorum et Nobilium insistebant ei in prima Scientia liberalis secunda dicitur
dyalectica · que docet modum arguendi et opponendi Nam modus
sciendi in hoc est ut per debita media et per debitas rationes
manifestetur propositum Oportuit ergo invenire aliquam scientiam
docentem modum quo formanda sunt media et rationes Nam
nisi modum arguendi sciremus possemus in arguendo peccare et
paralogismis decipi · crederemus enim aliquando bene concludere et conclu
deremus falsum · eo quod ignoraremus arguendi modum Sicut ergo prima
est gramatica que est directiva lingue ne erretur in loquendo
scilicet secundum Alphorabium secunda est dyalectica que est directiva
intellectus ne erremus in arguendo Tercia scientia liberalis que
est Rethorica Est autem Rethorica ut innuit philosophus in Rethoricis
sicut quasi quedam grossa dyalectica Nam sicut docende sunt
rationes subtiles in naturalibus scientiis et in aliis scientiis
speculabilibus Sic docende sunt rationes grosse in scientiis moralibus
que tractant de agibilibus · quare sicut necessaria fuit dyalectica que
docet modum arguendi subtilem et violentiorem · sic necessaria fuit

Rethorica Rethorica que est quedam grossa dyaletica docens non arguere
grosse et figuraliter. Hec autem necessaria filiis liberorum et nobilium
et maxime Regum et principum. quia horum consuetum inter
gentes et ducatum populo qui non sunt capaces nisi rationes gross
as et figurales. Quarta sciencia liberalis dicitur esse musica que
musica secundum philosophum viij politicorum ipsis iuvenibus convenit et maxime filiis liberorum
et nobilium propter rationes multas. quarum vna est. quia puer nil in
tristabile sustinere potest. quare sciebis dederit aliqua delectabilia condi
digna et que ordinentur ad delectationes innocuas. quare secundum eundem
philosophum musica est consetanea iuventute iuvenum. quia habet innocuas de
lectationes. Alia racio ad hoc idem esse potest. quia ut philosophus innuit
in eodem octavo … humana nescit otiosa esse. ideo ut inter
otium. bonum est aliquid imponere delectationes musicales que sunt in
nocue et licite. ergo hoc decens est filiis liberorum et nobilium
maxime. qui non vacantes mechanicis artibus remanerent
otiosi nisi studerent liberalibus disciplinis. et ut sunt …
aliquid imponerent delectationes musicales que sunt licite et honeste
contingit aliquando propter multas rationes in politica propter quas ostendi posset
quod filios nobilium decet addiscere musicam. sed de his forte infra
Arismetica dicetur. Quinta sciencia liberalis dicitur esse arismetica docens proporciones
rerum et numerorum. ad quam forte filii nobilium ideo tradebantur
quia sine ea musica perfecte sciri non potest. Sexta sciencia
liberalis est geometria que docet cognoscere mensuras et quantitates
rerum. ad hanc autem filii nobilium forte ideo tradebantur. quia sine
ea astronomia que est de quantitate astrorum et de distancia siderum
et de motu celi perfecte sciri non potest. Septima liberalis sciencia
Astronomia dicitur astronomia circa quam antiquitus filii nobilium insuda
bant. quia gentiles certa iudicia astrorum innitebantur …
si nunquam vel nolebant bella inchoare nec aliqua opera
incipere nisi consulto quodam ascendente et inspecta constellatione
celi. quia hec per astronomiam cognoscuntur. ideo filii liberorum
et nobilium volebant in astronomicis instrui. Sic ergo anti
quitus de liberalibus sciencijs senserunt. et has septem artes
nimium extollebant. Verumtamen plures alie sunt sciencie longe
naturalis philosophia nobiliores istis. Nam naturalis philosophia docens cognoscere naturas
rerum longe nobilior est omni aliqua predictarum. sed declarare non
non patitur presens intencio. quia debet esse grossa et figuralis

Rursus methaphisica que est inuenta humano et per rationes humanitus inuentas Methaphisica
de deo et de substantiis separatis longe nobilior est quam naturalis philosophia
et etiam quam alia pertractans de hiis que per ens per se meta. Ex ista est
nobilior uel dignior ipsa quod inuenta est de scientiis humanitus
inuentis inter quas metaphisica primatum tenet. Amplius theologia Theologia
que est de deo et de angelis non inuento humano sed diuino. Sed et non per
humanam inuentionem sed magis per inspirationem diuinam longe et in-
comparabiliter nobilior et dignior omnibus aliis est. Adhuc quidem
morales scientie ut ethica que est de regimine sui, yconomica ethica
que est de regimine familie, politica que est de regimine ciuitatis politica
et regni valde sunt utiles et maxime filiis liberorum et nobilium
et maxime filiis regum et principum si uelint polite viuere
et uelint alios gubernare et regere maxime ita hos debent
inspicere. Sunt autem et alie scientie subalternate et supposite
ipsis ut perspectiua que est de uisu est sub geometria, perspectiua
medicina uero est sub naturali philosophia. Leges et iura que sunt de Leges iura medicina
actibus hominum sunt sub politica que est de regimine ciuitatis.
Unde ut alibi nos dixisse meminimus omnes legiste sunt qui-
dam ydiote politici sicut laici et vulgares quia
arguunt et formant rationes scientias que modo artem non docet dy-
alectica. ideo ipsi quia non arguunt artificialiter et dyalectice appellantur
a philosopho idiote dyalectici. Sic legiste quia eadem de quibus
est politica dicunt narratiue et sine ratione appellati sunt
idiote politici. Ex hoc autem patet quod quanto magis honorandi
sunt scientes politicam et morales scientias quam scientes leges et
iura. Nam quanto scientes et docentes causam honorabiliores sunt
loquentibus non reddentibus causam dicti, tanto honorabiliores
sunt illi tales. Ex hiis etiam apparet quod quam scientes ma- Nota ulterius
gis honorandi sunt. Causa pro honorandi sunt domini et scientes
theologiam quia scientia dei ipse est deus omnium ciuium. Sic theologia
que principaliter est de deo est dea et domina omnium humanarum scientiarum.
Post theologos non magis sunt honorandi methaphisici quia ut su-
perius dicebatur inter scientias humanitus inuentas metaphisica primatum tenet.
Post hos autem honorandi deinde naturales philosophi quia naturalis philosophia
licet sit infra metaphisicam tenet tamen primatum inter omnes alias
scientias inuentas ab homine. Sic ergo scientes quodammodo sunt
honorandi. Hiis ergo scientiis sic diuisis de leui patet quod
circa quas scientias filii nobilium et maxime regum et principum

Debeant insudare. Illud ad oportebat eos esse circa scientias debite et absque negligentia negotiis Regni intendere non vacarent eis subtiliter scientias persentari. Maxime vero decet ipsos bene se habere circa divina et esse instructos et firmos in fide et illas scientias scire per quas se et alios noverint regere et gubernare. huiusmodi sunt morales scientie. Alias ergo scientias utilius decet eos scire in quantum deserviunt morali negotio. Decet igitur eos scire gramaticam ut intelligant idioma litterale. quia per quod idioma tam morales scientie quam alie scientiales traduntur. Unde si gramatica in quantum deservit negotio morali. decet Reges et principes scire idioma litterale ut possint secreta sua scribere aliis et legere absque alterius scitu. Filii ergo Nobilium quicunque intendant esse milites et vacare negotio politico debent insudare ut sciant idioma litterale. Debent etiam aliquo addiscere de dyaletica et Rethorica. ut ex hoc subtiliores fiant ad intelligendum quecunque proposita quo facto tamen ingenium suum debent exponere ut bene intelligant moralia et ut sciant se et alios regere et defendere. Nam et de musica. quia per in politicis eos scire decet in quantum deservit ad bonos mores. Sic ergo morale negotium scire expedit ab hiis qui incipiunt principari. ut si omnes alias scientias ignorarent adhuc studere deberent ut eis vulgaliter moralia et grosse proponerentur. quia per ea principes sufficienter instruentur qualiter debeant principari et quomodo se et ceteros inducere debeant ad virtutes

## Qualis debet esse magister quem filiis nobilium et maxime regum et principum est preponendum

·ix· Philosophus in fine x ethicorum concupiscibilem sive sensibilitatem assimilat pueris et rationem assimilat pedagogo. Sicut ergo concupiscibilis indiget ratione dirigente et regulante. sic puer indiget magistro et pedagogo. Quare sicut ratio semper deprecatur ad optima ut in eodem primo ethicorum dicitur. Sic et magistri puerorum semper debent eos ad optima instigare. Si ergo in doctrina puerorum finis intentus est instigatio ad optima. quia ex fine accipienda est ratio omnium aliorum. talis querendus est magister qui possit inveniens sibi commissos ad optima inducere. optimum autem et bonum ad quod inducendi sunt

Inveniens est dupliciter scientia scilicet et mores ad bonos autem mores
inducuntur adquirit dicitur ex eo pro bonitate vite et vero pro monitores
debitos quantum scilicet ad presens spectat inquirere prudencie volumus — Quot et qualia debent doctores in se habere
et maxime regum et principum tamen in se debent habere. debent enim
esse scientes in speculabilibus. prudentes in agibilibus et boni
in vita. Ad hoc autem quod sit sciens in speculabilibus tria
requiruntur debet scilicet inventivus ex se. et quod intelligat aliorum
dicta. tertio quod sit indicativus tam de inventis quam de hiis que
ab aliis intellexit. Inventivus non debet esse. et qui non scit aliquid
invenire sed solum novit aliorum dicta referre. magis est recitator
quam doctor. Dicitur ergo ipsum esse inventivum. Secundo debet ipsum — 2o
esse intelligentem et semper perspicacem. Non enim scientiis hominis et perfecte
sibi sufficit in vita. sed adhuc quod debeat in vita sufficienciam debemus nos
in societate vivere ita ut per auxilia aliorum subveniatur
nobis ad indigentiam vite. sic et forte multomagis ut probatur
per philosophum in methaphysice. Nullus enim sufficit in speculando. sed posteriores
utentes philosophi ex dictis priorum habuerunt inventionem et auxilia.
Non ergo sufficit ad perfectionem scientie quod aliquis sit inventivus
ex se. sed quod sit perspicax et intelligens aliorum dicta. Tertio — 3o
debet ipsum esse indicativum. Non enim perfecte sic potuisse in indicando
consistit. Non enim satis est dicta aliorum intelligere et de se
multa invenire nisi tam de intellectis quam de inventis noverit
indicare que sunt tenenda et que sunt exponenda. quantum ergo
ad scientiam talis debet querere doctor qui sit inventivus ex se. intel-
ligens aliorum et bene indicativus tam de inventis quam de intellectis.
Non dato quod filii nobilium et maxime regum et principum
nolunt omnino ad profunditatem scientie ingredi. sed sufficiat eis de
hiis aliqua cognoscere. Volumus tamen doctores bene scientes
debent inquirere. Ideo quod doctrina profundioris est subtilis. et que clare
intelligit clare loquitur. Illa ergo modica que sciunt suscipiunt
facilius clarius et certius intelligunt a sciente. quam ab insciente.
Visum quomodo debet esse doctor et quomodo debet esse sciens ut doceat
in scientia. Restat videre quomodo debet esse prudens in agibilibus ut instr — Quo eos instruat moribus
uat in bonis moribus. Ad huius autem prudentia describendam longum
possemus enumerare omnia iam octo que in primo libro de prudentia tetigimus
sufficiant tamen ad presens pro eorum de illis enumerare. Doctor ergo puerorum
volumus debet esse sic prudens in agibilibus. ut sit memor
preteritorum. cautus et circumspectus. Debet enim esse memor recolendo
preterita. Nam scire novos rectificare regendo nunquam eadem rectificare

posset nisi cognosceret ex quo parte esset obliquum. Sic nolens aliquos
rectificare iniqua eos congrue rectificare posset nisi haberet
preteritorum notitiam per quam cognosceret quo obliqua essent. Decet
ergo adolescentium directorem esse memorem preteritorum. Secundo decet ipsum esse
providum futurorum. Nam sicut adolescentium director debet cogitare pre-
terita ut sciat quo per tempora preterita obliquati fuerint quia ab eo
sunt dirigendi, sic debet providere futura ut adhibeat medica-
menta ad ea per que in posterum facilius obliquari possint.
Tercio decet ipsum esse cautum, quia ut supra tetigimus
sicut in cognoscendo et speculando est adhibenda cautela ne
falsum admisceatur veris, sic etiam in agendo contingit hominem
esse cautum ne mala admisceantur bonis. Contingit enim sepe
mala sub specie boni apparere sicut quedam falsa
apparent vera. Quare sicut doctores in speculabilibus sic decet esse
diligentes et cautos ut proponant suis auditoribus vera, sic qui regit
iuvenes dirigere debet esse cautus proponendo eis bona sine admix-
tione malorum. Quarto huiusmodi doctor debet esse circumspectus et
expertus. Nam expertum est particularia cognoscere. Scit et huiusmodi doc-
tor debet cognoscere particulares conditiones illorum iuvenum quos habet
dirigere. Nam si qui iuvenes habent alias et alias conditiones et sunt
proni ad alia et ad alia, sic sunt aliter et aliter disponendi.
Quinto ergo debet esse doctor iuvenum ut eos per debitos
sermones et per debitas monitiones inducat ad bonum. Sexto,
quia ad bonum quibus inducantur non solum monitionibus et correctioni-
bus sed etiam operibus et exemplis requiritur quod huiusmodi doctor sit
in vita bonus et honestus. Nam quia etas iuvenilis valde
est prona ad intemperantiam et lasciviam, contingeret quod si ipse
doctor eis verba bona proponeret, si tamen opere contraria faceret,
iuvenes illi eius exemplo inducti de facili ad illicita decli-
narent. Patet ergo quot conditiones esse doctorem quantum ad
scientiam speculabilium sit inventiuus ex se intellectu clarus. indica-
tiuus tam intellectorum quam inventorum. Quantum vero ad prudentiam
agibilium decet ipsum sex esse memorem providum cautum et circumspectum.
Quantum autem ad vitam decet ipsum esse honestum et bonum.
Si ergo reges et principes et ipsi omnes valde solliciti debent esse
quales preponant suis [illegible] personis et rebus
[illegible] quia si per philosophum politicorum [illegible] de animalibus [illegible]

Cura habenda quam de inanimatis et de filiis quam de aliis
valde debent esse solliciti et tanto magis diligentia attendere
quales rectores preponerent in regimine filiorum.

## Qualiter circa loquelam visum auditum instruendi sunt iuvenes

Circa finem septimi politicorum dicit philosophus iuvenes cohibendos esse circa locutionem visionem
et auditum. Non enim decet pueros qualitercumque loqui
nec decet eos qualitercumque videre vel qualitercumque
audire. Et est ibi aliquis modus adhibendus circa locutionem
quia iuvenes turpiter peccare videntur. Primo quia de facili
loquuntur lasciva. Secundo quia loquuntur falsa. Tertio quia ut
plurimum loquuntur fatua et impremeditata. Loquuntur enim de
levi lasciva quia ut supra in pluribus locis dicebatur iuvenes sunt
insecutores passionum et ad lasciviam proni quare circa eos semper
sit adhibenda cautela. Ubi periculum imminet cohibendi
sunt iuvenes a locutione lasciva et a sermonibus turpibus
et sunt increpandi et etiam corrigendi si eos talia
loqui contingat. Ratio autem quare sunt a sermonibus turpibus
cohibendi est secundum philosophum quia ex talibus locutionibus de facili
ad opera turpia inclinantur. Ipsa enim locutio turpium facit in
nobis memoriam illicitorum qua facta magis augetur
concupiscentia circa illicita. Concupiscentia vero augmentata facilius
inclinamur ad ipsa. Propter quod bene dictum est: Corrumpunt
bonos mores colloquia prava. Cohibendi ergo et corrigendi
sunt iuvenes ne loquantur lasciva. Secundo corrigendi
et cohibendi sunt ne loquantur falsa. Nam ut supra
diximus iuvenes sunt inexperti. Cum ergo contingit eos aliquid
narrare ex quo inveniunt extra veritatem trahit eos ad dicendum falsa
et mendacium. Quod secundum philosophum in iiii ethicorum est per se pravum et fugiendum. Per debitas monitiones et correctiones inducendi sunt
ut relinquentes mendacium adhereant veritati quae secundum philosophum in eodem
iiii ethicorum est per se bona et laudabilis. Tertio cohibendi
sunt ne absque premeditatione loquantur. Nam iuvenes sunt
inexperti et pauca cognoverunt. Quia ergo pauca cognoscentes
ad pauca respicientes enuntiant faciliter vel enuntiant cito
et debiliter non deliberaliter. Quare monendi sunt ne ad interrogata
statim respondeant. Licet enim nullus repente fit
summus. Et iuvenes non statim possunt esse perfecti et prudentes,
tamen si assuescant ut premeditati respondeant et praecogitent
in sermonibus proferendis per successionem temporis disponentur.

x

vel

autem

Ut p̄ficiant filii fiendes irreprehensibiles Viso qualr pedagogi
et doctores iuuenu(m) debe(n)t eos instruere quo(modo) se he(ab)ant ad lo-
quela(m) Restat vide(re) quo(modo) sunt instruendi ut se he(ab)ant circa
visio(n)em In visu aut(em) iuuenu(m) duplex cautela est adhib-
enda Primo q(uan)tu(m) ad visibilia Secu(n)do q(ua)ntu(m) ad mod(um)
videndi Q(ua)ntu(m) ad visibilia q(ui)d(em) q(ui)a sic(ut) n(on) dec(et) eos tur-
pia loq(ui) · sic indecens est eos turpia vide(re) huius cau(sa)
ro assigna(tur) a ph(ilosoph)o vij ethi(corum) ubi ait Q(uod) o(mn)ia p(r)ima
amam(us) magis · Q(uod) q(uia) d(icitu)r ab ip(s)is iuuenib(us) extra fac(er)e
co(n)tingit sunt turpia et co(n)tingit infectio(n)em h(ab)ere · o(mn)ia q(ue)
primo aspicim(us) cu(m) maiori admiratio(n)e vide(n)t(ur) · q(ue)
magis sum(us) attenti circa ea et p(er) (con)sequ(en)s ~~inclinam(ur) ad (con)cu-~~ ‡ magis memorit(er) retinem(us) ea
~~piscendu(m) ea Unde et ph(ilosoph)us p(ro)hib(et)~~ ‡ Iuuenes ergo
q(ui)a eis quasi o(mn)ia sunt noua maiori ardo(r)e fe(run)t(ur)
in ea que vide(n)t · quare si (con)tingat eos vide(re) turpia
magis recorda(n)t(ur) de illis · et p(er) (con)seq(ue)ns inclina(n)t(ur) ad (con)cu-
piscendu(m) ea Unde ph(ilosoph)us p(ro)hib(et) ut no(n) solu(m) p(ro)hibeant(ur)
iuuenes ad vide(n)du(m) t(ur)pia in re · sed et(iam) in picturis vel
in ymaginib(us) · ut si mulieres essent depicte vel sculpte
no(n) essent iuuenib(us) ostende(n)de Nam satis illa etas p(ro)-
nota e(st) de se ad lasciuia(m) et ad passiones insequendas · n(on)
o(portet) ipsa(m) p(er) visio(n)em turpiu(m) ad ulterio(r)e(m) p(ro)uocare Secu(n)do
adhibenda est cautela in iuuenib(us) ut instruant(ur) q(uod) pal-
pebras oculo(rum) cu(m) maturitate eleue(n)t ut n(on) he(ab)ant ocu-
los vagabundos Inclina(n)t(ur) n(am) etas ill(a) eo q(uod) o(mn)ia res-
piciat tanq(uam) noua et o(mn)ia vide(re) velit et ita o(mn)ia
visu vagat(ur) · quod in regib(us) et principib(us) valde est
indecens si he(ab)ant oculos vagabundos Nam ex h(oc) videntur
leues corde et paruisici et pusillanimes · eo q(uod) vide(n)t(ur)
de o(mn)ib(us) admirari Reges i(gi)t(ur) qui debe(n)t principari et do-
minari · et(iam) ab ipsa infantia mouendi s(un)t de mo(do) videndi
ut mature se he(ab)ant circa eleuatio(n)em oculo(rum) et circa videndi
modu(m) Nam familiares quib(us) mit(ti)t(ur) filii obs(er)uat quod ab infa(n)-
tia assueuit Ostenso q(uo)m(od)o instruendi sunt iuuenes q(ua)ntu(m)
ad loquela(m) et visio(n)em Restat ostende(re) q(uo)m(od)o sunt instruendi
ut se he(ab)ant ad auditu(m) Circa q(uod) q(ua)ntu(m) ad p(ue)ros sp(ec)-
tat et(iam) dupl(e)x cautela adhibenda est Primo q(ua)ntu(m)
ad res audibiles · s(ecun)do q(ua)ntu(m) ad eos qui audiu(n)t In
reb(us) q(ui)d(e)m aut(em) audi(bilibus) obs(er)ua(tur) cautela q(ua)ntu(m) ad iuuenes
si p(ro)hibeant(ur) ab auditio(n)e turpiu(m) Nam s(ecundu)m p(hilosoph)um vij poli(ticorum)

Ubi de hac materia loquitur. Prohibendi sunt iuvenes ne audiant aliquam turpia. Nam audire est prope ad videre. Quarto ergo. Si ipsimet prohibendi sunt iuvenes ab auditione turpium. quia ex hoc de facili inclinantur ad opus ideo adhibenda est cautela in ipsis iuvenibus quantum ad eos quos audiunt. quia sicut decens est eos audire honesta et pulcra. et indecens est audire turpia. sic decet eos audire viros bonos et honestos et prohibendi sunt ne audiant malloquos et inhonestos :-

Quot modis peccatur circa cibum et qualiter se iuvenes debent habere circa ipsum cibum XI

Diximus supra iuvenes ab infantia instituendos esse in bonis moribus et operibus. Verum quia ut supra dicebatur in morali negotio sermones universales minus proficiunt. ostensum particulariter quo iuvenes sunt instruendi. quia prosequendo diximus quomodo se habere debeant circa loquelam et circa visum et circa auditum. Restat ostendere quomodo se habere debeant circa cibum et circa potum et circa venerea et circa matrimonium contrahendum. Sed primo dicemus quot modis peccatur circa supradictum cibum et quomodo se debent habere circa ipsum. Circa cibum autem contingit sex modis delinquere. Primo si sumatur nimis ardenter. Secundo si nimis in quantitate. Tertio si turpiter. Quarto si inordinate. Quinto si nimis laute et delicate. Sexto si nimis studiose. Delinquitur ergo primo circa cibum si sumatur valde ferventer. Nam hoc non solum nocet animae quia nimis ferventer et avide sumentes cibum fiunt gulosi et intemperati. Sed etiam nocet corpori. Nam cibus nimis avide sumptus non bene masticatur et per consequens minus bene digeritur. Ordinatum enim natura aliquos dentes ut per eos cibus debite frangatur patescat a calore naturali et per consequens facilius convertatur in nutrimentum. Sicut ligna minute scissa facilius igniuntur et citius ignescunt. Hunc ergo ordinem naturalem ut plurimum non observant sumentes cibum nimis avide. Nam ut innuit philosophus in Ethicis modica delectatio est cum cibus attingit linguam. Sed maior est cum attingit guttur. Gulosi igitur qui nimis avide cibum sumunt et cum magis delectatione non intuentur delectationem quae cibus dum in ore existit. sed cupiunt quod cito perveniat ad guttur. Inde est quod ut plurimum cibum non masticant. Sed cibum immasticatum transglutiunt. Quare sic cibum sic sumptum non bene

Quomodo se iuvenes debent habere circa cibum et potum vide

primo 2o 3o

digest et p(ro)g(er)us sc(ilicet) q(uod) no(n) solu(m) ledat a(n)i(m)a(m) s(ed) e(ti)a(m) et corpus.
Secundo delinquit(ur) c(ir)ca cibum q(ua)n(do) s(u)mitur nimis in q(ua)ntitate
s(ecundu)m q(uo)d et hoc n(on) nocet a(n)i(m)e. quia reddit ip(s)am inep(t)am. et
e(ti)am nocet cor(pori) quia impedit digestione(m) bona(m) sive debita(m) q(uia)
n(on) cibu(m) bene digeri debeat oportet ip(s)um esse p(ro)portionatum
calori naturali. quare si in tanta q(ua)ntitate s(u)mat(ur) q(uod) calor
q(ua)ntu(m) ei domina(ri) no(n) possit n(on) bene digeritur. et p(er) (con)seque(n)s
no(n) causat debitu(m) nutrimentu(m). Tertio delinq(uitur) si s(u)mat(ur)
turpit(er) Sunt n(on) plurimi scurre(?) p(ro)p(ter) pastu(m) nesciunt(ur). q(ui) vix
a(liquid) in(?) quando comedere possunt q(uin) sua vestimenta deturpat
turpido aut corpus lic(et) s(ed) h(oc) no(n) sit delictum: peccat(ur)
tam(en) c(ir)ca cibu(m) si (con)tingat ex inordinatione a(n)i(m)e. quare
ad turpit(er) mo(dum) s(u)mendi cibum s(e)q(ui)tur sit signu(m) gulositatis
vel inordinate incl(inationis). in s(u)mptione cibi no(n) solum ca(ve)nda
e(st) ardor et immictas. s(ed) e(ti)am cavenda est turpitudo Quarto
m(odo) c(ir)ca cibu(m) delinq(uitur) ex inordinatione temp(or)is. ut si nimis an(te)
hora(m) vel nimis inordinate s(u)mat(ur) cibu(m). Nam ex tali s(u)mptione
efficit(ur) q(ui)s gulosus et ineptus. et e(ti)am ledit(ur) s(ecundu)m corpus.
Nam omnes actiones valent(?) s(ecundu)m ph(ilosoph)um mensura(n)t(ur) quadam p(er)i-
odo. Unde est ergo. q(uia) quia (con)suetudo est quasi altera natura
si q(ui)s tu(n)c q(ui)s asuescat s(u)mere cibu(m) in aliqua hora vel plurium
appetit s(u)mptione(m) ei(us) in eadem hora. Si ergo inordinate et p(reter)
(con)suetam hora(m) aut q(ui)s cibu(m) s(u)mere. ut plenam an(te)
digestione(m) p(ri)mi cibi s(u)mit(ur) s(ecun)d(u)s cibus ledit(ur) ergo inde corpus
Hora debita et (con)stituta no(n) solu(m) p(ro) bonitate anime
s(ed) e(ti)am p(ro) sanitate corporis observanda est in cibi s(u)mptione
Quinto peccat(ur) c(ir)ca s(u)mptione(m) cibi si q(ue)rat(ur) cibaria nimis
lauta et delicata ultra q(uam) eius status req(ui)rit Delicatio
eni(m) ciboru(m) accipienda e(st) s(ecundu)m (con)ditione(m) p(er)sone et s(ecundu)m statum nobi-
litatis eius. q(ui) ergo ultra q(uam) (con)ditio p(er)sone exigat et ultra
q(uam) eius status req(ui)rat delicata cibaria querendo delinquunt
quia hic ex aliqua (con)p(ar)atione vel ex aliquo vitio p(ro)venit
Sexto delinquit(ur) si querat(ur) cibaria nimis studiose p(re)pa-
rata. Nam e(ti)am in vilibus cibariis p(ro)p(ter) q(uo)d osteditur se nimis
gulosum. si nimis studiose velit ea esse p(re)parata videt(ur)
n(on) tales vivere ut comedat no(n) comedere ut vivat. ci(bum)
nimium studium apponit c(ir)ca p(re)parationem ciborum. Hiis ergo
visis de levi app(ar)et quare isti t(ra)nsgressores sunt plus ut sic ho-
neste habeant c(ir)ca cibos Nam n(on) repente fit s(u)mma

Sufficit aut eos paulatim et decenter instrue ut cum ad debita
etatem peruenerint sint sufficienter instructi qualiter se habere debeant
in sumptione ciborum. Qualiter sunt instruendi pueri quomodo
se habere debent circa potum et circa venerea et
circa coniugia contrahenda XII

Postquam in precedenti capitulo diximus qualiter
circa cibum delinquitur. Restat dicere quomodo delinquitur
circa potum. Dicebatur enim supra quod iuuenilis etas
maxime procliua est ad incontinentiam quare circa eam
semper maior sit adhibenda cautela ubi maius periculum
imminet. In puerili etate cauendum est ne iuuenes efficiantur
nimis intemperati. Temperantia autem circa ea est adhibenda circa
cibum et potum et venerea. Nam non solum cibus indebite sumptus
intemperantiam causat sed etiam potus. Dicimus ergo iuuenes non solum
esse abstinentes ne efficiantur gulosi ex sumptione cibi sed etiam
decet eos esse sobrios ne efficiantur ebrii ex sumptione potus. Vinum
enim immoderate sumptum quantum ad propositum spectat tria mala causat. Vinum immoderate sumptum tria mala causat
Primo quia venerea prouocat. Cum ergo tali tempore talis sit maior
fiat incitatio ad actus venereos. Vinum quod maxime
calorem efficit immoderate sumptum incitat ad incontinentiam.
Ergo sumptio nimia vini maxime venerea prouocat. Tunc
magis cauenda est in etate iuuenili quam senili quanto ipsa etas
pronior est ad lasciuiam quam alia. Secundum malum quod inducit
nimia sumptio vini est depressio rationis. Nam ascendentibus
fumositatibus vini ad caput turbatur cerebrum. Quo turbato
deprimitur ratio nostra quantum ad suos actus quia non possumus
libere ratione uti. Immoderata ergo sumptio vini vitium impedit
rationis usum. Inquantum turbat cerebrum. Unde est quod
quidam plus offenduntur a vino quam alii quia habent debiliter
caput et circa ea turbatur eorum cerebrum. Prohibendi sunt
ergo iuuenes a nimia sumptione vini quia propter debilitatem
cerebri citius offenduntur a vino. Tertium malum quod ex vino
consurgit est lis et dissensio. Turbato enim cerebro ex nimia
sumptione vini et amisso usu rationis desiliunt prorumpunt in verba
inordinata et consurgunt dissensiones et lites. Immo quia ita
consurgit ex instigatione sanguinis vinum quod propter suam caliditatem
inflammat sanguinem reddit hominem animosum et irascibilem
quo facto faciliter prouocatur ad dissensiones et lites. Iuuenes ergo
quia sunt amatores contumeliarum ut vult Philosophus in II Rethoricorum prohibendi
sunt a nimia sumptione vini propter quam pronius ad lites et
contumelias prouocantur. In omni ergo etate cauenda est a
nimietate cibi et a potu immoderato vitandi quia faciliter

Adhibemus hiis ad que ab infancia assuescimus decet eius patres
et maxime reges et principes sollicitos esse circa regimine filiorum ut ab
ipsa infancia sic regantur quod sint abstinentes et sobrii Ostenso
qualiter iuvenes debeant se habere circa cibum et potum restat
modo qualiter se habere debeant circa venerea et circa coniugia con
trahenda Oritur enim luxuria ex gula quasi filia ex matre
Si ergo diximus iuvenes instruendos esse ne sint gulosi
restat dicere quod instruendi sunt ne sint lascivi Cum
ergo omnis actus venereus excepto matrimonio sit contra bonos dicta
mentis quod decet patres sic sollicitari erga filios ut sint virtuosi
Iuvenes continere volentes inducendi sunt ut ipsi coniugio sibi
conveniant In qua autem etate debeant uti coniugio ostendit
philosophus vii politicorum dicens quod in masculis requiritur etas xviii
annorum In tali enim etate secundum philosophum procreat filii magis perfecti
sunt quod nimis conativa ut supra diximus est omnis corrupta
sufficiat toto tempore augmenti quod durat communiter usque ad
xxi annum abstinere iuvenes a carnali copula quod si infra
tale tempus maturum coniugio provocantur ad lasciviam impedit
eorum augmentum ut vult philosophus in eodem politicorum Sic ergo utendum
est coniugio si iuvenes nimis concupiscentie non esset nimis corrupta quod tamen
medium est de corruptione concupiscibilis si doctores providere propter
quod iuvenes in tali tempore continere non posse poterunt
ad tempus praedictum prout eis videbitur expedire Qualiter autem
se habere debeant iuvenes circa uxorem iam ductam et que sunt con
sideranda in uxore ducenda supra cum egimus de regimine con
iugali diffusius diximus

## Qualiter iuvenes se debeant habere in ludis in gestibus in vestitu

xiij Ostenso quod iuvenes debent esse abstinentes
in cibo sobrii in potu temperati in venereis contra
hendo coniugium in etate debite et modeste se ha
bere circa uxorem iam ductam Restat ostendere quod circa
ludos circa gestus et circa vestitum debeant se habere Ludus autem
ut probat philosophus viii politicorum est utilis in vita quod quantum ad propositum
spectat duplici via declarari potest Primo ex utilitate illi
ta sollicitudinum Secundo ex adeptione finis intenti Prima
via sic patet Illa mens humana nescit otiosa esse Cum ergo
quis vacat otio et non intendit aliquibus delectationibus licitis
statim incipit vagari cogitando de illicitis Unde philosophus viii
politicorum ait quod ludus est quedam deductio et quedam sollicitudinis

Quare ne solliciterentur circa aliqua illicita et inter delectationes illicitas expedit aliquos habere aliquos ludos et aliquas deductiones licitas et honestas. qui sunt autem illi ludi et ille deductiones circa quas debent vacare pueri iuxta dicetur. Secunda via ad ostendendum hoc idem sumitur ex adeptione finis intenti. Nam non solum propter statum quem post istum finem intentum ne ergo propter continuos labores deficiat a consecutione finis expedit aliquos ludos et aliquas deductiones interponere suis actibus. ut ex hoc aliquam requiem recipientes magis possent laborare in consecutione finis. Tertia via et principalis sumitur ex parte post. Quia homo non potest semper requiescere in fine adepto et quia aliquando quis constituit sibi finem in quo diu laborat antequam consequatur illum ideo oportet interponere aliquos ludos et aliquas delectationes ne deficiat a consecutione finis. Sic ergo instruendi sunt pueri erga ludos ut non omnino prohibeantur a ludis. sed ut moderate habeant ludos honestos et liberales. Nam ludi turpes et eloquia et deductiones inhoneste prohibende sunt a iuvenibus. ut vult philosophus vii polit. Viso quomodo iuvenes se habere debent circa ludos restat inde quomodo se debeant habere circa gestus. Gestus autem dicuntur quidam motus membrorum ex quibus iudicari possunt motus anime. Videmus enim prudentes et bonos habere gestus ordinatos et honestos cohibent enim tales sua membra ne aliquem motum habeant ex quo quis coniecturari possit elationem animi vel insipientiam mentis vel inordinatum appetitum. Est enim homini necessaria disciplina in gestibus. Nam quia ipse intenta est circa rationem et intellectum non sic est propter naturales impetus unde sic agit ex naturali instinctu ut aves et bestie. Aves enim et cetera alia ex naturali instinctu agentia non sic indiget disciplina ut homo qui utitur ratione et intellectu ad agendum opera sibi debita non sufficit inclinatio ex natura. disciplina autem que est danda in gestibus est ut quis sic membra ordinet ad opus sibi debitum. homo enim non audit per os sed per aures. frustra ergo tenet os ut audire aliud retinet os apertum. Sic etiam homo non loquitur pedibus vel manibus vel spatulis sed ore. sunt ergo quidam indisciplinatos gestus qui cum volunt alios audire retinent os apertum. sunt sic indisciplinati gestus quod cum volunt loqui extendunt pedes et tenua vel minus proprie movent brachia vel erigunt humeros vel faciunt talia que ad locutionem nil deserviunt. Sic ergo disciplinandi sunt iuvenes ut habeant tales gestus circa ... membris

membrorum ut deseruiunt ad opera que intenduntur. Nam aliquos motus
membrorum agere non decet iuuenes ex intemperancia vel propter ex insi-
piencia mentis vel ex elacione animi vel quocumque alio modo.
Quibus visis restat ostendere de tercio quod proponebamus in capitulo. qualiter videlicet
quantum se habere debeant iuuenes circa vestitum. Vestimenta quidem
ad tria ordinari videntur. videlicet ad delectacionem utilitatem et ho-
norem. Omne enim bonum vel est delectabile vel utile
vel honestum siue honorabile. Bonum enim honestum bonum
honorabile dici potest. Nam honestum est idem quod honoris status.
Si ergo vestimenta queruntur propter bonum delectabile sic queruntur deli-
cata et mollia. Si propter utile sic queruntur calida ad repellendum
frigus tempore hyemali. vel non calida tempore estiuali.
Si vero queruntur propter bonum honorabile sic queruntur pulcra
et decora. Iuuenibus autem est minus solicitari circa
molliciem vestium et circa delectacionem in ipsis. Nam ex hoc
efficiuntur quasi impacientes et timidi. De leui enim quibus ad lasciuiam
et ad molliciem tactus promptus sunt minus delectentur in mol-
licie vestium. Videntur enim tales esse magis muliebres
quam viriles. quare non sunt constantes sed molles et de facili
in lasciuiam prorumpunt. Secundo nimia mollicies reddit
homines timidos. Nam cum arma et ferra in se quandam
duriciem habeant qui semper solicitantur circa mollia vestimenta
dubitant arripere arma et efficiuntur timidi. Iuuenes igitur
maxime cum ad illam etatem venerint quod sunt habiles
ad vacandum circa labores bellicos ne abhorreant arma
instruendi sunt ut non nimis delectentur in mollicie vestium.
Viso autem quomodo debent se habere iuuenes in vestibus
ut deseruiunt ad delectacionem. Restat ostendere quomodo se debent
habere circa eas ut deseruiunt ad utilitatem. quod videre
habemus distinguendo inter complexiones tempora et etates. Nam
habentes complexiones magis densas et minus porosas
non sic leduntur a calore et frigore sicut habentes complexiones
raras. Viri enim et mulieres quia sunt magis frigide et habentes
complexionem densam et minus porosam. quod patet ex rare-
tate pilorum minus offenduntur a calore et frigore quam viri.
Sed etiam distinguendum est inter tempora. Nam temporibus frigidis
et flante borea utendum est aliis indumentis quam calidis
flante austro. Distinguendum est etiam inter etates. quia
senilis etas. eo quod magis careat calore intrinseco plus

Iudicij de potiori talis vestimenta secundum comparata competat temporum complexionum et etatum diversificata sunt ut deserviunt ad bonum utile. sed ut deserviunt ad bonum honorabile attendenda est consuetudo patrie et conditio personarum. Sic ergo instruendi sunt iuvenes circa vestitum ut non nimis sint solliciti circa mollitiem vestium comparata conditione temporis complexionis et etatis prout requirit consuetudo patrie et conditio personarum utantur debitis indumentis ad utilitatem corporis. Quod in etate iuvenili maxime cavenda est prava societas. xviii

NON SUFFICIT scire qualiter iuvenes se habere debeant circa ludos gestus et vestitum nisi sciverint cum quibus socijs debeant conversari. Quod autem ad pueros spectat quatuor inducuntur in esse ipsis iuvenibus ex quibus quatuor rationes sumi possunt quod maxime in iuvenili etate fugienda sit pravorum societas. Iuvenes enim primo sunt molles et ductibiles. Secundo sunt passionum insecutores et proni ad malum. Tertio sunt nimis amatores sociatatum. Quarto sunt nimis creduli. Prima ergo via ad ostendendum maxime competere iuvenibus fugere societatem pravam sumitur ex eo quod iuvenes sunt nimis molles et ductiles. Anima enim ut plurimum sequitur complexionem corporis. Nam quia nostra cognitio incipit a sensu et sensibilia sunt magis nobis nota. ideo ut plurimum homines secuntur appetitum sensitivum. appetitus autem sensitivus est virtus organica corporalis. quare oportet talem appetitum sumere modum et mensuram ex ipso corpore. In illa ergo etate in qua quis habet corpus magis molle et magis ductile est magis mollis et magis ductibilis secundum appetitum. quare cum mollia et ductibilia facilius recipiant impressiones ex hiis ex quibus contingunt quam dura. pueri et iuvenes quia sunt magis molles et ductiles quam adulti facilius imprimuntur eis mores sociorum in etate iuvenili quam in alia. maxime ergo tunc prohibendi sunt a societate prava. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex eo quod iuvenilis etas maxime fit prona ad malum et insecutiva passionum. Nam de facili quis inducitur ad illud ad quod est pronus. Si ergo iuvenes sunt proni ad malum ut patuit in determinationibus de moribus iuvenum maxime in iuvenili etate cavendum est a societate

Tercia via ad probandum hoc idem sumitur ex eo quod iuvenes sunt
inmius amatores amicicie Nam ut dicitur 2o Rethoricorum iuvenes
sunt amici et amatores sodalium magis quam aliarum etatum
quia gaudent in convivendo Est enim illa etas maxime
delectabilis propter quod cum valde delectabile sit convivere
amicis etas illa gaudet convivere in societate et coniungi
a sodalibus Convenit ergo etate maxime cohibendi sunt
iuvenes a societate prava quia tunc maxime se conformant
moribus sociorum eo quod maxime diligant in societate vivere
Delectacio enim est ex quietacione convenientis ex tunc conveniente
nullus ergo gaudet in societate vivere nisi gaudeat se sociis
conformare Quarta via sumitur ex eo quod iuvenes sunt m-
inus creditivi delectaciones enim sensibiles illicite licet sim-
pliciter sint prave et fugiende possunt tamen esse bone
secundum apparenciam Iuvenes ergo quia de facili credunt et
non habent propter racionis suevisum de facili inducuntur a
sociis et de facili persuadetur eis ut credant bona sensibilia
esse sequenda

Qualis cura gerenda sit de pueris a primo Nativitatis usque ad septem annos

9 Quia sermones particulares valde indigent
esse prosecuti in moralibus negociis Ideo particulariter
descendendo ad diversa tempora ostendemus qualis
cura sit circa filios gerenda usque ad septem
annos Secundo qualis a septennio usque ad quatuordecimum annum Postea
a quatuordecimo anno et deinceps tangit autem philosophus 7 politicorum sex
circa ipsos pueros que observanda sunt in pueritia Primum est
quod usque ad septennium debent pasci mollibus ita tamen quod a principio
maxime sunt alendi lacte Secundo quod sunt prohibendi a vi-
no Tercio sunt assuescendi ad frigora Quarto sunt assuescendi
ad gentes et temperatos motus quod in illa etate videtur esse
proficuum Quinto sunt excitandi per debitos ludos et sunt
eis excitande aliquae historie et aliquae fabule in quibus narrentur
et hoc maxime cum incipiunt proferre significatos verborum Sexto
a ploratu sunt cohibendi Iuvenes ergo usque ad septennium
alendi sunt mollibus ita tamen quod a principio maxime alendi sunt
latte Unde et philosophus 7 politicorum ait quod humidum lactis maxime
videtur esse familiare corporibus puerorum In illa ergo etate tenera
usque circa septem annos alendi sunt mollibus et humidis quod
talia sunt conditionibus in instinctu observandum tamen est in iuvenibus

Lum alunt^r lacte q si contigat eos suge aliud lac
qm maternu· qncuda est mlr siue femina filius matri
qiliu ad complexioe· eo q lac mnu maxime uide^r ee
pportionatu pp^o filio Scdo pueri phibedi sut a vino et
maxime io tempe quo lac sumut· et hoc· p^r plures 𝔭
egritudines· de facili n^r egrotat^r pueri et efficiu^r male dis
positi i core s tempe quo ut plurimu pascu^r lacte
asuescut bibe vinu· inde dicit aliq q si eo tpe ad vi^m
asuescat disponu^r ad lepra Tercio pueri sunt asuesc
endi ad frigora vii p^r vii poli ait q mox expedit eo
suesce ex puis paruus ad frigora· asuesce n pueros ad fri
gora utile est ad duo Pmo ad sanitate vii ulter^r p^r ait q e
tuu ad frigora facit bona hitudine in puer 𝔭 caliditez
existem in illis Scdo exercitu ad frigora i puis pule utile
est ad bellicas actiones Na frigus mebra consolidat et co:
stringit· ita q cu peruenerint ad etatem debitam aptiores sut
ad opa bellica si a puericia sunt aliqualr exercitati ad frigora
vii idem phs ait q apud aliquas barbaras naciones co
suetudo est in flumina frigidis filios balneare ut eos forciores
reddant Attendendu est tn q cu dicimus pueros pruos as
vescendos esse ad hoc vel ad illud intelligedu e modate et
gradatim ut requirit condicio psone Qrto pueri asuescedi sut
ad congruos et tpatos motus Na. p^r p^r motus tpatus i puis
sunt valde bona Pmo q reddit corpa magis sana modatus
n exercitiu i quatcuq etate uide^r ad sanitate facere Scdo
corpa reddit corpa agilia Si n a puericia asuescat pueri
ad aliquales motus sunt agibiliores· p^r corpus et virtute
pigricia Na si ad aliquales motus no fuit graues pigri
et inertes asuescat pui Tercio facit ad augmentu
Na eo ipso q temperatum exercitiu iuuat ad digestionez
et facit ad bona disposicioe corporis· sequi^r q sit pficiue
ad augmentu Na cu augmentu fiat ex ipso alimento su
ficiencia corpo bn dispositu et q bn nutri^r et ala^r sut pficua
ad augmentu Qrto modati motus mebra consolidat· quibz
n i sequedo experit^r· q si se modate exercitat ad corporales labo:
res mebra corp eoz solida^r et fiunt forcia Pueri ergo
q nimis hnt tenera mebra ad aliquos motus modicos et
tpatos sunt asuescedi ut mebra corpr soliden^r vii phs
vii polit ait· q expedit i puis facere motus quoscuqz

Et tantillos ad solidandum membra et ut desfluere propter teneritatem commodatum in motu in pueris adeo laudat philosophus ut ab ipso primordio natiuitatis dicat flenda esse aqua instrumenta in quibus pueri vertatur et moueatur Quinto, retrahendi sunt pueri per aquos ludos et per aquas fabulas Ludus enim moderatus competit pueris quia in modato ludo est modatus motus et per modatum motum vitatur inertia et redduntur corpora agiliora Sunt etiam pueris narrande aque fabule et aque historie propter quas imprimunt propter propter significatores verborum. Vel etiam aque tantum hoc est sunt eis cantandi Nam ipsi nullum triste sustinent puer. ideo bonum est eos assuescere ad aquos modatos ludos et ad aquas honestas et innouas delectaciones Sexto sunt cohibendi a ploratu Nam cum pueri a ploratu cohibentur ex ipsa cohibicione fit ut retineat spiritum et anhelitum Nam sicut cum plorare permittitur amittunt spiritum et anhelitum. sic cum plorare prohibentur retinet spiritum et anhelitum Retinere autem spiritum et anhelitum secundum philosophum vij politicorum faciunt ad robur corporis. ut ergo pueri robustiores fiant cohibendi sunt a ploratu

Quod omnes iuuenes equaliter sunt excitandi ad corporalia exercicia et labores

XVI Iam distinguentes etates filiorum per septennia ut cum diceremus usque ad septem annos sit esse regendos. et a septem usque ad quatuordecim sit esse instruendos Sunt autem huius septennia abreuianda et elonganda secundum diuersitatem personarum Nam aliqui sunt robustiores corpore in xij annis quam alij in xvi Ideo quia de talibus punctualem regulam dare non possumus aquam relinquenda sunt iudicio pedagogi qui debet pueros instruere ut possit huius tempus anticipare et prolongare ut ei videbitur expedire In hoc autem tempore quod est a septennio usque ad quatuordecimum annum tria sunt consideranda circa regimen filiorum Nam homo prima diuisione diuiditur in animam et corpus Anima vero tamquam potentias principales habet intellectum et appetitum Tria ergo attendenda sunt in filijs primo quale habeant corpus secundo qualem voluntatem. tertio qualem intellectum Ut ergo iuuenes habeant corpus bene dispositum excitandi sunt per decentia exercitia et per debitos motus ut habeant voluntatem bene ordinatam inducendi sunt ad debitas virtutes et ad opera virtutum Sed ut habeant intellectum perfectum instruendi sunt in debitis scientijs Quantum ergo ad vitam et exercitium attendenda sunt

in regimine filiorum · a philosopho · ii naturalium ut intelligitur incerta pueri
assuescendi sunt pueri ad aliquos motus · sed cum compleverint
septennium usque ad annum quatuordecimum debent gradatim assuescere
ad leviores labores et ad fortia exercitia · ludi vel pile scilicet
thalectum vel luctatio studii philosophi videntur esse debita exer-
citia iuvenibus · In primo tamen septennio sunt leviora exercitia assu-
menda quam in secundo · ad hoc tamen in tali etate · eo quod membra
sit tenera non sunt assumenda opera violenta nec opera
ardua · Unde philosophus viii politicorum ait eos usque ad pubescentiam · id est
usque ad quatuordecimum annum leviora exercitia sunt assumenda ne
impediatur incrementum · Cum ergo iuvenes sint bene dispositi
quantum ad corpus a septennio usque ad quatuordecimum annum debent
fortiores labores assumere quam in primo septennio · Restat videre
quomodo oportet eos ordinari ad virtutes ut habeant bene dispositam
voluntatem · Dicit ergo quod philosophus quinto politicorum ait quod pessimum est
non instruere pueros ad virtutem et ad observantiam legum utilium
Augustinus ii philosophus vii politicorum · Ideo primo curandum sit de pueris
ut habeant debitum appetitum · quam ut habeant perfectum intellectum
Probatur autem prius esse curandum de ordinatione voluntatis
quam de perfectione intellectus · In 2o ergo septennio · cum pueri
iam incipiunt concupiscere non tamen habent perfectum rationis usum
potissime videtur esse curandum circa ipsos ut habeant
ordinatam voluntatem · Nam sicut corpus generatione est prius
quam anima · Anima prius corpus organizatur et formatur · et postea ibi
anima infunditur · Unde secundum philosophum vii politicorum prius curandum
est circa pueros quod habeant voluntatem bene dispositam quam quod
sectificato intellectum · Nullus autem habet bene ordinatam
voluntatem · nisi habeat moderatas concupiscentias · Nam ex
inordinatione appetitus sensitivi redundat inordinatio in
voluntate · Cum ergo concupiscentie se teneant ex parte corporis
magis quam ex parte anime · quia generatione corpus est prius
anima · prius intendendum est quod habeant moderatas concupiscen-
tias et ordinatam voluntatem · quam quod habeant illuminatum
intellectum · Modus autem quo moderande sunt concupiscentie
iuvenum est ut specialis cautela adhibeatur circa illa circa que
maxime consueverunt deficere · Cum ergo iuvenes sint insecu-
tores concupiscentiarum et desiderii iuvenes dicuntur et omnia faciunt
valde · ita quod cum amant nimis amant · cum incipiunt ludere
nimis ludunt · et in omnibus aliis se excessive habent · adhi-
benda est cautela ne insequantur concupiscentias · sed sunt ·

abstinentes et sobrii ne sint inebriati et vidua ne otia agat
vacans, sed in suis actibus et sermonibus modestiam accipiat. Hec
visa sint. Restat ostendere quod sint bene dispositi quantum ad in-
tellectum. Nam tamen dicimus quod in secundo septennio puerulis curandum
est de ordinato appetitu quam de perfecto intellectu, non tamen intel-
ligendum est quod nullo modo curandum sit quod habeant perfectum intellectum,
sed quia a septimo anno usque ad quatuordecimum annum iuvenes
habundant in concupiscentiis et deficiunt ab usu rationis,
ideo pueris est insistendum circa ordinatum appetitum. Quia enim
per totum secundum septennium pueri quasi non adsistunt nisi va-
nondum cum tamen intellecti sint ut de ipsis debeant consi-
dare possint, ideo in secundo septennio possunt pueri instrui
in gramatica que scientia sermocinalis est, et in logica que est
magis modus sciendi quam scientia, et in musica que consistit in
quadam modulatione vocum. Quia cum eo tempore pueri de-
ficiunt a rationis usu perfecte, scire non possunt, nec tamen omnino
privati sunt habere rationis usum, omnino sunt indispositi ad scientias:
assuescendi sunt ad illas artes de quibus fecimus mentionem.

Quod filii civium et maxime regum et principum a discursu et evagatione cohibendi sunt

.xviii. DICEBATUR supra circa filios tria attenden-
da esse, videlicet quod habeant bene ordinatum appetitum,
bene dispositum corpus et bene illuminatum intellectum.
Hec autem tria tribus septenniis possumus adaptare.
Nam primo septennio post receptionem baptismatis et sacra-
mentorum ecclesie pueris est insistendum quod habeant bene dispo-
situm corpus. Nam quia in primis septem annis pueri quasi omnino ca-
rent usu rationis, nec commode assuescere possunt ad opera virtu-
tum, nec ad scientificas speculationes. Sed in illo tempore adi-
scere possunt habere ydiomata vulgaria. Sed a septimo anno usque
ad quatuordecimum, quia tunc incipiunt habere concupiscentias carnales
illicitas, et aliquo modo licet imperfecte incipiunt percipere rationis
usum, ideo in illo tempore non solum curandum est quod habeant
perfectum corpus, sed etiam quod habeant ordinatum appetitum
usque ad quatuordecimum annum. Sed post in pulcrius magis indu-
cendi sunt pueri ad bonum per assuefactionem quam per rationem.
Sed a quatuordecimo anno, quia tunc perfecte percipiunt
rationis usum, non solum curandum est quod habeant bene
dispositum corpus et bene ordinatum appetitum, sed etiam quod sint

Prudentes et qui habeant bene ordinatum vel illuminatum in-
tellectum. Oportet enim adiscere per se non solum gramaticam que videtur esse
quasi sciencia vocum vel dyalecticam que est quasi quidam modus
sciendi vel practicam musice que consistit in consonancia vocum. Sed
per se istam in illis scienciis ad quas sicud omnes vertere ad
iusticiam regere et per quas cognitionem sic possimus sapienter
et provide. In primo ergo septennio post receptionem baptismatis
et sacramentorum intendendum est quasi principaliter circa unum ut circa
bonam disposicionem corporis. Sed in secundo septennio ut a septimo
anno usque ad quartumdecimum est quasi intendendum principaliter
circa duo ut circa disposicionem corporis et circa ordinacionem appetitus.
Sed in tercio septennio ut a quartodecimo anno et de-
inceps est intendendum circa tria ut circa bonam disposicionem corporis
et circa ordinacionem appetitus et circa illuminacionem intellectus. Quo-
ad disposicionem corporis ut volentibus vivere vita politica
a quartodecimo anno et deinceps est ut assumant forciores la-
bores quam hactenus. Nam sicut a septimo anno usque ad quar-
tumdecimum assumendi sunt forciores labores quam in precedentibus
annis. sic a quartodecimo et deinceps assumenda sunt ulterio-
ra exercicia quam hactenus. Immo omnes labores precedentes quartum- 2
decimum annum debent esse quasi leves et debiles. Oportet autem
assumendi sunt labores forciores. Nam philosophus octavo politicorum ait
Cum usque ad quartumdecimum annum pueri assuescendi sunt ad
labores leves. Sed deinde debent assumere labores fortes. Nam 2
ut vult philosophus a quartodecimo anno assuescendi sunt pueri ad
labores fortes. ut ad exercitacionem luctativam vel ad aliquam
aliam exercitacionem similem exercitacioni bellice. ut postea in xviij
anno instructi in luctativa et in equestria et in aliis que ad
miliciam requiruntur subire possint labores militares. Dicuntur
enim bene dispositi quantum ad corpus qui habent tale corpus
quale requirit suum officium. ut sic milites habent bene dispositum
corpus qui habent ipsum tale quale requirit suum officium militare
quod sine forti exercitacione corporis esse non potest. Cum ergo omnes
volentes vivere vita politica oporteat aliquando sustinere fortes
labores pro defensione reipublice. omnes volentes vivere tali vita
a quartodecimo anno et ultra debent assuefieri ad aliqua exercitia
robusta ut si advenerit tempus et necessitas quod respublica defe-
nsione indigeat. habeant corpus sic dispositum ut possint tales

Subire labores ut per eos respublica possit defendi quia
aut maiores et qui minores sunt ad tales labores sunt assue-
scendi ut in prosequendo patebit. Sufficiat ad presens sic
sollicitari circa regimen filiorum ut habeant sibi dispositum
corpus ut possint debitos subire labores. Quod maxime
fieri contingit si ad debita exercitia assuescant. Viso quomodo
a quatuordecimo anno ultra sollicitari debent patres erga filios
ut habeant bene dispositum corpus, restat inde quomodo sollicitari
debeant circa eos ut habeant ordinatum appetitum. Videntur
autem iuvenes a quatuordecimo anno quantum ad ordinationem appe-
titus specialiter delinquere. Primo vero quantum ad elationem quia ad extime ma-
prunt hec potestatem vomie vero videtur eis quod essent digni dominari
et dedignantur aliis subici. Secundo delinquunt in prosequendo venerea
quia extunc ardentius incipiunt circa venerea moveri quare ergo semper
cautela adhibenda est quia maius periculum imminet a quatuordecimo
anno ultra. Specialiter monendi sunt iuvenes ut non sint elati sed
sint subiecti et obedientes suis patribus et senioribus. Tangit autem
Philosophus VII Politicorum tres breves rationes quare filios esse sub-
iectos et obedire suis senioribus et patribus. Prima ratio est quia seniores
et patres imperant iunioribus propter eorum bonum. Decet autem obedire ei
qui sit non pape agat nisi ad bonum eius. Secunda quia filii cum ve-
nerint ad etatem perfectam futuri sunt domini. Debent ergo ipsi dum
sunt in iuvenili etate patribus et senioribus obedire ut decet
alios exigere ut qui venerint ad etatem perfectam eis famulentur
et obediant. Tertia ratio est quia qui vult discere principari
debet prius discere subici. Unde Philosophus ait in III Politicorum nemo bene prin-
cipatur nisi didicerit esse subiectus. Nullus enim est bonus magi-
ster nisi prius bonus extiterit discipulus. Ut ergo ipsi valeant
bene principari indignari non debent subici suis senioribus
et patribus. Est ergo primo ad rectificandum appetitus iuvenum
existentium in etate de qua loquimur ut velint senioribus
et patribus obedire. Secundo rectificandi sunt circa venerea et illicita
insequitur. Iuvenes enim a quatuordecimo anno ultra non solum
inducendi sunt ut sint abstinentes et sobrii quantum ad ci-
bum et potum, sed etiam ut sint continentes et pudici quantum
ad actus venereos, quia extunc ut dicebatur ardent ad venerea
... omnis vo-
luptas. Inducendi ergo sunt in etate ista ut non contineant omnis
usui ipse cingulo sint contenti. Ostenso quomodo circa iuvenes a quatuorde-
cimo anno ultra est bene disponendum corpus et rectificandus appetitus,
reliquum est ut ostendatur quomodo illuminandus sit eorum intellectus.

Hoc aut satis ee pt per dicta maifestu Na qr a quatuordecio ultra
incipiut esse pfectiq Romie visio ut dicebat exitus pue ystem no
solu i gra que e qui scia voc vel dialecta q e qui quida mog
scedi. Et q pritia musice q qsistit i qsonatia vocu. sz etia apti
st ut qsstunatr i ultioibz scie q aut ultiores scie st eis qpode pz
etia p la dicta Na si nolt vita polita vivere et militari potissime
deriq stude i moralibz scie qr pcas scie potiut quo se et alios
decat gubnare Moralia aut sciaz iuuenes yequntor passionu no est
sufficies auditor In etate go mis iuuenili q durat usqz ad quatuordecim
anno tales scie no prode alys. sz a quatuordecio ano ultra si iuuenes
se vsteniut ut passioes et lasciuias ysequtur efficacr disposito ut sit
sufficietes auditores moralia p q se et alios gubnare cognoscat
sic go iuuenes rgendi st a quatuordecio ano usqz ad xxvij si no qrir
quar ab 10 te ultra rgedi st hoies qr tuc qui pueniut omode
ad sua pfeoz Dent ee tales ut sciat seipos rge et gubnare qtto
go no indiget pedagogo sz p ca q dixiq i po lio q e de rgimie
sui put documeta accipe quar seipos rgat. Quod omnes
equaliter exercitandi sunt ad corporalia exercitia
et labores

xviij

Omnes iuuenes voletes viuere vita politica aliquo exerci
tadi st ad labores corpales Corpal n exercitatio si moderata
sit oibz indetr esse proficua. eo q facit ad quada sa
tatem et ad quanda bona dispositom corpis. calefacto n 2
corpore per aliquos moderatos motus expellutur ab eo superf
lua et nociua qua tu singdi exercitatio videtur esse pficua
volentibus ciuiliter viuere Nam quia tales non multu
vacant inquisitioni veritatis Neq spiritualibus delectationibz
expedit eis ut vitent inerciam et ut vitent solliciti
dinem illicitam exercitari aliquibus corporalibus la
boribus licitis Expedit enim omnibz volentibz polite

Expedit n omnibz volentibz politice viue to tumbz qz nobilibz
tam Regibz et principibz quam alys no omio cessare a corpalibz
laboribz. ut omo exercitationes esse in armorum usu Exercitatio
n corpal debita reddit corpus robustum ut facilius onus
armorum possit sustinere. quare si usus armorum no solu cat est
licitu sz etia neccius pro bono reipublice. volentibz polite viue
no dz omo ignotum esse. no tn omes iuuenes ad huiusmodi labo
res equaliter sunt exercitandi Nam filii Regum et principum ad hos
labores corporales minus sunt exercitandi quam alii. et adhuc primo
geniti qui Regnare debent deteriores labores assumere Nam
sz p octauo politicorum Labor corpal et quodammodo p inuictu se
impedire videatur Racio aut huius pt summi ex hiis q dicta sunt 3

In secundo de anima ubi dicit molles carne aptos mente
dicimus Ad huiusmodi ergo intellectualem industriam indigemus mollitie carnis
Corporales ergo labores ex quibus redditur caro dura impediunt sub
tilitatem mentis Unde ergo dictum est quod dicitur in vii physicorum quod anima
in sedendo et in quiescendo fit prudens Nam per sessionem et quietem
redditur caro mollis per quam sumus apti ad speculandum per lab
orem vero et motum efficitur caro dura per quod impeditur mentis
subtilitas Hos autem qui debent habere regimen regni magis expedit
esse prudentes quam bellicosos Nam Rex sive princeps plus valet per prudentiam
quam arma bellica Rex enim et princeps et universaliter omnis dominator
populi licet in bellando et in assumendo arma quantum plus non va
leat quam unus homo vel aliquando minus quam unus homo tamen per pru
dentiam principalem potest toti populo subvenire Nam totus populus
et totum genus regni si non sit bene unitum et ordinatum modicum
potest unitum vero et ordinatum per Regis prudentiam magnam operari va
let Licet ergo Reges et principes non omnino ignorare debeant
armorum usum ut sic deceat fugere corporales labores ut effemi
nati efficiantur nec pro defensione regni nec pro patria tamen audeant
arma assumere attamen quia decet eos esse magis prudentes quam
bellatores filii regum et principum et maxime primogeniti qui regnare
debent minus sunt assuescendi ad corporales labores quam alii ne per
huiusmodi labores caro eorum indurata impediat subtilitatem
mentis tales ergo plus debent vacare prudentie quam fortitudini
corporali Vacabunt autem prudentie si diligenter insistant
circa morales scientias ut possint mores hominum et agibilia
agnoscere Decet ergo eos qui debent alios regere regalem incuriam
et sollicitudinem illicitam vitando moralibus studiis incogitando
scire bonas consuetudines regni audiendo sepius acta
predecessorum bene regentium regnum Hoc ergo modo vacando
actibus prudentie a regibus et principibus et a suis heredibus
magis est vitanda inertia quam per labores et exercitia corporalia

**Quod filie civium et maxime regum et principum a discursione et evagatione cohibende sunt**

xix

CUM EX USU coniugii non solum oriantur filii et
mares sed oriri possunt filie et femine postquam
diximus quam curam gerenda sit circa filios
Restat dicere quam curam gerenda sit circa filias
sed hoc brevem tractatum indiget quia sicut determinavimus de regi
mine coniugali et diximus qualiter regende sunt femine
magis sufficienter diximus qualiter cura circa filias sit gerenda

Nam sicut decet coniuges esse continentes pudicitiam castitatem et
sobrietatem · sic decet et filias · licet ergo et multa alia que de con-
iugibus diximus sunt adoptanda · aliquantum superaddemus declarantes
per debitum regimen filiarum inter que primo dicemus filias
cohibendas esse a circuitu et discursu quod triplici via venari
possumus Prima via sumitur ut tollatur filiabus comodi-
tas male faciendi Secunda ne fiant inverecunde Tercia
ne fiant lascive et sponsalite Communiter enim quasi omnes viri
proni sunt ad malum et multomagis femine · quia magis defi-
ciunt a racionis usu · dicebatur enim supra cognitorum magis
intrinsece a sensu et maxime nobis nota esse sensibilia Unde
ergo est cum communiter homines non reputant nisi sensibilia bona · quia
tanto feruntur impetu ad delectaciones sensibiles ut plurimum
delinquimus in talibus si assit nobis comoditas delinquendi
Unde et Philosophus in Rethorica vult Cum homines ut plurimum male faci-
unt cum possunt · maxima ergo cautela ad persuadendum probitatem
et innocentiam est vitare comoditates malefaciendi · propter quod et
proverbialiter dicitur Cum furandi comoditas facit furem Si ergo in
viris in quibus est racio prestancior est magnum periculum
non vitare comoditates delictorum · multomagis est in feminis
hoc vitandum et adhuc magis in filiabus est id in puellis · ne
igitur detur eis comoditas male faciendi sunt debite custodiende
et prohibende sunt inverecunde et discursu a circuitu Secunda
via ad investigandum hoc idem sumitur ne fiant inverecunde
Illud omne completum est quod adeo verecundiam quod non assueverunt
inter gentes verecundiam ingerere inter eas Inter cetera
ergo que reddunt puellas verecundas in aspectu virorum
est non assuescere eas inter gentes · quare cum puelle cir-
cuiendo et evagando per plateam virorum assuescant aspectibus
fiunt familiares eis et tollitur ab eis verecundia ex virorum
conspectu / tollere autem a puellis inverecundiam est tollere eis frenum
quo retrahuntur ne male agant Nam in feminis
et maxime in puellis deficiat racio per quam prohibeantur
ne quibus repugnantur illicita Maximum ergo frenum feminarum
et potissime puellarum ne prorumpant in turpia videtur
esse verecundia Decens ergo est puellas cohibere ab eva-
gacione et discursu ne fiant inverecunde id ne tollatur

Ab eis verecundia per quam cohibentur ab actibus turpibus. Tercia via sumitur ne fiant lascive et impudice. puelle enim si debito modo sub custodia teneantur et non permittantur discurrere et circuire non solum efficiuntur verecunde. sed eciam contrahunt quandam silvestritatem que optima est ad salvandum pudiciciam puellarum. Videmus enim quod animalia valde silvestria si assuefiant conversacionibus hominum domesticantur. nec permittunt se tangi et palpari. Si vero a conversacionibus hominum sunt remota quasi silvestria tactum et aspectum hominum fugiunt. Quod ergo videmus alibi aliis aspicimus contingere eciam in feminis. Si ergo femine non discurrant et a conversacione virorum sunt insuete quasi silvestres ab eorum societate distrahuntur ad lasciviam vel ad impudiciciam inclinantur. Universaliter ergo omnes cives et maxime multomagis nobiles et potissime reges et principes tanto curam maiorem circa proprias filias adhibere debent ne indebite fruantur et discurrant. quanto ex impudicicia et lascivia suarum filiarum potest maius malum vel periculum imminere etc.

## Qualiter omnes cives et maxime reges et principes debent sollicitari circa filias ne velint vivere ociose

xx Ut Sapiens dicebat in prologo primo Rethoricorum commendat in senibus amorem oppositam possimus ad contraria via venari. Cum decet omnes cives et multo magis nobiles et maxime Reges et principes sic sollicitari circa proprias filias ut nolint ociose vivere et ament se exercere circa opera aliqua licita et honesta. Que via sumitur ex honesto solacio quod inde habetur. Alia ex illicita consuetudine quod per hoc vitatur. Tercia ex fructu et utilitate que inde consurgit. Prima via sic patet nam si per X ethicorum absque omni delectacione vita nostra durare non potest. ideo concedunt omnes durities delectaciones esse fugiendas. Cum ergo non possimus commode durare in vita nisi in aliquibus delectemur. decet nos assumere aliqua opera licita et honesta circa que vacantes insint nobis alique delectaciones licite. Decet ergo viri ne ociose vivant et ut delectentur in operibus licitis insistere debent circa aliqua opera civilia. ut circa ea que spectant ad gubernacionem Regni vel circa regimen domus. vel circa alia licita exercicia. Sic et mulieres ne ociose vivant debent oportet amare. et decet eas exercitari

Circa aqua opa licita z hocsta. Anima go omis de-
lectatur i ppys opibus et omnes, diligunt sua opa. ut
vult p viij ethi. ut mulieres ipse circa pntes actibus
delectatoibus ulat. deceat eas esse intentas circa opa aqua
licita z honesta. quod tanto mag' indiget expedie in mu
lieribus qm viris. quanto mag' a viris deficientes nesciunt vinc
iust co actibus sensibilibus circa ipsa delectacioz firmat. quia
aut debent ee opa circa q mulieres insudare deceat i pcedendo
patebit. Secunda via ad investigand' hocidez sumit
ex intatione solicitudinis illicite. Nam qr mulieres et max
ime puelle ut plurimum domi stant et no vacant circa
talibus opibus ut ignimbus rei ic. si mentes huiusm ut supercius
dicebatur nescit ociosa ee. statim cum qs no dat se licitis
circa ipsa vagatur eius mens circa illicitas cogitaciones. quod
tantomag' cavendu e i mulieribus qm in viris. quanto mol-
liores sunt illi et quanto cogitando illicita facilius inclinant
ut ea si adsset comoditas ope applicant. Tertia via sumit
ex fructu et utilitate q inde consurgit. Nam magis mulieres
put se dant licitis circa ipsa tn inde consurgat aliqd bonum
operacionis opibus ut aqua bona disposito interioris opibus
ut materias debitis go diligentia et cura adhiberi ut mu
lieres sint bone z virtuose. Propter quod et a pho 2o Pol.
vituperantur Lacedemones et dicuntur ee fere. sed omnino
infelices. qr no adhibebant curaz et diligentiam quo eoz
femine essent virtuose et bone. Adhibenda go e sollicitudo
ne femine ociose vivant. sed exerceant se circa aqua opa
licita z honesta. ut ex hoc fructus et utilitas insurgat
et efficiantur bone z virtuose. Si aut quera'r circa qua
opa sollicitatum debent. dicendum i talibus differunt loca statum
diversitatum personarum. texere n et filare z opera circa servicium
indiget opa competentia mulieribus sine femmis. q si aliqua
femina existenda i tanto alto gradu esset q no esset digni
ut q no esset assuetum sed morem patrie ut se circa talia
exercitarent. adhuc no esset dimittenda ut viveret ociosa.
sed tradenda esset studio litterarum. ut ad amorem litteraz affecta
no vacaret ocio. sed sepe sepius librum arripiens se lectionibus
occuparet. ex hoc aut declaratur quod superius diximus in
tractatu de regimine coniugali. dicebatur n i mista decla
rabimus esse circa que opa deceat feminas esse intentas

XXI Quod decet reges et principes et universaliter omnes cives
sollicitari erga filias ut sint debito modo taciturne

Ostenso quod non decet puellas esse vagabun-
das sed decet eas vivere otiose restat ut innuamus
ostendamus quod decet eas taciturnas esse quod triplici
via venari possumus. Prima sumitur ut magis
appareant ornate et decentes et ut a viris sint magis diligantur.
Secunda ne loquantur indebite et incaute. Tertia ne sint pro-
ne ad iurgia et lites. Via prima sic patet. Nam tanto desideratum
sit aliquid quod abest ut vult philosophus in 2 Rhetoricorum. Quanto aliquid quod
est possibile haberi magis videtur arduum et inaccessibile
tanto magis videtur abesse et magis concupiscentiam movet. Fe-
mina igitur cum quia est loquax quodammodo nimis se fami-
liarem exhibet et quodammodo se contemptibilem reddit. Unde philosophus primo
Politicorum ait quod ornamentum mulieris est silentium. Si enim mulie-
res cum debito taciturne sunt quia se se non familiares
exhibent earum consortium videtur magis abesse et videtur magis
inaccessibile. Propter quod non sic vilipenduntur et habentur in contemptu
sed magis appetuntur et amantur. Quia ergo taliter videtur esse pulchrum
et decens quod amatur, si mulieres taciturne magis amantur
ex hoc ipso magis apparent decentes et ornate. Ab ipsa ergo
puerili etate instruende sunt puelle ad taciturnitatem
quia si contingat eas quocumque modo post quibuscumque suis viris
copulari, ab eis si sint debite et taciturne ferventius
diligentur. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ut intel-
loquium incautum. Dicebatur enim supra ibi super mulieres cautelam
adhibendam esse quia consueverunt maiores defectus consurgere.
Cum ergo ex hoc quis conatur prudenter et caute loqui
quia indiget prudentia et astutia, quanto quis ma-
gis a ratione deficiat tanto magis contingit ipsum incaute loqui.
Cum ergo mulieres magis deficiant a rationis usu quam viri
et puelle magis quam femine iam adulte, circa feminas et
maxime circa puellas sollicitandum est ne incaute loquantur. Inve-
nte autem sunt cautele ne quis prorumpat in locutionem incau-
tam. Ideo videtur esse potissima ut nullus sermonem proferat nisi
ipsum prius diligenter examinet. Quia ergo diligens examinatio
cum loquacitate stare non possit, ut femine ab ipsa
puellari etate discant cautos sermones proferre decet

Has non esse loquaces. sed oportet ipsas esse debite
taciturnas. ut possint omnem sermonem prolatum
diligenter cognoscere. Tertia via ad investigandum hoc
idem sumitur ex eo quod sunt prone ad iurgia et lites. Nam
femine et maxime puelle deficiant a rationis usu
nisi sint modo debito taciturne et nisi sermones
dicendos diligenter examinent. Sicut propter rati
onis defectum de facili loqui possunt pertinentia ad
simplicitatem et imprudentiam. Sic de facili loqui pos-
sunt pertinentia ad lites et ad iurgia. Decet ergo
ipsas per debitam taciturnitatem adeo examinare
dicenda ut nec dicant aliqua per que indicentur
imprudentes nec dicant aliqua per que possint
perturbare audientes. Propter quod indicentur litigi
ose et discole. quare decet eas esse taciturnas que
in verba litigiosa prorumpant. A verbis autem liti
giosis potissime debent sibi cavere femine. quia
postquam litigare incipiunt nesciunt a litigio se ab-
stinere. Deficit enim in eis rationis usus per quam
concupiscentie refrenantur. Adeo postquam mote sunt
et litigare ceperunt augetur in eis concupiscentia litigium
quod per rationem de facili refrenare non possunt. eo quod ab usu
rationis deficientes ut plurimum plus vivunt passione
quam ratione. Explicit secunda pars libri secundi in quo
agebatur de regimine domus et coniugii a viris
Sequuntur tituli libri secundi partis tertie

primo Quod ad gubernationem domus spectat
non solum determinare de personis sed etiam
de supplere indigentiam corporalem et quod
hee due materie sunt connexe. Capitulum

2m Quomodo distinguenda organa gu-
bernationis et qualiter adinvicem com-

3m Qualia edificia decet habere reges
et principes et universaliter omnes
cives quantum ad operis industriam
et aeris temperantiam

iiii Qualia debent esse edificia quantum ad salubritatem aquarum et quantum ad alia que civitatibus [?]
v Quod possessio hominum est quodammodo naturalis et quod ab[?] civitatibus possessionibus quodammodo non vivunt ut homines sed ut hominibus inchoate
vi Quod utile est in vita politica quod cives [?] grande possessionibus utendi sit liberalis
vii Quomodo est utendum exterioribus rebus et quibus modis
viii Quod cives et maxime reges et principes non debent infinitas possessiones appetere
ix Quot sunt species commutationum et quot sint utilitates inventionis pecunie. Quibus que vituperabilis
x Quot species sunt pecuniative et que illarum sit laudabilis
xi Quod diversi sunt modi lucrandi pecuniam et quod aliqui illorum modorum sunt regibus et principibus convenientes
xii Quod aliqui sunt naturaliter servi et quod expedit aliquibus esse subiectos. Et dare servitutem legalem et positivam
xiii Quod preter servitutem naturalem que est quasi servitus simpliciter
xiiii Quod preter servitutem ut ministrorum naturales et legales est dare ministros conductitios et delectivos. [illegible] committenda
xv Quot in domibus regum et principum sunt ministri offi[ciales]
xvi Quomodo a regibus et principibus providenda sunt indumenta ministris. Esse curiales
xvii Quid est curialitas et quod decet ministros regum et principum
xviii Quomodo reges et principes erga suos ministros debeant se habere. Eloquiis habundare
xix Quod in mensis regum et principum et ubi nobilitas [?] tenentur [?] quod ministros non decet in

Quod ad gubernationem domus spectat non solum dictare de servis sed etiam que supplent indigentiam corporalem et quod hec due [?] sint ordine

Digestis duabus partibus huius secundi libri in quo agitur de regimine domus et ostensum est qualiter decet viros suas coniuges regere et patres suos filios gubernare. Restat exequi de parte tertia in qua agitur de regimine ministrorum vel de regimine familie. Huic autem parti in qua agitur de regimine ministrorum et familie certe ut in [?] secundo [?]

Consequenter post partem illam in qua agitur de hiis que supplent indigentiam corporalem et que faciunt ad conservationem vel ad sufficientiam vite cuiusmodi sunt edificia, possessiones, multitudo numismatum et copia aliarum possessionum. In hac ergo parte tertia huius secundi libri. Eo quod hec tria sunt connexa, intendimus instruere volentes domos suas debite gubernare non solum quantum ad regimen ministrorum et familie, sed etiam quantum ad ea que ordinantur ad conservationem vel sufficientiam vite et ea que supplent indigentiam corporalem. Determinabimus ergo in hac tertia parte huius secundi libri qualiter deceat cives reges et principes et universaliter omnes cives se habere, quomodo deceat ipsos se circa possessiones habere et numismata et circa regimen familie et ministrorum. Quomodo autem homines deceat considerare prudentem patremfamilias vel dominum gubernatorem familie, et quod hec tria sunt connexa, ut in prologo tangebatur, sufficienter ostendit Philosophus in politicis. Ostendit autem duabus rationibus. Quarum prima spectat ad yconomicam et ad gubernatorem familie considerare de possessionibus ut de domibus et de numismatibus et de suppellectilibus et de aliis que supplent indigentiam corporalem. Secunda vero sumitur ex sufficientia vite. Prima sic: sicut se habent artes gubernativae domus ad artes alias. Secunda ratio sic patet. Nam ideo ars de gubernatione traditur ut paterfamilias cuiusque domus gubernare debite sciat circa ea que faciunt bene vivere et que requiruntur ad sufficientiam vite. Quare si ad vivendum politice requiruntur domus, possessiones et numismata, spectat ad gubernatorem domus considerare de talibus. Secunda ratio ad investigandum hoc idem sumitur per proportionem et similitudinem huius artis que est de gubernatione domus et ad artes alias. Nam sicut cetere artes ut ars fabrilis et textoria habent sua organa per que perficiunt operationes suas, sic et gubernator domus requirit sua organa per que organa opera sua complere possit. Volens igitur notitiam tradere de arte fabrili oportet ipsum determinare de marcello et incude et de aliis instrumentis fabrilibus, quia spectat ad fabrum talia instrumenta cognoscere. Sic volens tradere de arte textoria oportet determinare de pectinibus et aliis organis illius artis, quia spectat ad textorem talia instrumenta cognoscere. Quare volens tradere notitiam de arte gubernativa domus determinare oportet de edificiis, possessionibus

Numismatibus quia talia sunt organa huiusmodi artis spectat
ergo ad gubernatorem domus talia cognoscere. quia per talia et per possessiones
organa constructa potius quam faciunt ad sufficientiam vite. Sed in arte gub
ernationis domus organa ipsa. sic et cetere artes mechanice huius
ipsa ministrantia. Differunt tamen hec ab illis. Secundum philosophum in politicis. quia
organa gubernationis domus sunt activa. organa vero mechanicorum
sunt factiva. Nam in mechanicis regulamur per artem. Sed in gu-
bernatione domus regula est prudentia. Sicut ergo ars differt a prudentia.
sic organa mechanicorum differunt ab organis gubernationis domus.
Differt autem hec ab illa quia ars est recta ratio factibilium et per
artem resultat aliquod factum in materia exteriori. Sed prudentia
est recta ratio agibilium et per eam non proprie resultat aliquod
factum in materia exteriori. Sed magis resultat aliqua actio et aliquis effectus
in agente. Organa ergo mechanicorum dicuntur factiva quia sunt organa
artis que est de factibilibus. Sed organa gubernationis dicuntur activa
quia sunt organa prudentie que circa agibilia est. Licet ergo gu-
bernatio domus largo modo possit dici ars. proprie tamen debet dici
prudentia. Premissis ergo duabus rationibus sufficienter ostenditur. quod spe-
ctat ad gubernatorem domus considerare de omnibus possessio-
nibus et numismatibus que faciunt ad conservationem et ad sufficientiam
vite. per illas autem easdem rationes probari posset quod spectat ad
gubernatorem domus. scire debite se habere circa ministros et ser-
vos. Nam ministri et servi sunt etiam quedam organa deservientia gu-
bernatori domus. propter quod declaratum est prima parte huius ubi di-
cebatur. Quod spectat ad gubernatorem domus considerare de ministris
et de hiis que supplent indigentiam corporalem. Cum autem hee
due partes sunt connexe et quia determinatum de edificiis et possessionibus
congrue debeat tractatum in quo determinatur de ministris et ser-
vis. Declarari patet. quia nam possessiones domus et numismata
sunt organa gubernationis domus. Similiter etiam servus est
quoddam organum. et quodlibet organum est quidam servus. Nam
ut philosophus. organum est quasi inanimatus servus. et servus est
quoddam animatum organum. quia ergo sic conveniunt organum et servus
congrue hee due partes connectuntur.

## Quomodo distinguenda sunt organa gubernationis et qualiter ad invicem comparantur

n. Philosophus primo politicorum omnia organa gubernationis domus ad
convenienter distinctionem dividit. Dicit enim quedam esse animata
vel servi. quedam inanimata ut possessiones et numismata

Et indumenta et ceteram supellectilia destructa ad indigentiam
vite. Dicit enim idem modus in aliis artibus. Sic secundum philosophum politicus
circa gubernationem domus esse. Sed in aliis autem artibus organum anima-
tum et inanimatum ut in arte gubernativa navium tamquam organum
animatum est gubernator sive ut tamquam animatum est ibi prorector
sive remigator. Sic in gubernatione domus tamquam organa inanimata
sunt ibi indumenta lecti possessiones et huiusmodi. Tamquam animata sunt
servi et ministri. Convenienter ergo omnia huiusmodi organa. Et quodlibet aliquo modo
est quaedam res possessa. Dicunt tamen quod sicut inanimata illa animata. Viso
quomodo distinguuntur organa gubernationis domus restat ostendere quomodo ad invicem
comparantur. Dicit enim quod in pluribus huiusmodi organa ordinata esse ad invicem
Ita quod organum sit aliud organum et organum animatum sit ante
inanimatum. Sed enim sollicitudo domus est quoddam naturale et in natura omnia
ordinata sunt et semper inferiora administrantur per superiora et recipiunt
motum et mensuram ab illis. Oportet esse organa domus ut organa inferiora
ordinata ut inanimata sunt movenda et administranda per superiora
organa ut per animata. Et hoc declarat primo politicorum per hoc quod similiter in aliis
artibus videmus. Cum plectra non per se citharizant. Et pectines non
texunt [illegible]. Nam ad citharizandum plectrum indiget ministro mo-
vente et pecten ad pectinandum ipsum indiget movente. Sic ut ait
in domibus suorum. Ideo enim architectores et domini indigent servis
et ministris sive indigeant organis animatis quia organa inanimata
per se ipsa [illegible] non [illegible] ad quod sunt facta. Nam si tripodes
et mense regum et pulpita vel alia ad [illegible] talia essent
quales erant tripodes in quodam templo de quibus poeta fa-
bulose dicebat quod spontanee se ingerebant divinis [illegible] et si
omnia organa essent talia qualis erat statua de Dalide quam
philosophus fabulose recitat in politicorum quia per se implebat opus de [illegible]
nulla indigentia esset servorum. Si mense se ipsas prepararent et ut
[illegible] hostia se ipsa aperirent et clauderent. Sed quia
hoc non est et organa inanimata a se ipsis non possunt moveri
ideo domini et architectores indigent ministris et servis ut sic eorum
ductu moveantur organa inanimata vel organa carentia ratione
ut opus proprium possint implere. Indigemus enim. Sed ordine universi
ut suprema mediante administrentur ad infima. Sed lex universi est ut
infima administrentur a supremis per media. Suprema autem in
quolibet negocio esse videntur architectores et domini. Infima
non sunt organa inanimata. Media vero sunt ministri et servi quia

Qui sint quae organa animata indigeant et quot decet praepositos
esse speculatores mensae ut et hostiarios et aquam tertia capitulo. Si con-
venientius est haec per medios ministros efficere. In domo ergo completa
utraque organa sunt necessaria animata et inanimata quibus ad invicem
se habeant manifestum est per ea quae dicta sunt. Animata sicut et inanimata
et qualiter per ea sunt administranda et modum ut possit ipsa opera adimplere.

Qualia edificia decet habere reges et principes et universaliter
omnes cives quantum ad industriam operis et aeris
temperantiam.

Expeditis partibus potest in hac tertia parte huius secundi libri
m dicendum esse tam de ministris quam de his quae deserviunt ad
conservationem et ad sufficientiam vitae. Deserviunt enim ad conser-
vationem et sufficientiam vitae quae ad tria reducuntur. Huiusmodi enim sunt edi-
ficia possessiones et numismata. De quibus ergo dicendum est declarabi-
mus primo quales domos et quales habitationes reges et principes et
universaliter omnes cives habere debent. Secundo quam diu se habeant de ipsis possessionibus.
Tertio de numismatibus. Quarto de ministris. Sciendum ergo quod consideranda
sunt in edificiis ut tradit Palladius in libro de agricultura
et industria operis ut edificium sit subtile et debite factum et
temperantia aeris ut sit in debito aere collocatum. Quod autem reges
et principes decenter habitationes mirabiles et subtili industri-
a constructas probat philosophus dupliciter. Primo ex parte sui
ex parte magnificentiae regiae. Secundo non ex parte populi.
Possumus autem et nos tertiam rationem addere ex parte familiae et ministro-
rum. Prima sic patet. Nam in quarto ethicorum ubi de magnificentia
maxime gloriosos et nobiles decet esse magnificos reges ergo et
principes qui debent esse nobiles et praeclari potissime decet
esse magnificos. Alii enim moderatas possessiones habentes possunt esse
liberales eo quod liberalitas in parvis sumptibus esse potest. Sed re-
ges et principes multis possessionibus pollentes debent esse mag-
nifici eo quod magnificentia circa magnos sumptus esse contingit.
Si magnifici ut dicitur in eodem quarto ethicorum est praeparare habitationem
decentem. Non est autem decens habitatio magnifico nisi mira
industria sit constructa ex parte ipsius magnificentiae. Igitur
patet quod reges et principes quantum ad industriam operis decet habere
habitationes. Alii non cives debent magis et minus mirabiles nisi competit
eorum facultati. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex parte ipsius
populi et hanc tangit philosophus sexto politicorum ubi ait quod principes sic
decet magnifice facere et talia edificia construere quod populus videns
ea quasi sit inde suspensus et aliter vehementer admiratus. Nam populus
minus insurgit quod principem videns ipsum magnifica facere. Tertia

cum de populo sic virtus optima principem esse tyrannum, quia magnifice sit ipsum invadere et quia
tanta magnificentia non cadit electio neque consilium, ut ut plus in Ethicis. Velut ex
populo extrahitur ne seditionem faciat quod principem sic aspiciat ipsum tyrannum et tantam
magnificentiam magnorum aedificiorum, licet non sit facienda ad ostentationem et inanem
gloriam, tamen decet reges et principes ne in contemptu habeantur a populo facere aedificia
magnifica prout requirit decentia status in quo existunt. Tertia via sumitur ex parte
ministrorum et familie. Nam ut vulgo dicitur divitiae multae sunt qui comedent eas. Cum do-
minis igitur regibus et principibus oportet multos abundare ministros, ut igitur non solum
propria regis et principis, sed etiam multitudo ministrorum debite commode possit in aedificiis
conservari, oportet ea esse magnifica. Viso qualia decent esse aedificia quantum ad
magnificentiam et industriam operis, restat videre qualia debent esse ad aeris temperamentum.
Tangit autem Palladius in libro de agricultura tria ex quibus cognoscere possumus
in quo aere sit aedificium construendum. Est enim salubritas aeris primo declinare a vallibus
infimis. Nam in vallibus infimis aedificia construuntur quia aer est ibi grossus
propter incidentiam motum continet ipsum non esse salubre. Sicut enim imaginari debemus
aquam stantem esse fetidam quia stat, eo quod aqua stans ut plurimum detrahit
et putrescit, sic aer reclusus in vallibus, eo quod non habeat liberum motum quo ingre-
diatur, stat et efficitur non saluber. Est ergo primum salubritatis aeris considerandum in aedificiis construendis
ut non sint constructa in vallibus infimis. Secundo considerandum est ut locus in quo est
aedificium construendum sit a nebularum tenebris alienus. Nam in aqua parte terrarum
quae magis paludosa est propter aquas ibi diffusas terra magis et saepius ob-
tenebratur aer propter nebulas et vapores qui in parte illa quae non reddit
aerem salubrem, ideo si vitari potest non sunt ibi aedificia construenda. Tertium quod declarat sa-
lubritatem aeris est consideratio habitatorum existentium in ipso. Si enim alicubi aedificare volumus
si contingit illa regione illius aere habitatores considerandi sunt. Habitatores tota si eis color
clarus. Nam per omnia est indicium benignitatis aeris. Et etiam per contrarium indicatur esse aer infirmus
si enim habitatores in ipso non habeant colorem sanum, si crebro defectum in capite

## Qualia debent esse aedificia quantum ad salubritatem aquarum et quantum ad ordinem universi

Capitulum iiii

Praeter praedicta duo videlicet partem operis industriam et aeris temperamentum sunt duo alia in aedificiis at-
tendenda ut aquae salubritas et debita dispositio
universi. Nam quia aqua ut plurimum est valde communis et in
multis deficit ad vitam vitae. Ideo valde considerandum est
ut sit aedificium structum ubi sit aquae salubris copia
ne habitatores eius ob infectionem aquae infirmitatem contrahant. Tan-
git autem Palladius in libro de agricultura sex quae aut consi-
deranda esse in cognitione salubritatis aquae. Primum est quia
aqua non debet derivari a paludibus neque a lacunis. Palu-
des enim et lacunae eo quod eis sit quodammodo aqua stans ut
plurimum habent aquam non salubrem. Secundo considerandum est ne
aqua illa sumat originem ex metallis neque trans-
eat per metallorum venas. Habent enim metalla suas venas

Sex requiruntur ad cognoscendam salubritatem aquae

pallor, habeant acutum visum pulsum auditum et vocem ... habitatores habeant turbatum visum, spissum auditum, vocem raucam ... haec. Tertium omnia quae pertinent quaedam ... signa aeris impuritatem demonstrant.

Subterraneas et aque in locis subterraneis generantur et per venas subterraneas transeunt quare si locorum generatorum aquarum vel meatum per quos aqua transeat habeant in se putrida venarum metallorum ex hoc aqua illa inficitur et non est ita salubris Est et humidum et molle destillari passimque aqua ut que est huiusmodi destillat infecta a metallis et maxime a metallorum venis que non sunt metalla pura. Sed sumendo tamen metallis sunt aque admixte prufundunt Tercium quod considerandum in aquis est que sunt colores prospicium Nam ipsa infectio coloris aque infectionem demonstrat Quartum ne aliquo sapore vel odore inficiatur Nam primus odor vel sapor aquarum ut plurimum designat aquas illas generatas vel transeuntes per loca aqua infecta a quibus tales odores vel sapores contraxerunt Quintum est ne aquis illis aquis insidcat limus Nam terra limosa eo quod infecta sit sana esse non potest Hec ergo quinque attendenda sunt de salubritate aquarum verum quia contingit aquas nobis in his signis decipi Ideo adduxit Paladius sextum quod dicit considerandum esse verum ut considerentur dispositiones corporum utencium illis aquis Est ergo aspiciendum si dentes et gingiue utencium illis aquis sint pure. Si utentes eis habent capita sana et non perturbata. Si venter eorum infecta vel latera sive renes non dolores eorum inflacionem vexentur Nam ex aquis malis vel omnia mala hec vel aliqua horum convenerunt contingere Edificium ergo construendum edificari potest in tali situ quod sit ibi copia aque salubris huius condiciones illas de quibus fecimus mencionem Quod si edificandi necessitas urgeat ut non ibi aque salubris sit copia est ibi secundum Paladium construenda cisterna in qua pluviales aque colligende sunt Nam secundum eundem aqua celestis et pluvialis ad bibendum que omnibus aufertur Sunt autem in cisterna ea pisces fluviales apponendi ut horum natatu aqua stabilis agilitate currentis aque imitetur Viso quare est edificium construendum quantum ad salubritatem aque Restat videre quid construendum sit quantum ad ordinem ventorum. In ordine autem ventorum prout requirit edificium construendum ita sunt considranda vero condicio celestis. diversitas ventorum. et disposicio terrarum. Quantum ad condicionem celestem sunt duo attendenda

Primo ut in hyeme debita claritate illustretur. Secundo ut ne
in estate immoderato calore opprimatur. quod fieri contingit
si edificium sic situatum sit quod aspiciendo partem orientis hyemalem respi
ciat. tunc enim eo quod in hyeme oppositum sit soli debita clari
tate illustrabitur. in estate quidem eo quod oblique respiciatur a
sole habebit temperatum calorem. Nam sicut radius obliquus minorem
calorem generat quam rectus. Secundo in edificando edificia atten
denda est diversitas ventorum et hoc quantum ad diversitatem
temperiei. Nam ventus septentrionalis eo quod puriores aeres
facit salubrior esse videtur. Ex tempore ergo estiuo in quo homines
magis infirmantur edificande sunt aliquae camerae oppositae vento
septentrionali ut in eis salubrior custodiatur vita. Tertio quan
tum ad ordinem partium consideranda est earum dispositio. ut in
tali loco edificium construatur cum viridaria et pomeria po
ssent esse connexa. aspectus enim talium et deambulatio per
ea quod ad hilaritatem et sanitatem confert. Essent autem in
edificiis construendis quodammodo alie partes attendende ut quod decet esse
cella vinaria. que debet esse frigida obscura contra septentrionem
debet esse longe ab aquis ut cisternis et fluminibus et lon
ge a stabulis fetido et sterquilinio. Sic et aliae partes edificiorum
edificiorum distingui possent. Sed quia talia minus principalia sunt
edificatorum industrie relinquimus. Quod possessio est quodammodo
naturalis et quod abreviantes possessionibus quodammodo
non vivunt ut homines sed ut hominibus meliores

Dicto de edificiis secundum ordinem superius enarratum
restat dicere de possessionibus. Possumus autem triplici
via venari quod rerum possessio est homini quodammodo
naturalis. Prima sumitur ex utilitate vite. secunda ex digni
tate hominis. tertia ex actione naturali. Sicut enim homines naturaliter
vivunt et societas politica est quodammodo homini naturalis. ut in
prima parte huius secundi libri diffusius probabatur. oportet aliquo
modo naturalia esse que sunt necessaria in vita politica. Et secundum
philosophum primo politicorum. Necessaria est rerum possessio in guber
natione domus si quis debeat politice vivere. eo ergo ipso
quod rerum possessio deservit utilitati vite est quodammodo
homini naturalis. Secunda via ad investigandum hoc idem
sumitur ex dignitate humana. eo enim ipso quod homo rerum
corporalium et sensibilium est creatura dignissima habet
naturale dominium super ipsa. quare naturale est homini quod dicatur

Justis sensibus et quod possit eis uti in suo obsequio. Et quia hoc est
quodammodo possidere ea. ideo talis possessio est ei naturalis. Unde et philosophus
primo poli. ubi probat possessionem talium esse naturalem, ait quod
homini ad bestias naturale est iustum bellum. co. ii. quod bestie debent
esse homini subiecte debent ordinari in obsequium eius. si ipse
refugiant obsequium hominis. homo contra ipsas bellat tamquam
contra ea quibus naturaliter dominatur. Sicut ergo homo naturaliter dominatur be-
stiis. sic et naturaliter dominatur aliis exterioribus rebus. quod non est
nisi rerum possessio quodammodo naturalis esse. Tercia via sumitur
ex actione nature. Nam si in opera generationis natura non deficit
animalibus. sed natura preparat eis debitum nutrimentum. congruum est
quod non deficiat eis iam perfectis. Si enim digniora sunt perfecta
imperfectis et ipsis imperfectis quibus preparat debitum alimentum
a natura multomagis hoc preparabitur eis iam in esse perfectis.
Aliud autem quedam ovificant. quedam non ovificant. In
alibus autem facientibus ova sicut sunt aves sic natura ordinat
ponens in ipsis ovis albumen et rubeum. ita quod ex albo
generatur avis et rubeum cedit in nutrimentum eius. Animal ergo
existens intra testam ovi non deficit quin provideat ei de
debito nutrimento. Sic et in aliis natis per generationem natura
non deficit quantum ad nutrimentum quia statim sollicita est inducere
lac in mamillas matris ut ex eo talia genita nutriri pos-
sint. Si natura sic aliis imperfectis natura preparat nutrimentum et
victum vite multomagis hoc facit aliis perfectis. Ideo ait
philosophus in primo poli. quod huiusmodi res a quibus nutrimentum attrahitur
primum date sunt nobis a natura. Naturale est ergo
nobis habere res exteriores et habere dominium rerum exteriorum
est homini quodammodo naturale. quia natura providet homini
similia propter hominem. Summa ergo nobis sunt quodammodo omnium
ut dicitur in politicorum. Cum ergo talibus abrenunciat et proponit
vivere absque dominio exteriorum rerum non proponit vivere ut
homo. sed eligit sibi vitam celestem et super hominem. Sic
vivere et per generationem producere sibi simile est homini naturale.
Nihilominus tamen multi sunt qui volentes vacare maiori
bono continentiam vivunt. tales enim ut superius dicebatur
non vivunt ut homines nec sunt pars civitatis sed eligunt
sibi vitam super hominem et dicendi sunt hominibus meliores.
Naturale est ergo homini ut homo est. ut vult philosophus politicorum.

Habere possessiones et domus acquirere rerum exteriorum propter
sufficientiam vite. Natura ergo sicut dedit homini vivere
sic fecit alias plantas et herbas. ut homo eis do
minaretur. et ut possideret ea. et ut sustentaretur debitum
intervallum secundum quo vita eius durare non potest

## Quod utile est in vita politica quemlibet gaudere propriis possessionibus VI

Fuit opinio Socratis et Platonis ut recitat
philosophus in politicorum quod esset utile et expediens
civitati quod cives propriis possessionibus non gau
derent. sed omnia essent eis communia. Primo quidem
primo est ipsas feminas et filios voluit esse communes. Dice
bat enim Socrates et Plato cuius discipulus fuit secutus
ipsum dicens quod si nullus habet uxorem propriam. sed quilibet
ad quamlibet pro sua voluntate accedet. esset summa unio
et summa dilectio in civitate. tunc enim omnes viri diligerent
omnes feminas tanquam proprias. sic etiam et omnes homines di
ligerent omnes pueros tanquam filios proprios. eo quod nesciret pro
quibus puer filius suus esset. sed reputaret quemlibet filium
suum proprium et diligeret omnes pueros tanquam natos proprios
Sic ergo Socrates et Plato senserunt Sed in tractatu hoc ubi
agetur de regimine civitatis huiusmodi opinio diffusius tractabitur
sufficiat autem ad presens scire quid sentiendum est de poss
essionibus rerum exteriorum prout facit ad regimen et ad gu
bernationem domus. Sciendum ergo cum homines ut plurimum non vivunt
appetitu corporis et ut in pluribus non essent proni ad ma
lum expediens civitati possessiones communes esse eo quod quilibet bonum
de suo quam de communi. Unde non bonum inquit
reductum secundum Boetium pulchrius relucescit. Rebus ergo sic se habentibus
ut nunc utile est civitati cives gaudere propriis possessionibus
eo quod vita humana sicut vita quedam bonum. homines enim non
sunt quantum adeo perfecti quod essent contenti vivere communi vita
Possumus autem ex dictis locum in libro politicorum accipere tria
per que tibi venari possumus quod expedit civitati cives
habere proprias possessiones. Prima via sumitur ut removeatur
inertia et incuria. Secunda ut prohibeatur litigium. Tertia ut
tollatur murmuratio et confusio. Prima via sic patet. Nam homo
diligit adeo seipsum quod plus magis sollicitatur de bono proprio

Rursum de aere videmus enim quod sicut est facile possessiones consumere et devastare et adeo est difficile laborare et propriis sudoribus substantias et possessiones acquirere. quod in civitate contingit multos egere et esse pauperes non obstante quod cives possunt gaudere possessionibus propriis et quod sollicitantur circa cara tangentia circa ipsa bona communia. ergo nullum habet aliquem modum propter quod omnibus civibus essent communes possessiones. et cives non sic essent solliciti ad tollendas possessiones communes sicut sunt solliciti ad proprias ut plurimum contingeret civitatem illam sic ordinatam venire ad inopiam ut cives non possent sibi in vita sufficere. quod igitur non est utile simpliciter quod est utile in talibus rebus. ergo sic se habentibus utile est civitati cives habere possessiones proprias ne propter incuriam circa communia domus civium patiatur inopiam. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex inconvenienti litigii. ut plurimum enim contingunt lites et bella inter participantes aliquid commune. Videmus autem ipsos fratres ex eodem patre natos inter quos secundum philosophum viii ethicorum est amicicia communiter ut plurimum bellare adinvicem eo quod sunt eis communes hereditates. secundo ergo magis esset dissensio inter ipsos cives inter quos non est tanta amicicia si essent eis possessiones communes. Tercia via sumitur ex inconvenienti inordinationis et confusionis. Nam ut patet ii politicorum sic accidit civitati si cives non haberent possessiones proprias sicut accidit in aliquo pluribus ministris. Cum enim habet sic quilibet ministrorum respicit ne faciat quod mandatur sperans alium implere id quod iubetur. propter quod oportet rem illam vel non perduci ad effectum vel confuse et inordinate fieri. ergo ut tollatur confusio et inordinacio experiencia teste utile est cives gaudere possessionibus propriis ut magis sollicite et magis ordinate et absque litigio campos et terras et alia fructifera excolant.

vii Quomodo est utendum exterioribus rebus et quis modus utendi sit liberalis

Philosophus primo politicorum ostendit quod ex diversitate usus exteriorum rerum consurgit alia et alia vita sive alius et alius modus vivendi. Sicut enim videmus de aliis et de bestiis quod non omnes utuntur eisdem cibis ut omnes habent eundem modum vivendi sic et in hominibus esse contingit aliqui enim vivunt ex herbis aliqui ex pomis vel fructibus

IESUS XPUS

Aliqui vero ex raptu. Concedo diuisi sicut viuendi modi aliud. Nam aliqua
viuunt vt aut pecora gregalia .i. sociata. Aliqua vero viuunt dispersa
quia sic viuunt vt expedit ad sufficienciam vite et vt melius possunt con-
tibus et instinctu nature. Homines etiam diuisi de vtrorumque condicionibus sunt et non
eodem modo viuendi viuunt. Distinguit autem philosophus primo politicorum quatuor vitas simplices
in modos viuendi quatuor ex quibus combinatis resultat alius modus vi-
uendi. Omnes vite. Est autem vita quadruplex .s. pastualis. venatiua. pisca-
tiua et furatiua. Pastualem autem vitam ducunt viuentes ex agrestibus
vel ex aliis domesticis. Venatiuam autem viuentes ex siluestribus.
Piscatiuam quidam viuentes ex piscibus. Sed furatiuam vitam ducunt
viuentes ex rapina et furto. Distinguit autem plures modos viuendi
combinatos. Quia quidam viuunt pastiue et piscatiue. Quidam pastiue et
venatiue. Quidam vero venatiue et furtiue. Quidam autem ex omnibus. Nam
ex pastiuis piscibus venationibus et furtis vitam gerunt. Horum
autem modorum modus viuendi furatiuus omnino est illicitus. Alii vero modi pos-
sunt esse liciti. Viuere enim ex pastiuis vt viuere ex agris et alibus
domesticis vt sunt oues et boues et cetera talia licitum est quia natura talia
produxit ordinans ea ad vsum hominis. Ex enim imperfectis ordinantur ad
perfecta vt alia et natura sicut manata ordinantur ad nutrimentum arborum
et plantarum tamquam imperfecta ad perfectum. Arbores vero et plante
tamquam insensibilia ordinantur ad nutrimentum aliorum. Omnia habent tamquam ia-
menta quasi vegetalia sensibilia ordinantur ad nutrimentum et suste-
tacionem hominum. Propter quod bene dictum est quod scribitur primo poli. cum natura dederit
nobis talia. Ordinauit enim ea ad vsum et ad cibum nostrum. Licitum est
ergo sumere nutrimentum ex agris et aliis domesticis. Quare vita
pastualis est licita. Sic etiam venatiua et piscatiua de se sunt
licita. Quia enim homo naturaliter dominatur non solum aliis domesticis
sed etiam bestiis siluestribus et piscibus. Licet contra iustum bellum
propter enim hoc propter quod primo politicorum vult venatiuam et piscatiuam
esse inter vitas licitas. Aut enim comparando hominum ad bestias et animalia
est iustum bellum. Propter enim hoc homines iuste possunt talia capere et
ordinare ea in vsum suum proprium. Furatiua autem vita per se loquendo
est illicita. Quia hominum ad homines per se non est iustum bellum.
Si enim homines aliqui contra aliquos iuste bellant hoc est quia patiuntur
iniuriam illi a quibus fore faciunt vel fore fecerunt in ipsos. Deli-
quunt ergo homines offendendo homines per se. Sed homo non delinquit offen-
dendo bestias. Si autem in offensione bestiarum est delictum hoc est
quia patitur iniuriam vel offensa redundat in offensionem hominis vnde
offensio ipsius possessoris. Sicut tamen velle per se cum non sic hominis
ad bestias. Sic etiam hominis ad barbaros sit iustum bellum. Homines
enim barbari et siluestres quia ab vsu rationis deficiunt naturaliter



Debet esse subiecta hominibus pollentibus subtilitate et prudentia. Videtur enim
velle philosophus quod sapientes naturaliter debent dominari insipientibus, iustum habet
bellum contra ipsos si eis nolunt esse subiecti. Sed cum in aliquo loco cives quorum
magis viget prudentia et intellectus iustum habent bellum contra rusticos si re-
cusent subici illis quos dignum est esse subditos. Sed secundum sententiam philosophi
sic licitum videtur esse vitam predativam iustam, quia licitum esset non solum
hos depredari et accipere sua, sed etiam eos accipere vel possidere et eos
compellere facere quod tenentur. Verum quia nulli est iniuria facienda, predativa
vita predativa nisi sit iusta dicitur illicita et iniusta. Dicere enim
quod debet propter vivere non de usurpatione alterius. Patet ergo quod decet ipsos
cives et multomagis reges et principes vivere vita virtuosa
si volunt domos proprias debite gubernare. Decet eos scire quot sunt
vite et quod sunt sex modi vivendi et quod tres sunt liciti et tres illiciti. Nam
non possunt virtuose vivere si possessionibus acquisitionibus vitam illicite re-

## Quod cives et maxime reges et principes non debent infinitas possessiones appetere

Capitulum VIII

Commentator videntur delinquere homines circa appetitum
possessionum et circa concupiscentiam divitiarum. Nunquam enim quidam
homines satiantur possessionibus et divitiis. Nam numquam putant
habere tot quin plura vellent. Assignat autem philosophus primo politicorum duplicem
causam quare concupiscentia divitiarum est infinita. Quarum prima sumitur ex inordi-
natione voluntatis. Alia ex falsa estimatione finis. Prima via sic patet. Nam ut
ipse ait infinita est divitiarum concupiscentia. Cum enim non est studium hominum
circa vivere non circa bene vivere. Consequenter autem propter ipsum bene vivere divitias
volunt secundum actiones corporales non infinitas acquirunt bene non vivere et vivere
virtuose. Homines ergo qui non curant vivere virtuose sed studium eorum
totum est ut vivant secundum corporis voluptates, cum divine iniurie vi-
deatur ut propter eas homo quilibet efficere et acquirere possit quod appetit, ut
melius possit explere quod voluit, divitias et possessiones non satiantur.
Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex falsa estimatione finis.
Nam ut distinguit philosophus primo politicorum et ut supra in hoc primo diffusius
diximus, aliter appetitur finis et aliter ea que sunt ad finem. Nam finis appetitur
in infinitum, ea vero que sunt ad finem non. Sed in modo et mensuram ipsius finis
ut si finis medici est sanare, in quantum possibile est medicus tantam sa-
nitatem inducere quam si esset possibile vellet eam maiorem efficere. Medicus
ergo sanitatem appetit inducere in infinitum, sed potiones appetit dare se-
cundum modum et mensuram sanitatis. Contingit ergo homines quia finem estimant
eorum habere divitias et finem reputant ipsum finem in divitiis esse ponendum,
appetunt eas in infinitum. Sed quia ad gubernationem domus pertineat non
appetere infinitas possessiones, dicuntur inania venari possumus. Prima

Similiter ex scientia quam habet natura et ars gubernativa domus ad natu-
ram spectat ex scientia quam habet ad artes activas. Tertia via sic patet. Videmus enim naturam
non sollicitari circa nutrimentum istorum, sed tantum apponit de nutrimento quantum
requirit ad nutrimentum. Ut si ex albo ovi natura generat avem et ex rubeo
nutrit ipsam, non apponit natura in ovo istum rubeum, sed tantum apponit in-
de eo quantum sufficit ad nutrimentum ipsius avis. Sic etiam et natura ex
menstruo facit animal et ex lacte nutrit ipsum, non apponit in uberibus
infinitum lac, sed tantum apponit in eis quod sufficit ad nutrimentum animalis
generati. Cum ergo divitiae et possessiones ordinentur ad nutrimentum et ad
sufficientiam vitae, sicut rubeum in ovo ad nutrimentum avis et lac in ube-
ribus ad nutrimentum fetus, sic gubernator domus non debet aliter quam natura
agere, sed debet suam domum regere secundum modum et ordinem naturae, non debet
infinitas divitias et possessiones appetere, sed eas tantum habere quae secundum exigentiam
sui status habita sufficiant ad gubernationem domus, debet illis esse contentus.
Tertia via ad investigandum hoc idem sumitur ex scientia quam habet ars
gubernativa domus ad artes activas. Nam possessiones sunt quaedam organa
artis gubernativae domus sicut incus martellus et cetera huiusmodi sunt organa
artis fabrilis. Nulla autem ars ut ait philosophus primo politicorum habet organa infinita,
ergo nec gubernativa domus debet quaerere infinitas divitias sive possessiones.
Decet igitur omnes cives et maxime reges et principes esse contentos
tali possessione quantam requirit exigentia sui status. Nam non satiari
possessionibus et divitiis ut plurimum procedit ex falsa aestimatione vel
ex sordiditate voluntatis. Tanto ergo detestabilius est hoc in regibus
et principibus quam in aliis quanto decet eos habere ordinatiorem volun-
tatem et meliorem aestimationem. [illegible] Nam sicut [illegible] non [illegible]
detestabilius est in rege non habere veram aestimationem quam in populo
eo quod populus a rege dirigitur, sicut detestabilius est in sagittatore non
cognoscere signum quam in sagitta, eo quod sagitta a sagittatore
dirigatur.

## Quot sunt commutationum genera et quae sunt necessitas invenire denarios. ix

Si considerentur dicta philosophi in primo politicorum omnes commuta-
tiones ad tria genera reducuntur. Quarum una est commutatio
rerum ad res ut frumenti ad vinum et ad hordeum vel
ad alia supplementa indigentiae corporalis. Alia est commutatio
rerum ad numismata vel econverso. Alia est commutatio numismatum
ad numismata, ut cum denarii argentei commutantur in aureos vel
econverso, et numismata regionis unius commutantur cum numismatibus regionis
alterius. Videre ergo restat quid huiusmodi commutationes oportuit intro-
duci. Dicendum quod si non esset nisi communitas domus quae est communitas
prima, nulla commutatio esset necessaria. Nam in domo paterfamilias dominatur
et providet omnibus existentibus in domo. Quare omnis commutatio facta

Ad subventionem domus fit a patrefamilias vel per se vel per privatos
influentes. Ad ipsius patrisfamilias est tantum indigentias domesticas
sublevare. Sed tamen eiusdem ad seipsum non sit neque emptio neque venditio
nec commutatio. Unde bene igitur dictum est quod dicit philosophus politicorum 4 quod in prima
communitate quae est domus manifestum est nullum esse opus ipsius commutatoriae.
Ergo per artes commutativas est commutatio introducta. Sed iam autem artes
multitudine a communitate domus ut communitas vici vel civitatis vel totius
regni vel provinciae vel etiam diversorum negotiorum vel diversarum pro-
vinciarum. Aliquis in indigentia ad vitam non invenitur in toto uno regio-
ne. Quod oportet distinguere aliquos per diversas partes ut per
diversa regna et regiones quaerendo extra terram ea quae requiruntur ad
vitam. Nam cum diversitate climatum sedium et plagarum alicubi habun-
dant partes calidae quibus non habundant frigidae vel econverso. Et
quod non solum oportet commutationem adinvicem homines unius civitatis
aut unius provinciae. Sed et diversarum provinciarum et diversorum regnorum.
Et propter hoc ergo commutationes introductae sunt in rebus quibus commu-
tationibus. Nam si ad civitatem unam vel etiam unum regnum non sufficit
commutatio rerum ad res tamen ad commutationem quae fieri debet in toto re-
gno oportet introducere commutationem rerum ad denarios et econverso.
Rursus si in civitate domus totius regni sufficeret commutatio rerum
ad denarios et econverso. In civitate vero quae est diversorum regnorum
et provinciarum oportuit inducere non solum commutationem rerum ad
res vel ad denarios sed etiam denariorum ad denarios. Anti-
qui enim homines ut satis innuit philosophus politicorum in sua prima aetate
vivebant quia solum commutabant res ad res ut si unus
habundabat in vino et alius in frumento commutabat vinum
ad frumentum et per huiusmodi commutationem subveniebat sibi ad suffi-
cientiam vitae. Qui modus ut ipse ait adhuc consuevit apud
multas barbaras nationes quae non habentes denariorum communiter
solum res ipsas commutant. Hic autem modus forte in uno
vico vel in una villa observari posset. Sed in toto communi
regno vel in tota una provincia si provincia illa esset magnae
latitudinis commode observari non potest. Nam vinum frumentum
et cetera quibus indigemus ad vitam sunt magnae ponderositatis
et commode ad partes longinquas portari non possunt. Oportuit
ergo invenire aliquid quod esset portabile et quod esset
pulcrum et utile per quod inveniri posset victualia. Hoc
autem maxime est argentum et aurum quae inter cetera metalla
sunt pulcra et sunt utiliora et pondosa ex eis quae
possunt fieri vasa quae sunt omnibus utilia quibus factis

Videbitur utentibus illis esse in honore et gloria primo ergo iuste sunt
commutationes rerum ad metalla solum secundum pondus ut volentes habere
tantum vini oportebat dare tantum ponderis argenti vel auri vel etiam
alterius metalli ut placebat tractu temporis pluries in legibus statutum est quod
difficile erat in omni emptione et venditione ponderare metalla ut ementes
et vendentes absolverentur ab huiusmodi pondere in ipsis metallis sculpi-
tum fuit aliquod signum ut ymago principis vel aliquod aliud si-
gnum positum propter istorum statum quanti ponderis et quanti valoris
esset illud metallum. Hoc ergo modo inventi sunt denarii et nu-
mismata qui est quasi quidam fideiussor vel pro quo statim secundum
valorem eius capere possimus supplementa indigentiae vitae. In
toto ergo uno regno vel una civitate homines commorantes in
ipso vel ex una parte regni oportebat eos accedere ad aliam
portando secum victualia onerosa inventus fuit denarius
qui est desatilis portabilis per eius commutationem victu-
alia inveniuntur. Quae commutationes rerum ad denarios et
e converso forte sufficere in uno regno vel in una pro-
vincia. Sed quia in diversis regnis diversi dominantur ut eisdem
denariis utuntur commorantes in diversis provinciis propter
commutationem rerum ad res et rerum ad numismata oppor-
tuit invenire commutationem numismatum ad numismata.
Patet ergo quot sunt commutationes et quomodo sunt inventae
et quae sunt necessitates inveniendi denarios. Decet ergo prudenter
patremfamilias et doctum gubernatorem considerare quomodo sunt
commutationes tales et ad quid deserviunt ut habita cogni-
tione melius sciant sibi domui providere. Quot sunt
species pecuniativae et quae illarum sit laudabilis
quae autem vituperabilis

Convenienter post tractatum de possessionibus
tractatur de numismatibus. Non habere possessiones
et habundare ymo et finitum est habundare
in divitiis naturalibus. Sed habundare in denariis et
in numismatibus ut patet per philosophum primo politicorum est habundare
in divitiis artificialibus. Et ergo ars naturam praesupponit et ubi
desinit operatio naturae ibi incipit operatio artis. Congrue post
tractatum de possessionibus ex quibus oriuntur divitiae naturales an-
nectitur tractatus de numismatibus quae sunt divitiae artificia-
les. Quare si post possessiones determinandum est de numismatibus
propter quod dictum est quae sunt necessitates inveniendi numismata et
pecuniam. Restat dicere quot sunt species pecuniativae. Distinguuntur
autem philosophus in politicis quattuor species pecuniativae naturalem campsoriam
obolostaticam et tacitos sine usura. Habet non quattuor modos
possidendi consuetos mundo pecuniae. Prima ergo species ipsius pecuniativae

Dicitur esse quasi naturalis que fit ex eo quod res vel pecuniam commutantur. Si quis ergo habundans vino et frumento que naturaliter producuntur ex eis pecuniam susciperet talis pecuniativa quasi naturalis diceretur quia a rebus naturalibus inciperet. Secunda species pecuniative dicitur esse campsoria. hec enim secundum philosophum primo politicorum forte primum casu et simpliciter inventa fuit. sed deinde propter experientiam iam est artificialis effecta. Cuius enim numismata proprie loquendo plus valent in propria regione. accidit ergo forte aliquos habere numismata que non multum appreciabantur in regione sua eo quod non essent propria regioni illi. Illis ergo casu euntibus ad regiones illas quibus illa numismata erant propria et portantibus numismata illa accidit eos plus accipere pro numismatibus illis quam in propriis partibus. Propter quod casu campsoria usi sunt. sed ex hoc casu ars sumpsit originem ut postea homines artificialiter considerarent que numismata vel quibus partibus expenduntur ut propterea campsoria artificialiter effecta esset causa lucrandi pecuniam. hec enim pecuniativa naturalis dici non debet quia nec a rebus naturalibus incipit nec ad naturalia terminatur. sed in ea secundum philosophum primo politicorum denarius est elementum et terminus id est principium et finis. Incipit enim hec ars a denario quem dat et terminatur ad denarium quem recipit. quare ibi denarius finis et principium dici debet. Tertia species pecuniative est obolostatica vel ponderis excessiva que forte sic inventa fuit. Illa sicut massa metalli vel denarios dividimus et imprimimus ibi signum publicum. Sic aliqui aliqua necessitate interveniente ut propter vasa fienda vel propter aliquid aliud denarios resolvunt in massam. accidit ergo forte ex totidem denariis uno conflata massa maioris ponderis ex quo casu ars sumpsit originem ut omnes denarios ponderarent ut qui essent maioris ponderis resolverentur in massam ut ex hoc lucrum habere possent. Ars ergo ista obolostatica sive ponderis excessiva ex excessu ponderis quem inveniunt in denariis sumpsit originem. Quarta species pecuniative dicitur esse tokos quod in latino sonat idem quod partus. unde hec enim ars parere et generare denarios quam nos alio nomine appellamus usuram. Nam pecunia non aliqua crescit in se ipsa nisi per partum vel per generationem ut si aliquis habet x oves propterea quod capite anni habeat xx. hoc est quia ille oves generaverunt et pepererunt alias decem. Sic aliquis ergo ex decem denariis post aliquod tempus vult habere xii quos facit pecuniativa usuraria ut plane patet. vult quod denarii illi pariant et generent. Recte ergo usura in toto est vocata quasi detestabilior pecuni

Narrat autem contingere species secundum philosophum in politicorum prima pars quod est
inhonorata et non est laudabilis. Alie vero tres secundum ipsum
merito vituperantur. Nam omnes artes que a denariis incipiunt
et ad denarios terminantur quasi in denariis finem ponentes.
Campsoria igitur et obolostatica et usura quia ipsi totaliter in
pecuniis existunt quia a pecunia incipiunt et ad pecuniam
terminantur vituperande sunt secundum philosophum. Nummus enim inde denario-
rum cupidus est attendens a denariis incipiunt et in
denariis terminantur. Verumtamen sit de campsoria et obolo-
statica, usura tamen est simpliciter et in omnibus detestanda ut
sequenti capitulo apparebit. Considerabis enim nemini esse decens campso-
riam tamen et obolostaticam et si mercatoribus vel aliquibus aliis per-
mittitur. Regibus tamen et principibus quos decet esse quasi
semideos esse non congruit insistere prime speciei pecunia-
tive que est inhonorata et quasi naturalis. Decet enim ipsos habundare
in possessionibus et in redditibus ex quorum fructu pro defensione
Regni et pro aliis iuribus possint habundare pecunia

Quod diversi sunt modi lucrandi pecuniam. et quod aliqui
illorum modorum sunt regibus et principibus congruentes

QUARTA species pecuniative quam possumus appellare
...tocistas sicut dupliciter nomine nominatur sic dupli-
ci via investigari possumus eam detestabilem esse.
Vocatur enim primo denariorum partus ex quo nomine
arguit philosophus in primo politicorum eam contra naturam esse. Nam parere et generare
et multiplicare in seipsis est proprium naturalibus et est contra naturam artifi-
cialium. Stamina enim et arche quia sunt artificialia quantumcunque
simul existant nunquam seipsas multiplicant. Alia vero quia
sunt res naturales sunt in materia generant et pariunt et seipsa
augent. Volentes ergo denarios ipsos in seipsis multiplicari ut
quod decem post lapsum temporis fiant viginti volunt quod artificialia
seipsa multiplicentur. Quia hoc est contra naturam artificialium ad de-
narios sit quid artificiale. Ut dictum est quod dicit philosophus politicorum
usuram esse quid detestabile et contra naturam. Secundo huius pecuniativam
possumus ostendere detestabilem esse ex alio nomine quo nominatur. Nam
dicitur usura quod quasi idem est quod rapina usus. Sunt in
usura enim usus rapitur et usurpatur quia vel idem venditur bis
vel venditur ibi usus qui non est suus. Ad cuius evidentiam sciendum
quod in aliquibus aliud est res et aliud usus rei ut aliud est domus aliud
habitatio ipsam. Quantum actibus tamen nunquam concesso usu separatur pro a
concessione substantie. Iam quia concessit est potest concedi usus rei absque eo
quod concedatur eius substantia sed possit inde accipi precium datum quod res illa

no bn

In usu deteriorare. Et si non potest concedi usus absque concessione substancie quantum ad talem usum non est pensio aliqua accipienda. quod si accipiatur erit ibi usura et rapina usus. Unde ergo usus domus sit domum inhabitare non sit domum alienare. possessor domorum potest concedere usum domus ut inhabitacionis absque eo quod concedat substanciam eius. et quia cuius est substancia eius est usus. quamdiu substancia est ipsius usus pertinet ad ipsum. Vendens ergo quod suum est et quod pertinet ad ipsum licite potest et illi innitatur. Nichil ergo rapit nichil usurpat, si retinens sibi dominium domus vendit inhabitacionem et usum eius. In denariis autem non sic. Nam usus proprius denariorum est expendere et alienare denarios. Nunquam ergo potest concedi usus proprius denarii nisi concedatur eius substancia. tunc ad talem usum oportet ipsam substanciam alienare. quia ergo accidens a substancia dependens et usus ex ipsa re sumit originem. Bene dictum est quod cuius est substancia eius est usus. volens ergo accipere pensionem de usu denariorum dicitur committere usuram vel eo usurpare vel rapere usum. quia concedendo usum denarii concedit substanciam eius concedendo vero substanciam non ultra spectat ad ipsum usus eius. quare si de usu pensionem accipiat vendit quod non est suum vel accipit de eo quod non spectat ad ipsum cum non ulterius spectet ad eum usus denarii eo quod eius substanciam iam concessit. Advertendum tamen quod ut aut postea probabitur cuiuslibet rei est duplex usus. Unus proprius. Alius non proprius. Usus proprius denarii est ipsorum commutacio sive expendere et alienare. Usus vero non proprius est apparere. multi enim ostendunt denarios suos non ad expendendum. sed ad apparendum ut videantur divites. Sic eciam usus proprius domus est inhabitacio. non proprius est ipsam vendere vel commutare. Multi enim domos fabricant non ad inhabitandum sed ad vendendum. De omni autem usu sive sit proprius sive non proprius potest accipi pensio. si usus ille concedi possit absque concessione substancie. Propter quod plane patet contrarium esse de denariis et de aliis rebus. Nam de usu proprio denariorum non potest accipi pensio absque usura. quia talis usus concedi non potest absque concessione substancie. sed de usu non proprio potest. Ut si quis velit nummismata non ad expendendum sed ad apparendum. quod forte histriones et mercatores faciunt. quod ut appareant divites et ut alii credentes apud eos deponant pecuniam habent coram se multitudinem pecunie. Unde ergo possit concedere denarios ad talem usum

+ duplex est usus cuiuslibet rei

Videlicet ad apparandum absque eo quod concedat substantiam corporis. Si vero
unus de denariis pessimus acciperet, forte aliquid peccaret
usuram tamen non committeret. In rebus autem aliis ut plurimum
contingit econtrario, ut dum usus earum non conmittatur usura. Nam communicatio
in habitatione quae est propria usus domus, concedi potest absque concessione
substantiae eius. Si de hoc precium accipiatur nulla usura commit-
titur. Sed si quis domum venderet vel commutaret quod non est
proprius usus eius, dato quod non statim precium reciperet, sed propter
usum domus vellet ulteriorem pecuniam recipere, usuram commit-
teret, quia usus non spectat ad ipsum post venditorem conces-
sionem eius substantiae. Omnino ergo dicitur usura quando ibi venditur
usus qui non spectat ad creditorem, quod cum naturale est decet
ergo reges et principes si volunt fideliter dominari prohi-
bere usuras ne fiant, eo quod in tam naturali conditione etc.

Quot sunt modi lucrandi pecuniam, et quod aliqui illorum
modorum sunt regibus et principibus congruentes. XI.

Secundum finem primi politicorum distinguit philosophus
diversos modos quibus numismata acquiruntur. Contingit
enim haec fieri quinque viis, quarum una dicitur possesso-
ria, secunda mercatoria, tertia mercenaria vel conductiva,
quarta experimentalis, quinta artificialis. Via autem possessoria acquiritur
pecunia, cum quis possessionibus habundans ex fructibus earum
pecuniam acquirit. Decet enim secundum philosophum yconomicum et dispensatorem
domus esse expertum circa possessiones, sciendo quae sunt
magis fructiferae, et ex quibus potest melius subveniri indigentiae
domesticae sive gubernationi domus. Hoc autem scire contingit
si sciatur quae in quibus partibus habundant, et quibus illae aliis
habundant, et quae in partibus illis in quibus existit melius
conservantur. Hoc autem quomodo scire possit et qualiter circa possessiones
quis se habere debeat, et qualiter aves et alia quadrupedia
cognoscere, et quae terra magis valeat pro agricultura, quae magis
ad vinearum plantationem, et qualiter circa terram arbores sint
gerenda dispositiones silentio pertranseamus, eo quod alii de talibus
sufficienter tradidisse videntur. Palladius enim multa huiusmodi
enarravit. Secunda via utilis ad pecuniam acquirendam dicitur
esse mercativa, eo quod quis per mare et per terram defert merca-
tiones, aliquis non assistit deferentibus mercationes ipsas.
Dividitur enim secundum philosophum mercatoria in tres partes: in nauclericam
que fit per mare, et per terram et ponderis portativam
que fit per terram, et assistentem. Tertia via acquirendi

Pecuniam dicit esse necessariam in yconomica ut tunc quibus ipse intendit
in parte conducta ad quod capitulum. Certa via dicit experimentalis. Expe-
rimentum vero particulare est tamen quod quibus nomine particularia facta aliquorum
circa quibus pecuniam sunt lucrati dicit secundum lucrativam experimentalem.
Recitat vero pro duo particularia gesta quibus fuit pecunia acquisita.
de acquisitione pecunie
Primum est quod fecit Thales milesius unus de septem sapientibus
qui propter philosophari exprimit. Ipse enim cum esset pauper et im-
properaretur sibi a multis cum philosopharetur et ad quid va-
leret philosophia sua cum esset in egestate vivens ipse non denariorum
cupidus, sed ut ostenderet quod facile esset philosophis ditari si etiam illa
curam gererent vidit per astronomiam futuram esse magnam co-
piam olivarum ab omnibus incolis regionis eius emit totum
oleum quod recolligeretur(?) erat in anno futuro. Mutuata ergo pecunia
et data arra bona pro futuro oleo tunc quia non poterat vende-
re oleum nisi ipse solus ferrum(?) vendebat lucrabatur pecuniam ut
volebat. Quod tamen vero augetur divitias. Sed plurimum est facere
13 monopolium id est facere venditorem unum. Monopolium dicitur quando unus solus
vendit taxat pretium pro sue voluntatis arbitrio. Volente
ergo pecuniam acquirere oportet hec et similia gesta particularia per que
aliqui pecuniam sunt lucrati habere in memoria ut si occurrerit
opportunitas per similia gesta dum tamen iam sint licita pecuniam
lucrarentur. Certa via dicit esse artificialis quando quilibet per artem
suam aliquam querit per quam pecuniam lucretur. Nam licet finis artis
militaris sit victoria et medicinalis sit sanitas singule
tamen artes que ad pecuniam ordinantur cum ex opere ex arte facto
pecuniam intendunt. Medici vero fabri domificatores et etiam
ipsi milites cum stipendiarii fiunt pecuniam intendunt. Dicit
ergo quilibet volenti(?) sed circa politicam utile indigentie
domestice tractare circa de acquisitione pecunie secundum quod exigit status
suus apud reges autem et principes inter varias cautelas
sole due videntur esse utiles possessoria et experimentalis.
Dicit vero eos ut per se ut per alios esse expertos studendo con-
ditiones particulares regni et gesta particularia predecessorum suorum
sed quod licite pecuniam acquirebant. Decet vero consuetas laudales(?)
consuetudines regni sed quas capiat licitos redditus non
usurpando aliorum bona considerando ergo gestorum particularium et con-
suetudinem approbatam. Et via experimentalis utilis est regibus
et principibus in acquisitione pecunie. Sit etiam utilis est via
possessoria non solum in possessionibus immobilibus cuiusmodi sunt
agri et vinee et cetera huiusmodi. Sed etiam in possessionibus mobi-

Verum si ipsos pollere multitudine bestiarum et etiam avium per que
satisfaciant indigentie vite. Vidimus enim Fredericum imperatorem
regem qui tante sapientie sectator predicabatur hanc magnificenciam in Italia
non obstante enim quod terre fertilissime dominabatur et victualia
modici precii existebant nichilominus tamen ex fructibus propriis alimenta
carnium volebat assumere et hoc tam de bestiis quam de volucribus.
Hoc enim decet reges et principes ut aliis civibus de regno
extra preparant et ut non videantur esse advene et peregrini. Civis
enim sine aliqua alimenta pecunia emit magis vivit ut advena
et quasi ut civis. Quare decet reges et principes habere nominatas
industries tam super culturam agrorum et vinearum quam etiam super
armentorum boum et super multitudine ovium et aliorum animalium deservien-
cium ad indigentiam vite non solum quod est expediens sed etiam
volucrum. Secundum communem consuetudinem est habere multitudinem columbarum et aliarum
avium ex quibus domestica alimenta sumuntur. Sic etiam potest in
policia aut husbandio esse etiam apium culturam si partes ille
apte essent ad talem culturam. Ex apibus enim in partibus convenientibus
colligitur multum fructum cum paucis expensis ut ergo sit ad unum
dicere. Multa enim apud volentes polite vivere melior est
multa pecunia et hanc alimenta ex propriis quam singula
pecunia emere.

Quod aliqui sunt naturaliter servi et quod expedit aliquibus aliis esse subiectos

DICEBATUR supra in hac parte tercia huius
secundi libri de quatuor esse dicendum videlicet de
edificiis possessionibus numismatibus et ministris
sive servis. Expeditis ergo tribus restat exequi de quarto
ut de servis. Ostendemus autem primo servitutem aliquam naturalem
esse et quod naturaliter expedit aliquibus aliis esse subiectos. Quod probat
philosophus primo politicorum quadruplici via sumpta ex quadruplici similitudine.
Prima via sumitur ex similitudine recepta in rebus inanimatis.
Secunda ex partibus eiusdem animalis. Tercia ex duabus speciebus animalium.
Quarta ex diversitate sexuum in esse humano. Prima via sic patet.
Nam in omnia aliqua multa secundum debitum ordinem efficiunt aliquid
unum semper est ibi aliquid predominans vel alterum. Ut si plures
voces efficiunt aliquam armoniam oportet ibi dare vocem aliquam
predominantem secundum quam tota armonia dividatur. Sic etiam si
plura elementa conveniunt ad constitucionem eiusdem corporis mixti oportet
ibi dare aliquod elementum predominans secundum quod illi mixto compe-
tit debitus motus et debitus situs. Unde est quod in omnibus mixtis

Nota

XIII

Nonnulla tamen quia omnia talia sunt communia et naturaliter cadunt decasum
quare sic est etiam in rebus animatis. Cum igitur aliqua plura constituunt
naturaliter aliquid unum, nisi ibi naturaliter aliquid sit praedominans. Cum communitas
hominum sit naturalis, quia homo est naturaliter animal sociale ut supra diffusius
probabatur. Nunquam ex pluribus hominibus fiet naturaliter una communitas vel
una politia, nisi naturale esset eis aliquos principari et aliquos ser
vire. Sunt ergo aliqui naturaliter domini et aliqui naturaliter servi. Secunda via ad
investigandum hoc idem sumitur ex his quae videmus in partibus
eiusdem animalis, quibus etiam ad tamquam ad partes essentiales diminuitur corpus
et animam. Nam anima est quasi dominans et corpus est quasi obsequens
et obediens. Corpus enim non potest seipsum dirigere ad operationes
debitas, sed dirigitur ad huiusmodi opera per virtutem animae. Homines ergo multi
comparantur ad alios quasi corpus ad animam, secundum quod eos esse naturaliter
servos. Sunt enim aliqui carentes providentia et intellectu non valentes
se dirigere in operationes debitas. Expedit ergo eis ut dirigantur
ab aliis et ut aliis sint subiecti. Sicut ergo in homine virtuoso et
bene disposito anima dominatur et corpus obedit, sic in politia bene
ordinata sapientes debent dominari et insipientes obedire. Quia
hi comparantur ad alios quasi corpus ad animam et quasi organum ad
artificem. Contingit tamen aliquando magis dominari ignorantes tamquam
sapientes. Sed hoc accidit ex perversitate politiae. Nam sicut in homine
pestilente et habente animam perversam corpus et sensualitas dominatur
magis quam anima vel ratio, sic in politiis pestilentibus et cor
ruptis magis dominantur ignorantes quam sapientes. Tertia via sumitur
ex diversis speciebus animalium ut ex homine respectu aliorum animalium. Ho
mini ut supra dicebatur naturaliter dominantur bestiae. Videmus enim multas
bestias domesticas ut canes et equos in multis consequi salutem
propter providentiam hominum, quam ex propria industria consequi non possunt. Expe
dit ergo eis et naturale est ipsis subici homini, eo quod per providentiam
hominum diriguntur et salvantur. Quare cum insipientes comparantur
ad industres sicut bestiae ad homines, eo quod carentes providentia
nesciant seipsos dirigere, sicut naturale est bestias subici hominibus
sic naturale est ignorantes subici prudentibus. Expedit enim eis
sic esse subiectos, ut per eorum industriam dirigantur et salventur.
Quarta via sumitur ex distinctione sexuum vel ex comparatione virorum
ad feminas. Videmus enim virum eo quod sit robustior praeeminere naturaliter
dominari feminae, de qua dicit Philosophus primo Politicorum quod habet consilium invalidum. Cum
ergo inveniantur aliqui homines respectu aliorum plus deficere a vigore
usu quam feminae a viris, sic eos naturaliter esse subiectos. Com
munitas est aliquo modo quid naturale et naturaliter expedit societati

tho

Quare aliques servire et aliques principari ut in principio
capituli dicebatur etc. Cum preter servitutem naturalem
que est quasi servitus simpliciter est dare servitutem
legalem et positivam.

Sicut preter natuale propter communi bono op-
portuit dare leges aliquas positivas. sic quasi re-
gerentur regna et civitates Sic iustum fuit conditoribus
legum quod preter servitutem naturalem. sic quod ignor
autem debet sunt sapientibus oportet dare servitutem legalem et quasi
positivam. sic quod debiles et victi servirent victoribus et pote-
ntibus Et sic non iustum legale ut serviat propter sive policie superatores
in bello sunt superate superantibus Videtur autem huius iustum
quod sic phm et sic quod et positivum expertem agentibus hec
esse pa sunt ex conditoribus legum. sic ex defensione patrie
vita ex salute debellatorum. Pa argumentis sicut pater. est enim
dominus ut dicitur in policie habere aliquem excessum rex servi
huius autem excessu duplex esse potest non sic anima vel sic
corpus Nam homo qui est natura ex his duabus partibus est compositus
excessus autem sic bona anime est quasi excessus simpliciter. eo quod ista
bona simpliciter dici possunt. excessus vero sic bona corporis rex illius
est quasi secundum quid. eo quod huius bona non sunt tanta secundum
bona anime et deficiant a bonis illis propter quod bene dictum est
quod dicitur secundo policie Cum sic dicimus aliquos digniores dominari quia
excedunt in bonis corporis, ut qui sunt pulcri et fortes.
multo iustius est hoc dissimi in anima. ut dicamus aliquos
dominari. qui excedunt in bonis anime Nam aliud est considerantior
etc. sapientia ergo et bonitas que sunt bona anime red-
dunt dominium naturale et simpliciter Et sic non dignum naturale et simpliciter
sapientes et bonos dominari ignorantibus et pravis Secundo
enim potentia et fortitudo corporis que sunt bona corporalia
et exteriora non faciunt dominium simpliciter naturale. sic magis faciunt
ipsum legale et positivum Cum. n superant in bonis corporis
ut in fortitudine vel in similibus potentia dominentur hiis
quos debellaverunt non est iustum naturale sed secundum promulgationem
legis Videtur tamen huius iustum aliquo modo esse congruum sic
considerentur legum conditores Nam lex ad legislatores sunt ho-
mines quibus magis non sunt bona corporis exteriora quam
anime et interiora. ut lex dans iudicium de aliquo certo
visum fuit legum latoribus ut superantes in bello con-
grue dominarentur aliis superatis eo quod talis excessus notior

XIIII

No →

Quit qui[dem] alius laude et plus aut iustus esse diffinire
dominii s[ecundu]m bona a[n]i[m]e q[ua]m s[ecundu]m bona corporis. s[ed] ut ait vo
simi[liter] est inde pulchritudinem a[n]i[m]e et corporis. Tercia ogenitas ex
defensione patrie. Nam ut homines fortiter bellarent pro
defensione patrie vel ip[s]e ciuitatis vel regni in fauorem commu[n]is
boni et defensionis patrie inductum est ut superantes in
bello domina[ren]tur superatis. Et quod deo virtuose et sapienter
et bene non resistere ordinacioni legali. et que bonum bono
priuato est preponendum. Alia ogenitas sumi[tur] ex salute de
bellatorum. Nam p[er] hanc legem multociens superati in bello
saluant[ur] homines vel alios debellantes p[ro]niores essent ad
homicidium si faceret se ex eis nullam utilitatem. Unde qu[on]i[am]
co[n]s[er]uari sperauit. Un[de] seruus s[ecundu]m ethimologiam d[icitu]r a ser-
uando. et tales a victoribus [con]seruan[tu]r in bello et non occidun[tu]r
ut possint ipsos quasi seruos et ancillares. Cap[itulum] pre[ter]
seruitutem vel ministracionem naturalem est dare vel legi
lem ministracionem conducticiam vel delectatiuam

Possumus autem dicere quatuor esse maneries mi-
nistrorum. Nam etiam aliqui sunt tales na[tura]. aliqui non ex lege
aliqui quidem ex conducto. aliqui ex virtute et dilectione
xiiij Omnis ergo minister vel est barbarus vel impotens
vel mercenarius vel virtuosus et dilectus. Barbari vero dicuntur
illi qui sunt quasi siluestres et nesciunt seipsos regere
p[ro]pter quod tales contingit esse natura[li]ter seruos ut est p[er] hita[?] maxi-
mum festum. deficiunt enim bonis a[n]i[m]e. s[ed] quorum excessum
contingit aliquos na[tura]li[ter] dici. Impotentes vero contingit esse mi-
nistros ex lege. ut si qui in potencia deficientes debellantibus resistere
et promulgacione legis debent eis fieri et ministri. Merce-
narios vero contingit esse ministros ex conducto. Ille vero merce-
narius d[icitu]r qui p[ro]pria intendens intendens obsequium ei a quo
mercedem expectat. Sed boni et virtuosi sunt ministri ex virtute
et dilectione. licet vero dignus sit operarius mercede sua et non sit
congruum aliquem sine stipendiis militare. principa[liter] tamen ministro
debet quis intendere bonum. Sed aut intendat ibi mercedem
aliquam temporalem hoc d[icitu]r esse exigerunt. Oportuit aut dare
ministrorum conductam et dilectam p[rete]r ministrum naturalem et s[ecundu]m legem.
Maxima est in nobis corrupcio appetitus vel p[ro]p[ter] resi-
duum ordinem naturalem. et ideo ut plurimum principatus sunt
p[ro]pter inequalitates et priuati bonorum a[n]i[m]e vel aquiescit

Ministrare et servire potentibus prudentia et virtute. Tertio quandoque contingit aliquando plures esse etiam ex nobili genere ortos toto tempore vite sue non agere aliquos nisi bellum. ut ex eo possent acquirere aliquos ancillantes et servos. Nec ergo tales omnino procurent ministri ad supplendam indigentiam domesticam. oportet esse aliquos ministros conductos et servientes intuitu mercedis et aliquos dilectivos et virtuosos servientes ex amore et boni. Ad hos autem ministros quos virtus et boni amor inclinat ad serviendum decet principantes se habere ad filios et decet eos non regimine servili. Sed magis quasi principatu et regali regere. Possumus autem duplici via ostendere tales ministros sicut quos esse contingat esse magis honorandos et premiandos quam ceteros. Prima via sumitur ex dignitate ipsorum ministrorum. Secunda ex virtute et propinquitate quam habent ad principem. Prima via sic patet. Nam propter dignitatibus ampliora beneficia tribuenda sunt. cum ergo virtuosi servientes ex amore honesto et ex dilectione boni digniores sint mercenariis qui principi serviunt ex conducto et mercede et sint servientes non amore honesti sed timore. Sicut quando est superatus in bello et omnino sit melior barbaro qui ministrat eo quod nesciat seipsum dirigere et deficiat a rationis usu. ex ipsa dignitate ministrorum huiusmodi ministros a principante esse magis honorandos et premiandos. Secunda via ad ostendendum hoc idem sumitur ex virtute et propinquitate quam habent huiusmodi ministri ad principantem. Dignum enim est ut partes propinquiores fonti plus participent aquam. quare si omnis amor quedam unitiva virtus est et concretiva ut recitat Dionysius de divinis nominibus ministrantes principi non ex mercede propter sed ex amore magis per voluntatem coniuncti sunt ei quam alii. quare dignum est ipsos plus de influentia recipere et amplius honorari et premiari a principante.

## Quomodo in domibus regum et principum ministris sunt officia committenda. xv

Cum in domibus regum et principum ministris officia dispensantur ut aliqui presint mensis aliqui marescallie equorum. alii vero aliis rebus que requirit modus domestica. quantum ad presens spectat tria sunt attendenda. videlicet ordo ministrorum facilitas exequendi et conditio ministrorum. Primo enim attendendum est officia domestica sic esse committenda ministris ut referantur ibi debitus

Honor ministrandi et ordo quod maxime fieri contingit si nunquam
officium aliquod committatur ministris pluribus nisi illi plures sint sub
aliquo uno tamquam sub architectore sicut prius intendebamus tractare officiorum com-
missio. Ratio autem huius assignari potest ut ii politicorum dicitur. Cum circa idem
conveniunt multi ministri quorum quilibet pauca curat ad multos illorum ministe-
rium committatur sepe illud negligitur. Nam sepe quilibet ministrorum
huiusmodi ministerium negligit credens quod aliquis exequatur illud. Ubicumque
autem multitudo ibi confusio nisi multitudo illa reducatur ad ali-
quid unum. Continet autem inde magis in unitate quod ipsum est maxime or-
dinatum eo quod multitudo entium existens in ipso reducatur omnino in
unum primum ens ut in unum deum a quo omnia ordinantur. Sic
quelibet multitudo si debet ordinata esse debet reduci in unum aliquod
a quo ordinetur. Quare si multis ministris committatur officium aliquod
ne illud negligatur et ne fiat confuse et inordinate expedit
eorum esse unum architectorem ministrorum illorum tamquam sit sollicitare et ordinare
eos. Est autem hec doctrina maxime utilis in gubernatione
domorum regalium ubi propter magnitudinem officiorum oportet idem ministerium
committi ministris multis eo quod unus non sufficeret exequi officium
illud. Est ergo in commissione officiorum attendendus ordo ministr-
andi. Secundo oportet ibi attendi facultas exequendi quod maxime
fieri contingit si eidem non committantur officia plura et diversa. Ratio
autem huius haberi potest ex hiis que diximus in quarto Politicorum. Deinde
enim sicut ymaginari possumus sicut se habet magna civitas ad parvam
sic se habet magna domus ad parvam. Quanto magis autem civitates ut dicitur
circa finem quarti Politicorum. Non sunt aggreganda officia et principatus
ita quod eidem committantur diversa officia nec diversi magistratus
quia in civitate magna officia et principatus tantam curam habent
annexam ut eadem persona sufficiens non possit ad facultatem
exequendo officia multa. Sed in parva civitate vel in parva villa
ubi est paucitas habitantium non multi possunt provideri officiis
et ubi officia commissa non magnam curam habent annexam congre-
gari possunt officia et magistratus ita quod eidem diversa officia com-
mittantur. Quod ergo dictum est de civitate parva et magna intelligendum
est etiam de parva et magna domo. Quia in domo enim parva ubi pauci
sunt ministri et ubi officia modicam curam habent nec est incon-
veniens plura officia committi eidem. Possunt enim domus esse
adeo parva quod et sunt idem possunt esse totum minister
necesse et custos porte. Sed in domibus regum et principum
ubi est multitudo ministrorum et ubi officia maximam curam
habent sic commissa officia particulanda et distinguenda. Et si
sunt plura committenda eidem ne impediatur facultas exequendi

Tercio in commissione officiorum consideranda est condicio ministrorum quia ut ministri in duobus consueverunt deficere. Nam aliqui male exequuntur opera iniuncta quia sunt decipientes et defraudantes iura regalia. Aliqui non male exequuntur ipsa. sed hoc non est ex malicia voluntatis quia ipsi de se bonam voluntatem habent sed hoc contingit ex ebetudine intellectus quia sunt ut ebetes et imprudentes. propter hoc non decipiunt ut defraudant decipiuntur tamen et defraudantur. Condiciones ergo ministrorum esse debent ut sint fideles et prudentes. fideles quidem quantum ad rectitudinem voluntatis ne defraudent. prudentes vero quantum ad industriam intellectus ne per imperitiam defraudentur. Fidelitas autem cognosci habet per diuturnitatem temporis. ipsum enim cor hominis inde non possumus. sed si per diuturna tempora et diversa officia commissa fideliter se gesserunt fidelis est iudicandus. Prudencia vero cognosci habet per ea que diximus 3° parte huius ut si aliquis sit providus. memor. cautus et circumspectus. et alia que diximus prudens est reputandus. et hec quanto magis et minus participant magis et minus participant de condicionibus illis

## Quomodo a regibus et principibus providenda sunt indumenta ministris

Quia maxime apparet regis prudencia si suam familiam debito modo gubernet. et si ei debite et ordinate tribuat. et quia debita provisio indumentorum videtur facere ad honorem status. ut ministrantes reges et principes qualiter circa hec se honorifice habeant et possunt videndum est quomodo sit exhibenda indumenta ministris ad cuius evidenciam sciendum quod circa hoc quantum ad presens spectat quinque sunt attendenda. videlicet regis magnificencia. uniformitas ministrantium. condicio personarum. consuetudo patrie. et congruencia temporum. Primum enim decet regem esse magnificum ut supra in primo libro diffusius probabatur. decet ipsum erga suos ministros decenter se habere in debito apparatu et in debitis indumentis. Non hec non ad inanem gloriam. nec ad ostentationem talia sunt facienda. tamen ut reges et principes consueverunt sed in suo statu magnifico. et ne a populo contempnantur. decet eos magnifica facere ut probatur per VI polyticorum. Secundo circa vestitum consideranda est uniformitas ministrantium. Nam ut appareat ministros pertinere ad unum principem sive ad unum dominantem est servata condicio personarum maxime debet attendi ut visuri sumus vestiarum. Tercio in domibus regum et principum diversi gradus personarum. Oportet ergo illi

Quia in uno genere esse contingit ut si non multum ab invicem distant
eo modo sunt iudicandi ut ex conformitate indumentorum tegantur
unusquisque putaretur esse iniustos. Tercio etiam in usu indumentorum considerata
est conditio personarum. Nam non omnes decet habere eiusdem indumenta civi-
tatis in domibus non solum sunt laici sed etiam clerici et inter clericos
quidam sunt superiores quidam inferiores propter quod decet eos aliter
et aliter esse ornatos. Sicut in videmus in ornatu universi
quia sic totum universum est quasi una domus summi principis
dei sic ut plane innuit philosophus xii methaphysice. In hac domo
non omnia gaudent eodem apparatu nec eadem pulchritudine sed secundum diversam
conditionem rerum aliqua pollent maiori pulchritudine aliqua
minori prout requirit ordo et iustitia universi in quo declaratur
mirabilis conditoris sapientia. Quare in domibus regum et principum
propter quod aliquis propter valitudinem ministerium et officiorum quodammodo
universum dici potest non omnes ministri eque pulchro apparatu
ut eque pulchris indumentis gaudere debent sed considerata conditione
personarum et statu sunt cuilibet sua tribuenda ut in hiis appa-
reat prudentia et industria principantis. Quarto etiam hic considerandum
est consuetudo patrie. Nam omne inconsuetum videtur quodammodo esse in-
ordinatum quia in a pueritia soliti sumus inde ad ipsa magis
afficiamur. Quod ideo dicitur etiam fuisse verum potest quia propter causam
magis videmus in quibusdam homines adeo affici ad patrias
consuetudines et ad consuetudines regionis proprie ut eas et si peiores
et turpiores sint eas pulchriores et meliores iudicant. In
indumentis et in omnibus consuetudinibus aliquid dandum consuetudini est regionis
nisi consuetudines sint penitus corruptele. Quinto
etiam hic attendenda est congruentia temporis nam cum hec inferiora tempora
regantur per supercelestia prout variantur tempora et prout diversificantur
conditiones celestium prout cibus indumenta et cetera talia decen-
tia ad indigentiam vite sunt varianda etc.

## Quod est curialitas et quod decet ministros regum et principum esse curiales

xviii Videtur autem curialitas se habere ad nobilitatem
morum sicut iustitia legalis se habet ad impletionem legis
ut in prosequendo patebit. Sicut legalis iustitia est
quodammodo omnis virtus quia lex omnis virtutis implet ut
Sic curialitas est quodammodo omnis virtus quia nobiliter motum
quasi omnis virtus continere debet. Possumus in distinguere duplicem
nobilitatem unam secundum opinionem ut nobilitatem generis aliam secundum
veritatem morum. Nobilitas autem in excessu actus boni fundatur

Videtur Nam magna dicitur vir nobilior aliquis nisi magno
excedet vir Dicendum quod sunt duo genera bonorum magnorum quia quedam
sunt magis bona secundum opinionem ut corporalia et exteriora quedam
vero sunt magis bona secundum veritatem ut virtutes et bonum quod Sic
duplex nobilitas habet esse Una que fundatur in excessu magnorum
bonorum secundum opinionem Alia vero que fundatur in magnis bonis
secundum existentiam et veritatem hominis. Nam vulgares et communiter populus non
percipit nisi sensibilia bona et exteriora. huius est honoratas gentes
divitie simul potentia quod ergo processit ex quo homo aliquis ut ex di
vitibus vel ex potentibus et hic ergo aliquo uti quod non sit in eodem
in tempore progenitores suos fuisse pauperes. dicitur hec nobilitas
generis et propriis est nobilis secundum reputationem et secundum opinionem. vera tamen
nobilitas est secundum possessionem et bonitatem morum Nam quia fama magis
totum deperditur et quia quod dicatur Impossibile est esse finem secundum totum
Et videtur velle philosophus vii ethicorum huiusmodi vulgaris opinio cum
probabilitate innititur Videmus nam ut plurimum quod nobiles qui sunt
nobiliores morum quam alii sunt Nam utitur philosophus politicorum Sic ex homine
nascitur homo et ex bestiis bestia. sic ut plurimum ex bonis nasci
bonum et ex prudentibus prudentes Nobiles ergo homines quia in pluribus
[illegible] ut plurimum sunt prudentiores aliis et quia multi
[illegible] respiciunt communiter populus verecundantur et dedignantur
[illegible] quam alii. quia ergo nobiles homines secundum quod sunt in statu
in quo probabile est eos esse prudentiores aliis et secundum quod debent
eos esse meliores aliis. si probabile est ex bonis et prudentibus
bonos et prudentes oriri quod si ex nobilibus natalibus orti dicuntur
esse nobiles secundum opinionem quia opinio probabilitati innititur et licet
ut patet per hanc probabile est esse prudentes et bonos. huic tamen
probabilitati aliquando subest falsitas quia utitur in politicorum Nam aut
vult quod hoc fere multotiens tamen non potest secundum desit Quidam
nam nobiles qui degenerant a vera nobilitate et sunt peiores aliis
secundum mores Sic ergo nobilitas generis est nobilitas magis secundum opinionem
morum non nobilitas est secundum existentiam et veritatem quia decens est
quod credimus et estimamus bonos esse licet secundum veritatem decens est
Nobiles qui esse nobiles secundum mores. ex hoc ergo [illegible]
videtur Nam tamen ipse non dicitur nisi domina nobilis et magnorum
et quod decet nobiles et magnos esse nobiles secundum mores
Unde sciendum est ut dicatur esse talis virtutes mores nobiles
Et quia talis quod morum nobilitas dici potest Est scilicet talitas
quedam quod virtutis et operationum ad nobilitatem morum. sed legalis
iustitia est tamen virtus et respectum ad complementum legis. percipit enim

Lex omnes virtutes ut precipit non mechari quod est opus temperantie non dimittere aciem quod est opus fortitudinis ceterisque de aliis. Sic nobilitates morum dicuntur omnes virtutes propter quod curialitas est quedam omnis virtutis. Dicimus enim curiales qui comitem sequuntur modicum dona quod est opus liberalitatis. Dicit et curiales dicuntur si decenter se habeat in magnis sumptibus quod est opus magnificentie. Sic et curiales comestores dicuntur qui non minus ardenter nec tempestive comedunt quod est opus temperantie. Curiales enim dicuntur homines se habere erga suos cives si non eis iniuriam inferant in uxoribus vel filiabus quod est opus castitatis. Dicitur etiam quis curialis in conversatione si sit aliis affabilis et hilari vultu omnes recipiat quod est opus affabilitatis.

Ut ergo sit ad unum dicere quodammodo curialitas est omnis virtus. Deinde differre opere esse a virtute particulari et a iustitia legali et a curialitate nam si quis suis civibus sua bona prompte largiretur si hoc agit quia ei placent huiusmodi actus liberalis est. Sed si ut impleat legem quia hoc lex precipit iustus legalis. Si vero id agit quia hoc decet mores curie et mores nobilium curialis est. Sic etiam si hilariter et affabiliter quis cum aliis conversetur si hoc agit quia ei placet huiusmodi opera affabilis est. Sed si ut legem impleat iustus legalis erit. Si vero ut sunt mores curie et nobilium curialis esse dicitur. Sunt enim multi facientes opera virtutum ut bona sua aliis largientes non agentes hoc quia eis placet expendere neque quia delectentur in dando quod facit liberalis. Nec quia ex hoc velint implere legem hoc precipientem quod facit iustus legalis. Sed quia volunt conservare mores curie et nobilium. Quos decet tales esse propter quod tales curiales dici debent. Advertendum tamen quod licet curialitas sit omnis virtus propter conversationem quandam sive antonomasiam largi et affabiles curiales dicuntur quia in curiis et in domibus nobilium vel conversatione et vel multi communiter habundant exteriora bona potissime largitas quantum ad sumptus et affabilitas quantum ad conversationem requiruntur in ipsis. Cognito quid est curialitas de levi patet quia decet ministros regum et principum esse curiales. Nam si decet reges et principes eo quod sunt in maximo nobilitatis gradu habere mores nobiles et curiales, ministros quos in bonis decet suos dominos imitari oportet curiales esse.

## Quomodo reges et principes erga suos ministros se debeant habere

VIII

Ostensum est quales debent habere esse ministri regum et principum quia debent habere mores

Nobiles et curiales Nam sicut decet cives ut debita
policia fruantur esse iustos legales · sic decet ministros dominorum ut
fruantur decencia curie et honore status curiales esse · oportet si summe
esse curiales oportet esse iustos Restat ostendere qualiter Reges et principes
et universaliter dominantes erga eos debeant se habere · debent autem modo
se habere circa ipsos quasi in quinque modis geste Primo ut
eis debite officia committantur · Secundo ut ad officia commissa debite
sollicitentur Tertio ut sciatur qualiter cum eis est conversandum · Quarto
qualiter sunt ipsis committenda consilia et aperienda secreta Quinto
et ultimo oportet cognoscere qualiter sunt vestiendi et quomodo sunt eis
expense impendende Primum autem horum aliquo modo est exhibitum in tractatu
Nam si ministri constituendi sunt in aliquo officio vel in aliquo magistratu
oportet esse fideles et prudentes ut non defraudet et ne defraudatur quanto
plus constat de eius fidelitate et prudencia tanto sunt eis
maiora officia committenda Nullus autem ad plenum potest experiri
alterius benivolenciam et fidelitatem nisi per diuturnitatem temporis · ut scribitur
in viii ethicorum Nam ut ibidem dicitur in proverbio est dictum quod non est sciendum
amicum adinvicem antequam multos modios salis comederint Sic
et de prudencia aliquorum non plene constat nisi per diuturnum tempus
videamus ipsos prudenter egisse · hinc ergo non sunt ministris officia
committenda que commendi sunt in paruis magistratibus ut de eorum
fidelitate et prudencia sumatur experimentum · quod si contingat eos bene habere
se in illis poterunt eis altiora committi Esse tamen diligenter considerandum
quod mores improvise ditatorum et de novo ascendentium ad altum
statum ut dicitur Rethorice ij ut plurimum sunt peiores moribus aliorum
si proponi officiatores ex vili genere sunt assumpti · dato quod etiam
aliquibus communibus magistratibus videantur prudenter et fideliter se gessisse
non statim assumendi sunt ad officia nimis alta · si gradatim et
per diuturna tempora vel secunda de ipsis exigentia postea quam ad aliquid
altum ascendant Viso quomodo ministris sunt officia committenda
videre restat quomodo sunt circa commissa officia sollicitandi · propter quod sciendum
ipsos habere curam et sollicitudinem de ministris non decet magnos dominos
ut Reges et principes Nam ut dicitur 3° politicorum · hinc non habet aliquid
magnum vel in grandius quam dominus · et pater ut nunc nititur
commendator autem hunc honorem ipso non curabit vivunt autem
Philosophantes Reges et principes quos decet esse magnificos decet
operari opera et magna · ut decet ipsos solliciti circa ea que
directe spectant ad bonum commune et ad regimen Regni
que autem sint illa in tertio libro patebit sollicitari vero
circa quoslibet ministros et velle se de quibuslibet intromittere

# Tertia Pars

Rtcomitte intellatui decet eos hoc ipso restat ostendere tertio qua ratione quia enim ipsis sit conversandum quia in quo modo ostendit philosophus in ethicis v. quarto quod ad humiles decet magnanimos se habere moderate sed ad eos qui in dignitatibus decet magnanimos ostendere se magnos. Reges ergo et principes quos decet esse magnanimos ad ministros ipsorum qui respectu eorum sunt inferiores et humiles debent se ostendere moderatos. Quia erga eos se habere in nimia excellentia ut plane tradit philosophus non est virtuosum sed onerosum. Quod sit autem tenere circa talibus medium et esse moderatum satis patet ex hiis que dicta sunt v. politicorum. Decet enim personam principis non apparere severam sed reverendam. Non ergo decet principem tam familiarem se exhibere ministris ut veniat in contemptum et ut non appareat persona reverenda nec debet se sic excellentiorem ostendere ut omnino appareat austerus et onerosus. In omnibus enim ut tradit in ethicis medium laudatur et extrema vituperantur. Est tamen advertendum quod aliqua familiaritas esset laudabilis in cive vel in milite que non est laudanda in rege. Communiter ergo decet reges et principes minus se exhibere quam ceteros et ostendere se esse personas magis graves et reverendas quam alios non ad ostentationem sed ne regia dignitas contempnatur. Ostenso qualiter sunt ministris officia committenda et quomodo sunt erga eos sollicitandi et qualiter est cum ipsis conversandum reliquum est ostendere qualiter sunt eis committenda consilia et quomodo sunt ipsis beneficia exhibenda. Dicebatur enim supra diversas esse maneries ministrorum quia quidam sunt servi natura quidam ex lege quidam non sunt servi sed pro mercede quosdam ad serviendum principi movet amor et dilectio principis magis quam merces aliqua quam inde habituri essent. Tamen servis ergo non sunt committenda tota secreta nec omnia consilia quia ut plurimum tales magis serviunt ex timore quam ex amore. Nec etiam mercenariis sunt committenda secreta quia tales non personam principis sed mercedem principis amant. Sed hiis qui ex amore ministrant sed propter dilectionem ipsius constat ipsos esse benivolos fideles et prudentes poterunt eis aperire secreta magis et minus prout de eorum fidelitate et prudentia persona principis plus constabit. Qualiter autem pro laboribus beneficia sunt exhibenda ministris et ultimo dicebatur esse tractandum de levi patet prout nam reges et principes in quorum potestate est multa tribuere intendere ministrorum tribuere non debent sed debent ipsis magna et multa beneficia tribuere prout apparebit ipsos magis amplius meruisse etc.

Quod in mensis regum et principum et virorum nobilium tam recumbentes quam ministrantes decet non eloquiis abundare XIX

Dicto quales debent esse ministra regum et princi-
pum. Et qualiter reges et principes debeant se habere
ad ipsos. Restat ut dicamus qualiter in mensis principum
circa eloquia habere se debeant tam ipsi reges et prin-
cipes et omnes recumbentes cum eis quam etiam ministrantes. Exponere possumus
autem duplicem viam ostendentem quod in mensis regum et principum
et virorum omnium nobilium vel etiam omnium civium habundare in
eloquiis. Prima via sumitur ex eo quod hoc impugnat ordinem
naturalem. Secunda ex eo quod contradicit bonitati morum. Prima via
sic patet. Nam ut tangebatur primo Politicorum, secundum naturam unumquodque perfici-
tur quando unum organum ordinatur ad unum opus. Immo quod in operibus
naturae non videtur esse confusio cum opera eius sint ab ipso deo et
intelligentiis ordinata. Dato quod natura faciat idem organum ad
duo opera ne sit in operibus confusio et ne unum impediat
aliud contra naturalem ordinem et congruentiam. Sic tamen quod si organum
commune circa unum illorum operum sit per idem tempus non cesset
ab alio. Quare secundum Philosophum in tertio de anima lingua congruit
in duo opera naturae ut in gustu et locutione. Contra naturalem ordinem
est tamen huiusmodi organum exercere ad aliud opus quam est gustare
quod fit in mensa tempore comestionis. Si tunc temporis non cessat
ab opere ad quod est loqui. Impugnat ergo hoc ordinem naturalem. Secundo
impugnat bonitati morum non recumbentes in mensa circa
multiloquium insistere. Quia vino inde sequitur multiplicare eloquia
et homines habundantes vino quasi tales calefacti et aud-
aces libenter in verba prorumpunt. Videbimur esse magis ebrii quam
sobrii. Reges ergo et principes quos decet maxime temperatos
esse et observare ordinem naturalem omnino in suis mensis ordinare
debent ut recumbentes in multiloquia non prorumpant. Decet etiam
hoc viros nobiles et omnes cives et congruum est circa ipsos per
opera virtutes et bonos mores. Secundo si recumbentes ne tollatur
naturalis ordo et ne intemperati appareant decet in mensis vitare
sermonum multitudinem. Decet etiam hoc ipsos ministrantes ne negli-
gatur ordo et dispositio ministrandi. Immo si ad mensas re-
gum et principum aliqua utilia legerentur ut simul cum fa-
uces recumbentium cibo saginarentur earum aures doctrinam perci-
perent esset omnino decens et congruum. Ordinare vero deberent
reges et principes ut laudabiles consuetudines regni si tales

Sunt in scripto redacta vel etiam laudabilia gesta predecessorum et maxime eorum qui sancte et religiose se habuerunt ad divina et qui iuste et debite regimen rexerunt legenda sunt ad mensam ut ad mensam legatur liber de regimine principum ut et ipsi principantes instruantur qualiter principari debeant et alii edoceantur quomodo est principibus obediendum. Hec ergo nos ad alia utilia tradita sunt vulgari idiomate ut omnes per ea edoceri possent in mensis regum et principum legenda essent. His ergo sic pertractatis circa regimen domus licet quedam alia particularia tractari possent tamen cum non omnia particularia sub enarratione cadunt compromissa complemento pertransire imponentes finem huic secundo libro in quo de regimine domestico sive familie tradidimus invocato eius auxilio a quo omnis bonitas habet esse.

## Explicit tercia pars libri secundi. Incipiunt capitula tercii libri prime partis ut patet

Primum. Quod omnis civitas aliquo modo est principalissima et est alicuius boni gratia instituta.

Secundum. Quot et que bona homines consequuntur ex constitutione civitatis politice que civitas instituta sit.

Tercium. Quod homo est naturaliter animal civile non obstante quod contingit aliquos non civiliter vivere.

Quartum. Quibus racionibus probari potest civitatem esse quid naturale et homines naturaliter esse animal politicum et civile fuit in vita humana esse civitatem regimen.

Quintum. Quod preter communitatem civitatis utile.

Sextum. Quod diversi sunt modi generacionis civitatum et regnorum et quomodo oritur hunc tercium librum in quo determinatur de huiusmodi regimine dividendo in duas partes.

Septimum. Quomodo Socrates et Plato dixerunt civitatem ordinandam esse et quod tenentur de civili regimine.

Octavum. Quod non oportet civitatem maximam unitatem et conformitatem habere ut Socrates et Plato dixerunt et statuerunt hoc decet cognoscere.

Nonum. Quod non expedit civitati omnia sint esse communia ut Socrates ordinat et quod reges et principes.

Decimum. Quot mala sequuntur si in civitate uxores et filii ponantur esse communes.

Iesus Christus

xi Quod expediat civitati possessiones esse propriae et quomodo communes. Jesus
xii Quod reges et principes non debent sic disponere civitatem quod milites ordinentur ad opera bellica ut Socrates statuebat. Ponantur
xiii Quod reges et principes non debent sic disponere civitatem, ut propter idem in cives ingratitudines prec.
xiiii Quod non sit ordinata civitas ut Socrates statuebat. Trahi possit ad bonum intellectum
xv Quod positio Socratis circa regimen civitatis
xvi Quod fellicas statuit civitatem ordinandam esse
xvii Quod non oportet possessiones esse equatas ut fellicas statuebat. Tercius iii. Continuat
xviii Quod statuebat principalis intentio legislatoris debere esse circa compressionem concupiscenciarum et non circa equalitatem possessionum ut fellicas dicebat.
xix Qualiter sunt ypodomia et quid ypodomus philosophus statuit circa regimen civitatis
xx Que et quot sunt reprehensibilia in hiis que statuit ypodomus circa gubernacionem civium

Capitulum primum. Quod omnis omnium aliquo est principalissima et est alicuius boni gratia instituta

Quoniam omnem civitatem contingat esse communitatem quandam. Cum omnis civitas sit gratia alicuius boni, oportet civitatem ipsam constitutam esse propter aliquod bonum. Probat autem philosophus in politicis duplici via civitatem constitutam gratia alicuius boni. Prima via sumitur ex parte hominum constituentium civitatem. Secunda ex parte civitatis constitute. Prima via sic patet: quia ut dicit philosophus in ethicis omnis actus et electio boni quod appetere videtur. Et philosophus in politicis subdit quod gratia eius quod videtur bonum omnia operantur omnes. Si ergo omnes homines ordinant sua opera ad id quod videtur bonum, cum communitas sit opus humanum ex parte hominum constituentium civitatem oportet ipsam constitutam esse gratia eius quod videtur bonum. Nec sit cum intelligendum civitatem constitutam esse gratia eius quod videtur bonum

Quoniam non sit constituta gratia eius quod existit bonum. Nam cum operationum ordinatur ad aliquod bonum. aliquid ad id bonum habemus impetum ex natura. aliquid autem ex corruptione nature. Bonum autem illud ad quod omnes homines habent impetum ex natura sic videtur bonum quod tamen existit bonum. huiusmodi autem est constitutio civitatis. Nam ut dicitur primo Politicorum natura quidem impetus in omnibus est ad talem communitatem qualis est communitas civitatis. Igitur propter respectum ad homines civitatem constituentes. eo quod habent naturalem impetum ad constitutionem eius civitas non solum constituta est gratia eius quod ut bonum videtur. sed etiam quod bonum existit. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex parte civitatis constitute per comparationem ad communitates alias. Nam licet omnis communitas naturalis ordinetur ad bonum. maxime tamen ordinatur ad ipsum communitas principalissima. Huiusmodi autem est communitas civitatis que respectu communitatis domus et

principalissima vici ~~principalissima~~ existit. quare si communitas domestica ordinatur ad bonum et etiam ad naturale bonum ut superius in secundo libro diffusius probabatur. Communitas vici que est principalior communitate domestica multomagis ordinatur ad bonum. et adhuc communitas civitatis que est principalissima respectu communitatis vici et domus maxime ordinatur ad bonum. Hoc est ergo quod dicitur primo Politicorum. Quoniam si communitatem omnem gratia alicuius boni dicimus constitutam. maxime autem principalissima omnium et ea que est omnium maxime principalis et omnes alias complectens potissime gratia boni constitutam esse contingit. Hec autem est communitas politica que communi nomine vocatur civitas. Advertendum tamen communitatem civitatis esse principalem non simpliciter et per omnem modum. sed respectu communitatis domus et vici. Est autem alia communitas principalior ea. cum est communitas regni de qua suo loco dicetur. Ostendemus enim communitatem regni utilem esse in vita humana et esse principaliorem communitate civitatis. Videtur enim suo modo communitas regni se habere ad communitatem civitatis sicut hec communitas se habet ad domum et vicum et est principalior communitatibus illis et magis sufficiens in vita humana quam communitates predicte. Sic communitas regni complectitur communitatem civitatis et est multo perfectior et magis sufficiens in vita quam communitas illa.

## Quot et que bona homines consequuntur ex constitutione communitatis politice que civitas nuncupatur

Capitulum v

NON sufficit dicere civitatem constitutam esse gratia alicuius boni ut in precedenti capitulo probabatur nisi ostendatur quot sunt illa bona que ex constitutione civitatis homines consequuntur. Huiusmodi autem bona

Ostenso ad quid spectat tam esse constituere ordinatur autem civitas
ad vivere et ad sufficienter vivere et ad virtuose vivere. Verumtamen
secundum philosophum in politicis dicendum est esse. sic ergo aliud est sufficienter esse aliud
virtuose esse. sic aliud est vivere aliud sufficienter vivere aliud
virtuose vivere. Nam esse latissimum est ut dicitur in libro de causis
Est enim prima rerum creatarum et omnia aliquomodo esse participant
non tamen omnia participant sufficienter esse. sed solum illa dicuntur habere
esse sufficiens secundum naturam suam que secundum suam speciem habent esse
completum. Si enim alicui rei deficiat aliquid perfectio competens
sue speciei. licet possit habere illa res esse aliquod imperfectum. esse tamen
sufficiens habere non dicitur. Latius ergo est esse quam sufficienter esse
et latius est sufficienter esse quam virtuose esse. Nam virtute quae
est habitus electivus et moralis de qua hic loquimur intendimus participare
non possunt nisi rationalia et humana intellectu. Irrationabilia ergo
et etiam inanimata secundum naturam suam possunt habere sufficiens esse si habeant
perfectiones competentes proprie speciei. esse tamen virtuosum habere non possunt
quia nequeunt participare virtute. Illo ergo modo quo distinguimus
esse. sufficienter esse et virtuose esse. distinguere possumus
vivere in vivere sufficienter vivere et virtuose vivere. Animalia cuncta
enim hoc ipso dicuntur esse viventia. non tamen dicuntur sufficienter vivere et habere
vitam sufficientem nisi habeant ea que congrue sufficiunt ad
supplendam indigentiam corporalem. Aliud est ergo vivere. aliud
sufficienter vivere. sic etiam aliud est vivere sufficienter et virtuose vivere.
Multi enim habent sufficientia ad vitam qui propter corruptionem appetitus
virtuose vivere negligunt. Multorum enim et maximorum bonorum
causa est constitutio civitatis. quia per eam homines consequuntur omnia tam
politica bona. Nam ipsum vivere consequuntur homines ex communicatione
politica. quia sine ea vita esse hominis non potest loquimur hic de
vivere hominis ut homo est. concedendo ergo vivere politicam secundum quod
leges et secundum aliquas laudabiles ordinationes constitutas sic vivere
non est vivere ut homo. sed ut supra patuit et infra patebit
tale non est homine peior vel homine melior. Homo enim est natura
animal politicum et civile. ut infra probabitur. Oportet ergo vivere
loquendo de vivere ut homo consequuntur homines ex communicatione
politica sive ex constitutione civitatis. Immo ex hoc constitutione homines non
solum consequuntur vivere. sed etiam sufficienter vivere. Nam in una domo
vel in uno vico non reperiuntur omnia que ad vitam suffici
unt. Ideo sunt civitates constituta habentes plures vicos in
quorum uno exercetur ars fabrilis. in alio ars textoria in alio
aliud. quia in variis indigemus ad supplendam indigentiam
vite. Nunquam enim est civitas perfecta nisi habitatores eius

Ubi invenire possunt omnia sufficientia ad vitam. constituitur ergo ex civitate non solum vivere. sed et vivere sufficienter. eo quod per se civitas constituta est constitutiva omnium que ad vitam sufficiunt. Unde ergo dictum est quod subditur Post. pol. quod omnis civitas que est civitas constitutis ex pluribus vicis est civitas perfecta. quia iam ut consequens est dicere huius civitatis est huius terminus per se sufficientie vite omnis. Tertio ex constitutione civitatis consequuntur virtuose vivere. Nam intentio legislatoris et constituentis civitatem non solum esse ut cives in civitate tunc habeant sufficientiam ad vitam sed ut vivant bene secundum leges et virtuose. Unde dicit Post. pol. quod facta quidem est civitas vivendi gratia existens autem gratia bene vivendi. Fortem primum motivum hominum constituendo civitatem fuit ipsi vivere et habere sufficientiam in vita. Videmus enim quod solitarie non poterant sed in vita sufficienter constituunt civitatem ut unus alterius defectum suppleret haberent sufficientiam in vita. constituta autem iam civitate et hominibus perspicaciter videntes et videntes quod non satis est habere sufficientiam in vita nisi vivant bene et virtuose. cum sine lege et iustitia stare non posset ordinaverunt civitatem politicam que facta erat ad vivere et ad habendum sufficientiam in vita ad bene vivendum secundum leges et virtuose. Si ergo tot bona consequuntur ex constitutione civitatis bene dictum est quod subditur Post. pol. unde quod qui primus civitatem instituit fuit causa maximorum bonorum etc. Quod homo est animal naturaliter civile non obstante quod contingit aliquos aliquos non civiliter vivere.

m Dubitabant nonnulli an civitas sit aliquid secundum naturam et an homo sit naturaliter ad politicam et civile. Nam ea que sunt secundum naturam videntur esse perfecte ubique ut ignis sit aliquid calefactibile quod calefaciat et ubique est habere calefactionis actum. quare si civitas quid naturale esset et homo naturaliter esset ad civile nullus inveniretur homo non civilis. videmus autem multos societatem politicam renuentes eligere solitariam vitam et campestrem. Sed hec et alie dubitationes similes videntur procedere. quia ignorant quomodo naturale est hominem esse ad civile. Non enim est hoc sic homini naturale sicut naturale igni calefacere et tendere lapidi deorsum. quia ista sic eis naturaliter competunt quod ad contrarium assuescere non possunt et competunt eis semper et ubique. Nam quamvis totiens possit lapis proici ut assuesceret sursum ire. semper ergo lapis quantum est de se deorsum tendit et ignis semper calefacit. homo ergo non sic naturalis est ad civile. Sed dicitur ei hoc naturaliter convenire quia habet quendam impetum

Et quadam aptitudine naturali ut simul vivat. que autem
sunt naturalia ex casu vel ex aliquo impedimento sine ex aliqua
causa impediri possunt ut licet naturale sit homini esse dextrum multi
tamen ex aliquo impedimento vel ex aliqua causa efficiuntur ambi
dextri. Sic licet naturale sit homini vivere simul efficiuntur tamen
multi campestres viventes. Tangit autem philosophus in politica tria
quare contingit aliquos vivere simile vitam. Primum est fortu
nium. secundum nimia pravitas. et tercium nimia bonitas. Contingit
enim propter aliquos non esse civiles ex fortuna. ut quia nimium pau
peres existentes non possunt civiliter vivere sed coguntur civitatem
exire et agros excolere. Secundum propter quod homo aliquis redditur non
civilis est nimia pravitas. aliqui enim secundum brutalem appetitum
corrupti et nobilitatem perversam qui nequeunt vivere secundum societate
et secundum legem ideo civitatem aliqui exeunt vel si non exeant
aliqui expelluntur. Hij autem sunt illi quos ut recitat philosophus
primo politicorum maledicebat Homerus dicens. maledictus
insocialis illegalis scelestus affectator belli veluti solus
sine iugo existens sicut volatilia. Tercio aliqui non civiliter
vivunt propter nimiam bonitatem. Vita enim civilis et coniugalis
est vita bona. sed est vita ut homo. Aliqui autem sunt tante
perfectionis quibus non sufficit vivere ut homo. sed renunciantes con
iugio et civilitatem eligunt perfectiorem vitam. Nam licet qui
nubit et qui civiliter vivit bene faciat tamen qui non nubit et
non civiliter vivit ut liberius contemplationi vacet melius facit. Ergo
homo est naturaliter civile non obstante quod contingit aliquos non civiliter
vivere. Nam contingit non civiliter vivunt nisi ex paupertate vel
ex fortuna hoc accidit vel est bestia et scelestus et sine iugo non
valens legem et societatem supportare vel est quasi deus id est di
vinus eligens alciorem vitam propter quod scribitur primo politicorum. Qui non po
test aliis communicare vitam est pars civitatis. sed vel est bestia vel deus.

Quibus rationibus probari potest civitatem esse quid naturale
et hominem esse naturaliter animal politicum et civile

iiij

REMOVEBANTUR in precedenti capitulo obiecciones contrarie
per quas probari videbatur civitatem non esse aliquid se
cundum naturam et non hominem non esse naturaliter animal civile. Quod quia non
satis est removere obiecciones contrarias veritatem aliqua
impugnantes nisi adducantur rationes que probant veritatem continentes. Jnten
dimus in hoc capitulo adducere rationes ostendentes civitatem esse quid naturale
et hominem esse naturaliter animal civile. Possumus autem duplici via ostendere civitatem



Volentes sumi civitatem esse aliquid secundum naturam. Prima via sumitur ex eo quia haec communitas complectitur domum et vicum. Secunda ex eo quod est illarum communitatum finis et complementum. Probabatur enim supra quod omnis communitas est homini secundum naturam. Unde tamen natura non deficit in necessariis, oportet quod naturale esse communitatem. Sed si deserviunt ad sufficientiam vitae communitas domestica et etiam vici naturalia sunt, quia deserviunt ad sufficientiam vitae humanae, quam cum civitas habeat communitates comprehendat et perfectius deserviat ad sufficientiam vitae quam communitates illae, oportet eam esse secundum naturam. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex eo quia civitas est illarum finis et complementum. Nam ut dicitur primo politicorum, quod est finis generationis naturalium quid naturale et est natura ipsorum generatorum, ut quod est finis generationis hominis est quid naturale et est natura eius. Nam finis generationis rerum est forma quae per antonomasiam est quid naturale et est ipsa natura. Videmus autem quod communitas domus est quid naturale non solum quia deservit ad sufficientiam vitae sed etiam quia communitates illae quae componunt domum sunt quid naturale: constat enim domus ex communitate viri et uxoris, domini et servi, patris et filii, quarum quaelibet est secundum naturam. Sic etiam communitas vici quid naturale est non solum quia deservit ad sufficientiam vitae sed quia eius generatio videtur esse naturalis. Consistit enim vicus naturaliter ex extensione filiorum et collactaneorum et nepotum ut notatur primo politicorum. Propter quod si hoc modo constitutus est naturalis vicus, ipse quid naturale erit. Civitas ergo quae est finis generationis domus et vici erit aliquid secundum naturam, eo quod sit finis generatorum naturalium. Generatio enim domus et vici tamquam ad finem et complementum ordinatur ad civitatem.

Viso civitatem esse aliquid secundum naturam, reliquum est ostendere hominem esse naturaliter animal politicum et civile. Quod etiam duplici via investigare possumus. Prima sumitur ex parte sermonis. Secunda vero ex parte impetus naturalis. Probabatur enim in primo huius libri ex parte sermonis hominem esse naturaliter ad sociale, eo quod per sermonem alter alteri exprimit conceptus. Hic autem ex parte sermonis ostendere possumus hominem esse naturaliter animal politicum et civile ex eo quod vox humana quae dicitur sermo est aliter significativa quam vox brutorum. Unde primo politicorum, in aliis animalibus ab hominibus sola adhuc natura concessit ut vox sit eis signum delectabilium et tristabilium, habent enim sensum delectabilem et tristabilem. Natura enim sibi invicem per vocem significant. Canis enim eo quod aliter latrat cum delectatur et aliter cum tristatur potest alteri cani per suum latratum significare tristitiam vel delectationem quam habet. Sed hominibus ultra hoc data est sermo per quem distincte significat

Minus conferens et quid nocivum et quid iustum et quid iniustum. Sic ergo
communitas domestica ordinatur ad cognoscendum conferens et etiam fugiendum
nocivum. communitas vero civitatis ultra hoc ordinatur ad prosequendum
iustum et ad fugiendum iniustum. Sed oportet communitatem domesticam et civilem
esse quid naturale. Nam si natura dedit homini sermonem naturaliter erit etiam communitas
que ordinatur ad ea quibus sermo aptus existit per sermonem. Iustum vero
et iniustum non proprie habet esse in communitate domestica sed in communitate
civili. Nam in civitatem vero cives habent possessiones proprias et dis-
tinctas consurgunt lites et litigia. et ideo ibi oportet discerni quid
iustum et quid non iustum. et quid non proprie sit in domo ubi totum
ad patremfamilias pertinere videtur. differt ergo civitas a domo
quia in ea non solum queritur quid conferens et quid nocivum sed etiam quid
iustum et quid iniustum. utraque tamen communitas erit naturalis tam domestica
quam civilis. Ex quo patet per sermonem nobis datum a natura cognoscere conferens
et nocivum et iustum et iniustum. Tertia via ad investigandum hoc idem
sumitur ex parte impetus naturalis. Nam omnia alia habent naturalem
impetum ad consequendum ea que sunt eis a natura tributa
quare si natura dedit homini vivere dedit ei naturalem impetum
ad faciendum ea per que possit sibi in vita sufficere. hoc autem
maxime contingit per communitatem civilem. Ex quo civitas
debeat esse continentia omnium que ad vitam sufficiunt inerit
ergo hominibus impetus naturalis ad vivendum politice. et ad con-
stituendum civitatem. Sed cum id ad quod habemus impetum natura-
lem sit secundum naturam. oportet civitatem esse quid naturale vel esse
aliquid secundum naturam.

## Quod preter communitatem civitatis utile fuit in vita humana esse communitatem Regni. .V.

POSSUMUS autem triplici via ostendere quod preter communitatem
civitatis fuit utile humane vite constituere communitatem regni
constitui. Prima via sumitur ex parte sufficientie vite. Secunda
ex parte adeptionis virtutis. et tertia ex parte defensionis
et remotionis impetus hostium. Prima via sic patet. Nam tunc aut perfe-
cte potest dici quod communitas perfecta est civitas constans ex pluribus vicis est habens
sub se omnes perfectam sufficientiam vite non sic est intelligendum quod sic oportet
civitatem ex propriis possessionibus habere omnia que requiruntur ad victum. sed sufficit
civitatem sic esse sitam quod per mercationes et per vendiciones portionem et huiusmodi
indistincte facta hoc possit sufficientiam vite. Sicut ergo vicus in quo exercetur
ars fabrilis indiget vico alio in quo exercetur ars textoria. quod homines
ad sufficientiam vite indigent operibus tam fabrorum quam textorum. sic et

Contingit civitatem aque habundare i vino et deficere i frumento
i quo contingit civitatem aliam habundare oz civitate vnaz
indigere auxilio alterius · quare sic utile e humane vite m
eadem civitate congregari diversos vicos ut facilius habeatur
q requiritur ad vitam · sic utile e civitates plures congregari
sub uno principatu et sub vno regno ut facilius et melius
sibi subveniant quanto ad ea quibus indigent in vita nam
sic diversa membra corporis nostri civiliter activa sunt et vnum
indiget alterius ope propter quod utile e ipsis congregari in vno corpore
ut sibi subveniant sic quod non omnes civitates habundant
i eisdem utile e eas congregari sub vno regno ut melius
possint sibi subvenire de hiis que requiruntur ad sufficientiam
vite. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex parte adap
tionis virtutis. Intentio n legislatoris ut supra tangebatur
non solum est ut cives habeant q requiruntur ad sufficientiam
vite ad supplendam indigentiam corporalem · sed etiam ut vivant
secundum legem et virtuose · nunc tanto principalia oz intendere hoc
quanto illud quanto anima e potior corpore et quanto operationes
virtuose excellunt exteriora bona · oz ergo rectores civitatis habere
civilem potentiam ut possint cogere et punire nolentes virtuose
vivere et turbantes pacem et bonum statum aliorum civium · quare
cum plures de civitate aliqua non audent insurgere contra principem
si sentiant ipsum habere magnam civilem potentiam et dominari
i civitatibus multis sic constet de principe qui iuste regat et qui non
convertatur i tirannum expedit civitatibus propter virtuose vivere et propter
coercendum perversos congregari sub vno regno quia si talis princeps
tirannisare vellet quanto minorem haberet potentiam tanto magis esset
expediens civitatibus. Tertia via ad investigandum hoc idem sumitur ex
parte defensorum et timorum impetorum hostium. Videmus n quod cum
aliqua civitas impugnatur confederat se civitatibus aliis ut melius
possit resistere impugnationibus hostium. Cum ergo regnum sit quedam
confederatio plurium civitatum · eo quod vivant sub vno principe vel
rege cuius e quantum ad partem regni defendere et ordinare civilem
potentiam aliarum civitatum ad defensionem cuiuslibet civitatis regni
si contingat eam ab exteriis impugnari propter facilius defensionem
et tuitionem utile fuit ex pluribus civitatibus populos construere
sive constituere unam communitatem regni. De diversis s
modis constitucionis civitatis et regni · et quod oportet

hunc — Sextum libri in quo declaratur de hoc regimine dividitur in duas partes VI

Generacionis civitatis et regni duos modos possumus assignare quorum quilibet est aliquo modo naturalis, alter tamen est naturalior altero. Primus modus est de quo supra in hoc libro septimo mentionem diximus quia propter excrescentiam filiorum collactaneorum et nepotum domus potest crescere in vicum, vicus in civitatem, civitas vero in regnum. Alius modus est ex concordia constituentium civitatem vel regnum. Ut recitat Philosophus in Politicis, antiquitus homines inhabitabant dispersi velut tempore Alexandri contingebat tunc quasdam gentes quae vocabantur Karthades quae quilibet per se inhabitabant. Homines ergo sic dispersi inhabitantes aliquando concordabant in unum constituentes sibi civitatem aliquam in qua simul inhabitantes habere possent sufficientiam et habundantiam quae requiritur ad indigentiam vitae. Sic ergo modo posset fieri constitutio regni ut si multae civitates et castra simul confederarentur et concordarent ut sub uno rege existerent tamquam sub maiori potentia. Utrorumque autem horum modorum est naturalis, sed primus est naturalior secundo. Primus in constitutione civitatis et regni est simpliciter naturalis. Secundus non naturalis est quia constituitur ex generatione quae est opus naturae. Ideo naturalis existit quia homines naturalem habent impetum ad constituendam civitatem et regnum. Si enim propter generationem excrescentibus filiis et nepotibus in eadem domo et non valentibus simul habitare faciat sibi plures domos et constituat vicum, et ultimo excrescentibus et non valentibus habitare in uno vico faciunt sibi vicos plures et constituunt civitatem. Amplius autem ipsis excrescentibus et non valentibus habitare in una civitate fabricant sibi civitates plures et constituant regnum. Talis constitutio regni et civitatis est maxime naturalis non solum quia homines habent naturalem impetum ad talem constitutionem, sed etiam quia talis huiusmodi constitutio procedit ex generatione filiorum quae est opus naturae. Secundus autem modus constitutionis regni et civitatis ut ex concordia hominum talis constitutio licet esse licet non sit adeo naturalis ut prima, attamen naturalis est quia homines propter primum habent naturalem impetum ut concordent constituere civitatem in qua reperitur sufficientia ad vitam. Sic etiam habent naturalem impetum ut constituant principatum et regnum quia propter talem constitutionem possunt magis pacifice vivere et magis resistere hostibus volentibus impugnare ipsos. Est ergo huiusmodi impetus naturalis quia homines naturalem habent impetum ut pacifice vivant et ut faciliter resistant hostibus quod fit per societatem principatus

Ut regna videmus et civitates non existentes sub uno rege plerumque per guerras et discordias usque adeo annichilantur aut diu sub(?) generatione civitatis et regni quorum quedam dicit philosophus natura possumus addere modos tres quia quasi est semper violentus. Cum enim homines dispersi morabantur potuit quis insurgere per tirannidem et violentiam et dominari eis et ut facilius eis dominari poterat eos violenter congregare in unum et constituere inde civitatem. Sic etiam regnum per violentiam et per tirannidem constitui potest. Ut si quis dominatus aliquam civitati per tirannidem et per civilem potentiam opprimat civitatem alias et faciat se regem constitui super illas. Ergo dimissis aliis modis generationis civitatis et regni restat inde in quot partes oportet hunc tertium librum dividere. Unde quo de huiusmodi regimine tractaturi sumus patet ex dictis. Talem generationem civitatis et regni ordinari ad bene vivere et ad pacifice vivere et ad resistendum volentibus turbare pacem et impugnare cives. Ostendendum est ergo qualiter possit bene regi civitas sive regnum tempore pacis et qualiter impugnandi sunt hostes tempore belli. Unde quia ut philosophus in secundo Politicorum et circa finem Elenchorum. Nullus sibi sufficit in inveniendo artem aliquam. Sed oportet adhuc innitere per auxilium precedentium ad certam notitiam alicuius de arte illa. Ideo oportet nos sufficientem artem regiminis civitatis et regni tradere quid senserunt philosophi de huiusmodi regimine et quomodo antiqui regebantur civitates. Nam ex hoc aliqualiter manuducemur ad sciendum quid imitandum et quid vitandum sit in regimine regni et civitatis. Totus ergo hic liber tertius dividetur in tres partes. Nam primo narrabimus opiniones philosophorum circa regimen civile et reprobabimus ea in quibus visi sunt non bene sentire circa huiusmodi regimen. Tractabimus ergo regimina instituta ab antiquis philosophis ut per eorum notitiam manuducantur reges et principes qualiter regere debeant civitates et regna. Secundo ostendetur que sit optima politia sive optimum regimen et qualiter cives uti debeant et quomodo tempore pacis sit vivere sufficienter et virtuose regenda sit civitas et regnum. Tertio manifestabitur qui eligendi sunt pugnatores et qualiter impugnandi sunt hostes et quomodo ordinande sunt acies bellorum et quibus cautelis uti debeant bellantes.

Quod Socrates et Plato dixerunt civitatem ordinandam esse et quid censuerunt de civili regimine

cccccc Socrates ante tempora diu philosophatus est cum vii
natus esset videns circa naturam civitatis magnam
difficultatem esse ut narrat philosophus in methaphysica
sua convertit se ad moralia quem Plato secutus
discipulus eius multum secutus est propter quod philosophus Platonem ipsum secundum
Socratem appellat. Determinantes autem Socrates et Plato de mo-
ralibus quedam videntur tetigisse circa civitatem et regimen civile
primum est quia dixerunt civitatem maxime debere esse unam
quod forte ideo hoc opinati sunt quia omnis multitudo ab unitate
procedit et semper unitas videtur esse potior multitudine. Unde
propter quod deus ipse qui est summe unus arguitur esse summe bonus
videtur ergo civitas potissime esse bona si sit potissime una
quanto enim plus ad unitatem procedit tanto plus appropinquat
ad summum bonum. Secundum autem quod circa civitates statuunt
dicti philosophi quia dixerunt cunctis omnia esse communia ut quod haberent
unus possessiones unus uxores ut quod quilibet attenderet ad quamlibet
et propter hoc haberent unus filios. Illud quidem propter quod unus non sciret
patres non cognoscerent de propriis filiis computarent quemlibet
puerorum esse filium proprium. Videbatur enim Socrati et Platoni totam dis-
sensionem civitatis contingere ex proprietate possessionum et ex eo quod com-
mittitur dicere hoc est meum. Quare ut arguebat si posse-
ssiones essent communes et cives nil haberent proprium cessarent
lites et iurgia et esset civitas optime ordinata. Volebant
etiam uxores esse communes quia ex hoc consurgeret maxima
delectatio et dilectio inter cives. Illa uxoribus non existentibus
propriis sed omnibus essent communes filii et quia patrum ad filios
est maxima dilectio in civitate illa esset maximus amor. Eo
quod antiquiores diligerent omnes iuniores ut filios. Iuniores
eos diligerent sicut patres. Posuerunt etiam huius communitatem uxo-
rum et filiorum ut esset maxima unitas et maxima concordia
in civitate. Illa cum sit maxima unitas et maxima concordia
patrum ad filios antiquiores reputarent se habere maximam unita-
tem cum iunioribus et ipsi crederent eos filios suos. Illi vero exi-
stimarent eos esse suos patres. Tertium vero quod dicti philosophi
circa regimen civitatis senserunt est quia dixerunt mulieres
instruendas esse ad opera bellica et debere bellare sicut et viros.
Inducebantur enim ad hoc ut narrat philosophus in Politicorum ex hiis
que videbant in bestiis et in aliis animalibus in quibus non solum
bellant masculi sed et femine. Immo et in bestiis et in avibus
ex rapina ferociores esse femine videntur quam mares

Nam si consideremus aves rapaces quae vivunt ex raptu maiores
corpore et audaciores corde et pugnatores viles sunt femine quam
masculi · ut accipitres et aquile · ut dicitur · sunt omnes femine
quarum masculi sunt viliores eis · quare si in aliis aliquibus
hoc modo quod non solum bellant mares · sed et femine · quia
maxime videtur esse secundum ordinem naturalem in quo civitas cum aliis
aliqua videtur civitas maxime esse naturaliter ordinata si ad opera
bellica ordinentur non solum viri · sed etiam et mulieres Quarto
quod dixerunt instituendum esse in civitate est · quod semper vole
bant eosdem principari et esse in magistratu ut quod erant offici
ales semper officiales essent · et qui prepositi semper prepositi et
sic de magistratibus aliis assumebant etiam ad hoc exemplum
de terra videmus in partibus terre in quibus habundat vena ar
genti semper sic se habere Si autem natura sic agit quod vena
auri non convertitur in venam argenti nec in venam ferri et
econverso · quare maxime hoc operamur si imitemur actiones nature
et maxime hoc regitur civitas si imitetur ordinem naturalem vena
auri ut principatur maiori principatu nec existentibus de maio
ribus principantibus · vena argenti ut existentes in minoribus non de
bent converti in venam ferri ut quod fiant subditi et depo
nantur a magistratibus suis Quintum autem quod dicti philosophi sense
runt statuendum circa civitatem est · quod dixerunt civitatem quamlibet
dividendam esse in quinque partes videlicet in agricolas · artifices · bel
latores · consiliarios et principes · dixerunt enim agricolas necessarios
esse ad constitutionem civitatis propter ea que requiruntur ad victum Arti
fices non necessarii erant propter vestimenta et domos et alia que
requiruntur ad vitam · Bellatores quidem necessarii existebant propter
defensionem civitatis et repellendos hostes dicebant autem civitatem
si bene ordinata erat adminus debere habere mille bellatores
et ad plus quinque milia Principes vero et consiliarii
necessarii erant in civitate ad dirigendos cives ut virtuose viverent
· et ut debite observarent leges · tangebat et dicta plura
que ad statum regimen civitatis de quibus si locus occurrerat mentio
fieri poterit Quod non oportet civitatem maximam
unitatem et conformitatem habere ut Socrates
et Plato dixerunt et statuerunt.

.viii.

Maximam equalitatem et unitatem non oportet
querere in omnibus rebus Nam si omnia essent
equalia iam non essent omnia Ad hoc autem

Et sunt omnia que requiruntur ad unitatem et ad hoc quod uni-
versum secundum suum statum sit maxime perfectum oportet ibi dare diversa
secundum speciem. Nam quia tota bonitas universi non potest consignari in una
specie oportet ibi dari species diversas ut in pluribus speciebus eadem
resplendeat maior perfectio quam in una tantum. Sic et in civitate
ad hoc quod habeat esse perfectum oportet dare diversitatem aliquam
nec oportet ibi esse omnimodam conformitatem et equalitatem ut Socrates
et Plato credebant. tangit autem philosophus in 2 politicorum sex
rationes probantes quod non oportet civitatem esse maximam et maxime
conformem. Prima sumitur quantum ad esse ipsius civitatis
Secunda per comparationem ad exercitum Tertia per comparationem ad partes Quarta
per comparationem ad principalitatem et subiectionem Quinta per comparationem
ad finem Sexta per comparationem ad ea que videmus in aliis totis
Prima via patet quia maior est unitas unius singularis hominis
quam totius. et domus quam vici et vici quam civitatis. et civitatis
quam regni Constat autem domus ex pluribus personis vicus ex
pluribus domibus: civitas ex pluribus vicis. et regnum ex
pluribus civitatibus Si ergo tantum uniretur domus quod omnes per-
habitantes in ipsa sicut una persona iam non maneret do-
mus. sed fieret homo unus aliquis singularis Sic si tantum uniretur
civitas quod fieret unus vicus vel una domus non ultimus
remaneret civitas. requirit enim civitas aliquam diversitatem
ultra quam si defendatur perit esse eius. dicere ergo in civitate
vel in regno debere esse omnem unitatem est dicere civitatem
et regnum non esse regnum Secunda via ad investigandum hoc
sumitur per comparationem ad exercitum vel ad compugnationem Nam ut dicitur
in 2 politicorum alterius est compugnatio et civitas Nam quibus
sed compugnatio utilis est secundum quantitatem etiamsi sit idem secundum speciem
Est enim compugnatio auxilii gratia Sicut enim plures ho-
mines magis trahunt navem quantumcumque illi plures sint
eiusdem speciei et sint similes et conformes. sic plures ho-
mines magis bellant Civitas autem non sic sed constituta
est ad sufficientiam vite. quia ergo diversis indigemus ad vitam
oportet in civitate diversitatem esse Tertia via declarans
et manifestans viam predictam sumitur per comparationem ad partes
Nam sicut quia corpus indiget diversis operibus ut ambulatione tactu
visione et auditu. ideo oportet ibi dare diversa membra
exercentia diversos actus: sic quia ad sufficientiam vite indigemus

rationes

domibus, vestimentis et victualibus et aliis huiusmodi oportet ergo in civitate
dare diversitatem aliquam ut de ea reperiantur sufficientia ad vitam. Sicut ergo
si non esset diversitas in membris corporis ut si omnia essent oculi
totum imperfectum esset quia licet videret non posset audire nec ambulare sic
si esset maxima conformitas in civitate ut quod omnes essent textores
contrario civitas imperfecta esset quia ad sufficientiam vitae non solum
indigemus calciamentis sed etiam indigemus victualibus et domibus
et aliis quae requiruntur ad vitam. Quarta via sumitur ex comparatione
ad principantes et subiectos. Nam cum civitas sit ordo
civium ad aliquem principantem non dominantem et cum in omni
oporteat dare aliquos superiores et aliquas suppositiones quod
non esset nisi ibi aliqui essent dominantes et alii subiecti quare
ad hoc quod debite regatur oportet civitatem dare diversitatem aliquam.

finis civitatis Quinta via sumitur ex comparatione ad finem. Nam finis ci-
vitatis est bene vivere et habere sufficientiam in vita. Nam civitas
est communitas perfecta habens terminum omnis per se sufficientiae vitae. Sed ut dictum
est ad sufficientiam vitae requiruntur diversa ideo oportet civitatem
habere aliquam diversitatem in se et diversos habere actus ut ex-
pediens ad vitam quod non reperitur in uno reperiatur in a-
lio. Sexta via sumitur ex comparatione ad alia. Nam sicut
melodia quae est multitudo vocum nunquam est bene proportionata
si sint omnes voces aequales sed ad veram consonantiam
oportet ibi dare diversitatem tonorum sicut pictura nunquam est bene
ordinata nisi sit ibi diversitas colorum. Sic et civitas nunquam
bene ordinata erit nisi sit ibi diversitas officiorum. Debent
ergo reges et principes cognoscere quod nunquam quod bene vivunt
regere civitatem nisi sciverint qualiter consistit et nisi cogno-
scant quid oportet in ea diversitatem esse etc.

Quod non expedit civitati omnia sic esse communia ut
Sortes ordinavit et quod reges et principes hoc debent cognoscere.

ix SERMO in principiis debet esse longior eo quod
parvus error in principio maximus est in fine.
Ideo sunt principia pertractanda et longius sermo
nobis sunt discutienda ne ita ipsa contingat
errare. Quare cum in regimine civitatis possit esse polita ordi-
nanda diu investigandum est qualiter civitatem oportet esse unam
et quam diversitatem habere oportet et quomodo reges debent se habere advertere
et in quibus communicare debent. Sortes omnia decrevit

Hec igitur et quidem dicuntur huiusmodi secundum hec ii sunt quasi
quedam proemia et quasi quedam preambula ad sequentia
Volumus ii declarare secundo primo ostendere quod non expedit ciuitati
habere omnia communia ut Socrates ordinauit nec sequentur illa bona
que opinabatur Socrates secundum societatis ordinacionem ciuitatis. Credebat ii
si essent communes possessiones uxores et filii cessarent litigia
credebant ciues esse parentes omnes filios suos esset in ciuitate
maximus amor. Possumus ergo triplici via ostendere quod hec
non expedit ciuitati. Primo quia non cessarent litigia. Secundo
quia ciues non reputarent omnes pueros proprios filios suos.
Tercio quia inter eos non esset magnus amor. Prima via
sic patet. Nam quantumcumque possidentes essent ciues uniti tamen
propinquiorem ad unitatem esset proprius. Nam sed si non potest
esse ex omnibus ciuitatibus fiat unum corpus reale. ita esse non potest
quod in eadem cibus quod intrat corpus unius intrat
corpus alterius. Exceptis ergo possessionibus quibus oportet
ciuibus distribui que requiruntur ad supplendam indigentiam
corporalem. Et quia homo multum decipitur in proprio commodo et videtur
ei esse plus debere accipere quam accipiat. Immo quod impossibile
est omnes ciues esse equaliter potentes et bonos. Et esse equaliter
utiles ciuitati statim insurget rixa inter ciues. quia
quilibet credet se plus esse acceptum. Ita dum unus ciuis
indicauit se meliorem alio velle secundum dignitatem suam ei fieri
retributionem. Hanc autem equalitatem non de facili esset possibile
conseruari inter ciues absque dissensione et lite. quia quilibet deceptus
vel indicando de seipso apparet se plus valere quam valeat.
Communitas ergo possessionum quam ordinabat Socrates ad vi-
tandum lites potius esset causa litigii quam pacis. Redit sermo in
secundo sic. tercium habet esse vita perfectorum non habere proprium. perfectorum
autem secundum partem. lex non est imponenda omnibus ciuibus et toti populo
debet esse talis secundum quam homines communiter possint viuere. Rebur et
Pri[us] autem toto populo. ciues non esse applicandos legibus
secundum leges communes. tales ii debent esse leges et taliter debent
esse ordinate ciuitates quod competat omni populo et quod mere ciuis
non sunt ordinate Socrates quia multe gentes communiter viuentes
absque multis litigiis obseruare non possent. dato tamen communitate
posse obseruari possessionum tamen absque litigiis communitatem

Causa tertia propter quam volebat Socrates filios esse communes ne esset proprie observari absque litigiis. Ista mala patet sic. Nam si omnia essent communia non oportet cives omnes pueros reputare proprios filios, immo quilibet puerorum aequaliter esset filius cuiuslibet civium et aliquibus civibus appareret sibi esse filium qui videret esse sibi similem. Unde et Philosophus narrat in Politicorum secundo apud quasdam gentes ut de superiori Libia uxores sunt communes filios tamen cives dividunt secundum similitudinem, quibus enim apparebat sibi esse filios quos videbat ei esse similes. Nam et in aliis animalibus hoc contingit quia multe femelle reddunt filios similes patribus, quemadmodum in terra Phalarie quedam equa erat que ut Philosophus recitat quia reddebat filium similem patri propter hoc vocata est iusta. Non ergo sumpta communitate esset bonum id quod opinabatur Socrates, videlicet ut cives omnes pueros crederent esse proprios filios. Tertia via sic patet. Nam sumpta communitate uxorum non esset talis amor in civitate ut opinabatur Socrates. Nam modica coniunctio plus valet de amore si sit certa et nota quam multa si sit ignota et dubia. Licet enim maior sit coniunctio patris ad filium quam patrui ad nepotem, plus tamen patruus diliget nepotem si firmiter credet ipsum esse talem quam pater filium si rationabiliter dubitaret eum se genuisse. Nam plus esset modo de dilectione in civitate ut Philosophus innuit in II Politicorum, quod unus diligit alium tamquam filium, alius tamquam fratrem, alius tamquam nepotem, alius tamquam fratruelem. Appellat autem Philosophus fratrueles qui sunt ex duobus fratribus nati. Alius vero diligit ipsum tamquam contribulem, id est tamquam natum ex eadem tribu vel secundum aliquam aliam consanguinitatem, quam fuerit dilectio quam ponebat Socrates. Modica enim consanguinitas si sit nota et certa maiorem dilectionem generat quam filiatio si sit dubia et ignota. Communitas ergo illa quam ponebat Socrates non est expediens civitati. Decet autem hec reges et principes diligenter advertere ut sciant civitatem ordinare ut expedit communitati.

## Quot mala sequuntur si in civitate filii et uxores ponantur esse communes

Philosophus secundo Politicorum probat multa mala sequi in civitate si uxores et filii ponantur esse communes. Quae quidem non ad plus spectat enumare

Possumus quoque mala que philosophus tangit ibidem sequentia
ex tali communitate. Primum est iniuria consanguineorum. Secundum
vilificatio nobilium. Tertium iniuria filiorum. Quartum
incontinentia venereorum. Quintum abusio parentum
nominis sive patris. Nam opportet in civitate consangui-
neliter vulnerationes et contumelias que tanto detesta-
biliores sunt quanto committuntur in persona coniuncta. Expe-
dit ergo civitati propter honestatem et bonitatem mo-
rum parentes esse certos de suis filiis et quoslibet certificari
de eorum consanguinitate ne propter ignoranciam filii in proprios
parentes et consanguineos inter seipsos iniurias et contumeli-
as inferant. Quare cum communitas uxorum quam Socrates ordi-
navit propter certitudinem filiorum et noticiam consanguinea-
rum non est concedenda, quia ex hac sequitur quod aliquos defacili propter
ignoranciam iniuriari consanguineis. Secundum malum sic osten-
ditur. Nam supposita communitate uxorum et filiorum sequitur
vilificatio nobilium et exaltatio agricolarum et personarum vi-
lium. Nam si non potest uxores et filios esse communes
nisi equalis cura geratur de filiis nobilium et custodum
civitatis que geritur de filiis agricolarum et personarum
vilium. quare filii nobilium deprimerentur et vilium exalta-
rentur. Non ergo erit amicitia inter cives, quia secundum
philosophum 8° ethicorum proportionale et equale amiciciam
salvat. Si ergo boni et nobiles sunt simul viles et ig-
nobiles tunc est amicitia inter eos quando quilibet se habet secundum
proportionem suam ut quando ignobiles serviunt nobilibus et nobiles
eis intendunt mitiores secundum proportionem suam. Velle ergo filios
civium omnes esse equalem curam gerere de filiis nobilium et
ignobilium est vilificare nobiles et exaltare ignobiles
et non salvare amiciciam inter eos. Tertium malum sic decla-
ratur. Nam supposita predicta communitate sequitur iniuria
filiorum. Nam ut dicit philosophus 8° ethicorum multis esse
amicum secundum perfectam amiciciam non contingit ut contingit
multas personas simul amare valde. Nam valde ama-
re dicit quandam superhabundanciam que quidem magis
est apta nata esse ad unum quam ad multos. Unde
ethicorum 8° dicitur et multis placere valde non
est facile. quare si quilibet civis crederet quemlibet puerum
esse proprium quia preter civis amor inter tantam multitudinem

modicum diliget unusquisque de uno quam et modicum curabit de uno quam
uiro quilibet enim nisi esset fatuus nullos posset omnes pueros esse filios
suos. Si ergo omnes diliget tanquam filios hoc esset duorum vel trium puerorum
quos credet esse proprios filios et quia illi non erunt tante dilectionis sicut
opinabatur Socrates quod omnes adeo intime diliget propter illos. Sed ut
arguit philosophus in ii politicorum propter duos vel tres vel paucos pueros uelle mag
nam puerorum multitudinem diligere tanquam proprios filios. hoc est ponere parum de
melle in multa aqua. Sicut ergo parum mel totum unum flumen non posset
facere dulce. Sic amor duorum vel trium puerorum innumerabilem multitudinem
puerorum existentium in civitate una non posset reddere placabilem et dilectam
sed non existente dilectione ad pueros tamen non haberetur eorum debita cura.
Supposita civitate quam ordinavit Socrates non haberetur debita cura
nec debita diligentia erga filios. Tertium malum sequi ostendi potest
quia utique concupiscentia est ita corrupta. Tanta est insatiabilis concupiscentie ap
petitus quod non habere viro nisi unam uxorem et hic est valde diffici
le debite et temperate se habere erga illam. Sicut ergo provocata gu
la per multitudinem ciborum difficile est esse abstinentem. sic provocati
venereis per mulierum feminarum difficile est et quasi impossibile esse temperatum.
Quartum autem malum sic manifestari potest. Nam non cognitis parentibus
cognitionem de propriis filiis et filiabus. Deinde fiet abusus parentum
et consanguineorum ut quod filii cognoscerent matres et patres filias. Socrates
autem volens huiusmodi inconveniens vitare. dixit quod spectat ad principem civitatis
habere curam et diligentiam ne filii conveniant ad matres et patres cum filiabus.
Sed ut ait philosophus hoc non sufficit. quia filii et filie quotiens erat et non in
dicabantur eis proprii parentes. Dato quod prohiberetur filio actus venereus
cum matre et patri cum filia non prohibebatur eis amor libidinosus
et concupiscentia ex quo non manifestabatur eis parentela illa. quare
talibus cum vel propinque consanguinitatis non solum detestabilis est actualis
commixtio. sed et abhominabilis concupiscentia et amor libidinosus.
Reprehensibilis ergo erat opinio Socratis de communitate uxorum
et filiorum. Decet ergo reges et principes sic ordinare civitatem ut
propter certitudinem feminarum et uxorum certificentur parentes de propriis filiis

## Quomodo expediat civitati possessiones esse proprias et quomodo communes

xi Esse res communes ut ait philosophus in ii° politicorum tripliciter potest
intelligi. Nam in rebus desinentibus(?) ad nutrimentum est considerare
duo videlicet res fructiferas ut agros. vineas arbores
et fructus qui ex talibus oriuntur rebus ut vina frumenta
poma. Quare sic sit communitas triplex circa talia. Vel enim res co
munes omnes fructifere et dividentur fructus vel possessiones erunt
proprie et fructus redigentur in commune. quod antiquitus ut recitat philosophus
apud quasdam nationes fiebat vel utrumque erit commune
tam res fructifera quam fructus ut Socrates ordinavit. Volebat

cum ut superius tangebatur, quia si nichil esset proprium in civitate nec
possessiones nec fructus nec filii nec uxores, quod nulla dissensio ori-
retur. Videtur autem huiusmodi ordinatio Socratis ut per ea que sunt superius considerata
valde expediens civitati. Non enim quibusdam civitatem sic ordinatam
esse ubi est tanta communitas civium reputat esse felicem eo quod estimat
cives maxime se diligere et absque litigio vivere inter quos tanta
communitas observatur. Quod autem istud esse non possit in actibus particularibus oportet ad experientiam
recurrere. Experti enim sumus quod habentes omnia communia plura inter se litigia
habent quam si quilibet propria haberet sive possideret. Possumus autem triplici
via investigare quod si res civium communes essent plura litigia in civitate
consurgerent quam si gauderent possessionibus propriis. Prima via sumitur ex parte
possessionum communium. Secunda ex parte cognationum sive hereditatum illorum. Tertia ex
parte impunitatis civium. Prima via sic patet. Nam non accidit esse communem
agentibus non vivere ab usu et fructu illius rei communis propter aliorum impedimentum.
Consurgit lis et discordia inter eos. Videmus enim fratres uterinos propter hereditatem
quam communiter habent multa habere litigia dum vivunt hereditate illa utentes
prout alteri videtur expedire. Si ergo fratres uterini qui pauci sunt et sunt
credunt se esse tanta consanguinitate coniunctos multa habent litigia
ex hereditate habita communiter, quanto magis inter ipsos cives si omnia
essent eis communia orientur multa litigia cum ipsi multi sint et diu-
sarum voluntatum nec sit inter eos tanta coniunctio consanguinitatis sicut inter
uterinos fratres. Nam et si fieret ut Socrates dicebat quod omnes cives propter
communitatem uxorum et mulierum crederent se esse consanguinitate coniunctos,
actu inter eos secundum veritatem non esset tanta consanguinitas sicut
inter fratres uterinos. Immo illa consanguinitas que inter ipsos exi-
steret certa et nota esse non posset ut in precedenti probabatur. Si ergo
certa consanguinitas non tollit dissensiones parentum habentium hereditatem
communem, multo magis incerta huiusmodi non posset esse inter multos cives.
Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex parte cognationum in hereditate
communi. Nam quanto aliqui plura habent communia tanto magis adinvicem conversantur,
et tamen esse non possunt aliquos valde et diu conversari adinvicem nisi inter
eos litigia oriantur ex parte ipsorum cognationum vel hereditatis communis. Contingit enim
quod oporteat eos valde adinvicem conversari. Ostendit ut plurimum ipsos habere
lites et iurgia. Propter quod Philosophus ait 2° Politicorum quod ab hiis famulis
quibus plurimum indigemus propter ancillares administrationes maxime offen-
dimur et indignamur circa illos quia oportet nos ad eos habere multa
colloquia et diu conversari cum illis. Cum ergo si inter dominos et famulos
quos habent ita subiectos propter diuturnam conversationem tot litigia
oriuntur, quanto magis orientur inter cives quorum unus alteri
subesse non valet si haberent hereditatem communem et si oporteret eos val-
de adinvicem conversari. Tertia via sumitur ex parte impunitatis
civium. Nam si omnibus civibus essent hereditates communes quas valde
difficile esset et valde sumptuosum tenere multa nec

Extraneorum querere qui possent tantam terram colere expediret
civitati sic dividi ut aliqui dividerent terram colerent aliqui vero
insisterent circa custodiam civitatis quod et Socrates concede-
bat Cum ergo custodes civitatis nobiliores sint agricolis tamquam
nobiliores et meliores estimarent se plus esse accepturos de fruc-
tibus possessionum quam illi insurgeret igitur dissensio inter eos
quia agricole magis laborantes circa possessiones minus
de fructibus acciperent Consideratio ergo infinitatis hominum et diligenti
viso quod communiter populus a via perfecta deviat expedit civitati
ne inter cives oriantur dissensiones et iurgia non sic esse pos-
sessiones communes ut Socrates statuebat Via autem philosophi secundum
preceptum morem et statum hominum est expedientior civitati Nam
possessiones civium et res debent esse proprias et civium proprias quantum
quantum ad dominium communes vero per virtutem liberalitatis Diligenti
igitur inspecta humana conditione pronum communiter observatum est
legitimum et laudabilium ordinationum expedit civibus habere res et
possessiones proprias quantum ad dominium Nam quilibet dominans bonis
propriis adhibebit debitam diligentiam circa illa. expedit autem
talia esse communia secundum liberalitatem quia cives inter se debent
liberales esse communicando sibi invicem propria bona Unde et apud
Lacedemones ut recitat philosophus secundo politicorum multa erat
liberalitas quod licet quilibet haberet propria bona quantum ad dominium
tamen quantum ad usum erant illis civibus communes servi etiam
et canes Quilibet enim civium cum indigebat absque alia requisi-
tione utebatur alter alterius equis canibus et servis etc. Quod non

**reges et principes non debent sic disponere civitatem quod mulieres ordinentur ad opera bellica ut Socrates statuebat**

Ut in precedentibus dicebatur Socrates statuebat mulieres
xii instruendas esse ad opera et debellare sicut et viri
ex bestiis assumens exemplum. ex quibus etiam mares
quam femine bellant Sed quod reges et principes et volentes illi qui
est civitatem disponere non debent ordinare mulieres ad opera
bellica sed moris Triplici via venari possumus. Nam tria
que requiruntur ad bellum homines enim bellatores decet
mente cautos et prudentes corde viriles animosos cor-
pore robustos et fortes Cautela enim prudentia in
bellis necessaria Nam aliquando per cautelas adhibitas plus
superaverunt hostes ex sagacitate quam ex fortitudine pauci
enim bellatores si sint sagaces et industres superant
multos non fortitudine sed prudentia Mulieres ergo quia

Habent consilium invalidum et ab usu rerum deficiunt non sunt
ita industres et proinde sicut viri non sunt ordinande ad
opera bellica Nam in bellis magna cautela et industria
est adhibenda Quia ut Vegetius in .i.o de re militari sed alia
male acta recuperari possunt casus tamen bellorum irremediabiles
sunt. ex ipsa igitur industria que requiritur in bellantibus ar(guere)
possumus mulieres insufficientes ad opera bellica Secunda via ad
investigandum hoc idem sumitur ex virilitate et animositate que requiritur
in bello Nam ut in .iii. ethicorum scribitur et finis omnium terribilium est
mors Opera ergo bellica requirunt homines impavidos et animosos
eo quod bellantes exponant se periculo mortis. mulieres autem communiter
sunt pavide et timiles quod contingit eis tam ex fragilitate
corporis quam ex fragilitate complexionis Nam ut dicebatur
supra frigiditas viam timori preparat Frigidi enim est const-
ringere et contrahere Animosi enim et virilis est ad alia se exte-
ndere Calor ergo reddit animosum et virilem frigiditas
vero timidum et pusillanimem Quare mulieres que sunt
pavide et pusillanimes ad opera bellica destinari non debent
In bellis enim melius est pavidos expellere quam eos in
societate habere Nam cum humanum est timere mortem
viriles et animosi trepidant videntes timidos trepi-
dare Sic igitur redduntur bellantes pusillanimes quos
constat esse timidos oportet ab exercitu expelli Tertia via
sumitur ex parte fortitudinis corporalis Nam cum bellan-
tes oporteat diu sustinere armorum pondera et
dare magnos ictus. expedit eos habere fortes humeros
et renes ad sustinendum armorum gravedinem et hab-
ere fortia brachia ad faciendum percussiones fortes
Mulieres ergo que habent carnes molles et deficiunt
a fortitudine corporali ad opera bellica. ordinari non
debent Ratio autem que movit Socratem ad hoc ponen-
dum sumpta ex similitudine bestiarum insufficiens est
quia secundum philosophum secundo politicorum
bestiis nichil attinet yconomice ut probat ratio. Homi-
nis ergo est secundum debitam yconomicam et secundum debitam dis-
positionem ordinare domum et civitatem quare in
hiis in quibus bestie participant nobiscum agunt eas sequi non debent

no(ta)

XIII Qd reges et principes no debent sic dispone civitatem vt semper idem in eisdem maistratibus ponentes

DICEBAT socrates semp eosdez debe ee principes
in civitate Logba n de principatu put simul ꝑ
quodam dnio vel pro quodam ingratu sine ꝑ qda
ppositura Possunt aut tres via ondi q no sit
expediens civitati ꝑ ꝑponi eosde i eisdem magistratibus pa
via sumit ex parte regie maiestatis vel tyrannis altius
eo e res dignitates habue Secunda via sumit ex parte
ipsorum ppositorum. tercia ex parte civium Prima via sic pz
nam ut dr v ethicorum Principatus virum ondit. ph enim
qz assumen homines ad aliquam dignitez no sic manifesta
festa eorum bonitas & malicia Nam qz psona pvata no
sic ptz iniustitie ut publica & huius ptatez & qz no tot
oculi respiciunt psonam pvatam quot in publicam. vd sic
sicut aliqs sit vir donec est psona pvata nec habens
ptatez sic cognoscitur pacꝫ ad aliquam ppositurā vel ad aliquez
ingratum assumitur. quare cum deceat Regiamaiestatez et
vniuersaliter omez civium e ingratus & ppositurās distribue
cognoscere quales ꝑsistat ppositos & ingratos si principat
sit ingratus & vle quelz ppositum & virum ondit et manifestat
infestat expedit distribuere ppositae & ingratus sup
cives pg expiri quales sunt quos ꝑficit in ppositos
vel ingratos & postea cepimito assumito dz eos i dict
officiis affirmae vel ad melioa assume put ei videbitur
expedie Secunda via ad investigandum hc in sumitur ex
parte ipsorum ppositorum Nam multa mala & multas in
iusticias cōmittunt ppositi civium si sciverit se ee ppetue
tales a quibus caverent si crederent se ee ab huiusmodi offo
removendos Alia via sumitur ex pte ipsorum civium qbus
huius ppositi ppomuntur Nam sicut medici no est cōsiliari de
sanitate. sz eius e intende sanitatez tanqz finez. sic eius
cuius e civitatez ordinare non e cōsiliari de pace & de concordia
cordia civium Nam ut iii ethicorum Consilium no est de fine
. sz de hiis q sunt ad finez. Pacez .n. et concordiam civium
dz intende rector civitatis tanquam finez. sic ergo disponenda
e civitas ut cōservetur i pace et ut i seditiones no insurgant
gant. mutare aut aliquis ingratus & principatus et di
stribue eos diuersis psonis vt innuit ph ii poli vide
tur ad quietum & pacificum statum civium Nam si spectes

Alij semper sunt in inequalitatibus et potentatibus principandi alij vi-
dentes se esse despectos ad sediciones consurgunt et ciuitatem
variant. Habent autem tria continencia imperantes ordinationi so-
cratice tangit patet ii politicorum non autem cum Socrates semper faciat
eosdem principes quod est sedicionis causa apud nullam
dignitatem possidentes. Videntes enim se nullam dignitatem
possidere si contingat eos esse viles et animosos sediciones mouent

## Quod non sit ordinata ciuitas ut Socrates statuebat XIIII

QVIA recitando philosophos determinantes de poli-
cijs et de ordine ciuium non sufficienter locutos
fuisse ideo bene se habet eorum opiniones recitare
non ostentationis causa. Sed quia hic sequitur presens
methodus quam intendimus tradere de regimine ciuitatis et
regni. Dixit enim quod tria sunt philosophi et potestatis eorum
opinionibus clarius apparebit quod etiam huiusmodi regimen sit tenendum
quamuis tamen quasi patefactum sit in precedentibus non expedire ciui-
tatis possidere uxores et filias esse communes ut Socrates statue-
bat. Nec esse decens mulieres ordinari ad opera bellica. Nec
esse utile eosdem semper in eisdem inequalitatibus preficere ut Socrates
statuisse videbatur. Restat ergo exequi de diuisione et ordine
ciuitatis quam Socrates ordinauit. Dicebat enim Socrates
ut tangebatur supra ciuitatem quamlibet habere in se vel plures
consiliarios. bellatores. artifices. et agricolas. Volebat
enim bellantes esse partem ciuitatis distinctam ab alijs ciuibus.
Numerum autem bellancium statuebat dicens in qua ciuitate
decere esse ad plus quinque milia. et quinquaginta ad minus mille.
Huiusmodi autem statum quantum ad bellatores explicatur probari potest
possumus. Sed tria que de ipsis bellantibus Socrates statuebat.
Primo enim dicebat eos esse alios et distinctos ab alijs
ciuibus. Secundo statuebat magnam multitudinem bellatorum. Tertio
ponebat eos in quodam determinato numero. Prima via
sit per rationem. Nam bonum quod commune est bono priuato naturale est
enim partem se exponere pro suo toto periculo. ut brachium
statim se exponit periculo pro defensione corporis. Propter ordinem
ergo naturalem agit quilibet ciuis si non exponat se periculo
pro defensione patrie. Non ergo sic separandi sunt bellato-
res ab artificibus et ab alijs ciuibus qui tenentur omnes pro defensione

Vnde bellare non oportebat. Melius est ergo dicere in ciuitate tot esse bellatores et defensores patrie quot sunt ibi ciues valentes portare arma quam separare bellatores ab aliis ciuibus. Secunda via sic patet. Nam secundum constitutionem tantam multitudinem bellatorum in quali ciuitate ut quinque milia uel mille esset valde difficile et incongruum ciuibus ipsis. Incongruum enim et difficile esse ciuibus unius ciuitatis sustentare mille viros ex stipendiis quibus quorum nullum esset aliud officium nisi bellare cum adesset opportunitas et incongruum et quasi impossibile esset sustentare sic quinque milia. Oporteret enim ciuitatem illam habere possessiones quasi ad votum ut possit ex earum sumptibus tantam multitudinem pascere. Propter quod Philosophus in Politicis reprehendens Socratem de huiusmodi ordine ciuitatis ait quod oportet ciuitatem illam sic institutam esse in regione Babilonica uel forte propter magnum desertum et magnum spatium terrarum ex quo possit magna multitudo pasci. Difficile est enim ut sic inueniatur propter ipsos ciues et propter mulieres famulos liberos pascere tantam multitudinem bellatorum. Tertio delinquebat Socrates in ordinando ciuitatem in constituendo determinatam numerum bellatorum. Nam secundum Philosophum in Politicis volentes ponere leges uel facientes ordinationem aliquam in ciuitate ad tria debent respicere videlicet ad homines ad regionem et ad loca vicina. Si quis ergo vellet propter ciues statuere aliquos bellatores viuentes ex quibusdam fructibus ciuitatis ad tria debet aspicere videlicet ad ciues. Nam si ciues ipsi essent pusillanimes et inutiles ad bellum indigerent maiori copia bellatorum. Secundo si sic haberet. Tertium impediendum est ad regionem. Nam quanto ciuitas illa maiorem regionem et maiorem terre spatium tanto sustentare posset maiorem numerum bellatorum. Tertio impediendum esset ad loca vicina utrum videlicet ciuitas illa haberet circa se vicinos amicos uel inimicos pusillanimes uel inutiles. Nam variatis conditionibus vicinorum oportet aliter et aliter determinare de numero bellatorum quare tot artes et scientia non possent esse circa particularia secundum quod volentes tradere artem de regimine ciuitatum non potest determinatum numerum statuere bellatorum. Sed talia aliqua sunt iudicio prudentum rectorum qui considerauerint conditiones ciuium modos regionis et circumstantias vicinorum etc. Iesus

Quod perfectio Socratis circa regimen civitatis tradi possit ad bonum intellectum. XV

Narratur autem supra quod Socrates et disci-
pulus eius Plato dixerunt civitatem sic esse re-
gendam et gubernandam ut civibus communes essent
uxores filii et possessiones quod sic intellectum
ut verba sonant stare non potest ut est per plura manifestum.
Tum quia multa fuit consuetudo platonicorum methaforice loqui per quem
modum loquendi forte ipse Socrates habebat cum Plato eius
discipulus fuisset. Si volumus non ut verba sonant dicta intelligere
Socratis salvare potius positionem eius omnia dicuntur esse civibus
communia secundum rei veritatem non est possibile nec utile sed secundum amorem
et dilectionem debet ibi salvari communitas. Sicut enim quilibet civis
debet diligere alios cives sicut seipsum, sic debent diligere
uxores filios et possessiones aliorum sicut et proprias. Hoc
ergo quod civibus communia debent esse communia ut quilibet inten-
dat bonum commune et bonum omnium et sit sollicitus cum ad quamlibet
facultatem de rebus aliorum acsi essent suae. In uxoribus
autem et filiis debet servari communitas quantum ad amorem
sed in possessionibus debet conservari communitas non solum quantum ad
amorem ut quod omnes cives communiter diligant bonum unius-
cuiusque civis, sed etiam quantum ad communicationem et quantum ad
liberalitatem quia quilibet civis debet aliis civibus ut dictat ratio
bona sua communicare. Salvavimus igitur dictum Socratis quantum
ad communitatem civium. Sic etiam salvare possumus dictum eius
quantum ad unitatem civitatis. Nam cum dixit civitatem
debere esse maxime unam forte non intellexit de uni-
tate habitationis ut quod omnes cives habitare debent in
una domo ita quod in civitate non essent plures do-
mus nec plures vici nec de unitate artificum ut quod
in civitate non debent esse diversae artes nec diversi arti-
fices, nec de unitate corporum quae requiruntur ad sufficientiam vitae ut
quod essent in civitate plura et diversa prout requirit indigentia
vitae sed forte huiusmodi unitatem ad amorem et dilectionem referre
volebat ut quod tunc esset civitas optima quando cives se
amando et diligendo maxime sunt uniti. Si ergo exposita
mente eius verum est quod ipse existimabat quod in civitate
esset maxima pax et non orirentur ibi litigia. Nam propter
amoris effectum esse inducebat pax et concordia quod non Socrates
addebat de mulieribus quod ordinatae essent ad opera

Bellatores salvare possunt non ut quando est simul sed in casu. Possunt enim contingere quod etiam mulieres bellare oporteret ut historice in certa parte Italie hoc contingit quod viris deficientibus et civitatibus et civibus in extremo super civitatem aliquam dum vel illi qui extra existerent invasa est corpore civitas ab hostibus propter quod oportuit mulieres propter penuriam virorum defendere civitatem. Tertium autem ultimum addebat tertium quod corpus omnium in ingressibus presentie ut semper debent esse idem propositi et bellum forte sic est intelligi ut semper participent idem in omnibus eisdem virtutibus. Tertio autem civitatem dividebat in artifices agricolas et bellatores volens civitatem ad minus mille continere bellatores forte per bellatores intelligebat nobiles quorum non est manibus operari. Tota enim communitas quedam manibus operantur ut colentes terram et artifices quedam non sunt ut nobiles hii vero potissime debent defendere patriam et eorum maxime est vacare circa armorum industriam. Volebat ergo Socrates politiam aliquam non debere nominari civitatem nisi saltem contineret mille nobiles quos per quandam excellentiam vocabant bellatores.

## Quomodo philosophus Phelleas statuit civitatem ordinandam esse

XVI. Preter Socratem et Platonem quidam alius nomine Phelleas ut narrat philosophus politicorum 2o intromisit se de ordine civitatis statuendo quomodo possit optime policia ordinari. Dicebat autem quod inter cetera ad que debet intendere legislator policie est ut quod cives habeant possessiones equatas. Volebat enim tunc esse civitatem optime ordinandam si nullus civium haberet plures redditus nec maiores possessiones quam alter quod ut dicebat a principio quando civitas construitur faciliter fieri poterat. Tamen visum fuit ei civium et computata multitudine temporis de facili veterum civitatis possit dividere equaliter possessiones illas inter cives. Sed tunc iam constituta et civibus iam habentibus possessiones inequales difficilius erat hoc ad equalitatem reducere. Statuit ergo Phelleas civitatis veterem hoc modo reducere hanc inequalitatem ad equalitatem mediantibus dotibus statuendo quod pauperes contrahentes cum divitibus et in contrahendo acciperent dotes et non redderent. Pauperes ergo accipiendo magnas dotes a divitibus poterunt equare se eis possessionibus. Ponit autem Phelleas tamen

Via moni ad hoc statuend. Primo quod moveri potuit ut cessarent litigia. Secundo ut removerentur iniurie et contumelie. Tertio ex hiis que videbat in policiis aliis. Prima via sic patet. Nam cives valde litigant pro possessionibus. Sunt enim valde cupidi ad habendum redditus et possessiones. Unde et propter hoc multa litigia oriuntur. Sed nunc si cives haberent possessiones equales et scirent se non posse excedere suos concives in possessionibus frustra propter hoc insurgerent lites et placita. Nam dato quod alter litigancium causam optineret non multum ex hoc gaudere posset quia oporteret ipsum per datorum dotium equari in possessionibus aliis civibus. Sic etiam perdens placitum non multum amitteret quia accipiendo dotes equaretur aliis in divitiis. Videntur ergo omnia cessare placita si cives haberent possessiones equatas. Secunda via sumitur ut tollantur de civitate iniurie et contumelie. Nam ex eo quod cives sibi libenter possessiones comparant dicentes hic est meum non solum insurgunt lites et placita sed etiam iniurie et contumelie. Nam pro adquirendis possessionibus inferunt sibi cives iniurias et contumelias in personis propriis. Fiunt autem in civitate furta rapine et homicidia propter cupiditatem possidendi divitias. Sed nunc si cives non possent se excedere in possessionibus et haberent equales divitias ut videtur omnia cessarent hec. Tertia via sumitur ex hiis que videbat in civitatibus aliis. Nam in multis policiis bene ordinatis magna cura fuit legislatoribus de possessionibus civium. Ideo Phelleas forte motus ex hiis que videbat in aliis policiis statuit potissime curandum esse de possessionibus civium volens eos equatas possessiones habere

Quod non oportet possessiones esse equatas ut Phelleas statuebat — XVIII

Si consideretur dicta philosophi in ii° Politicorum circa istud ad presens spectat possumus triplici via venari quod non oportet possessiones equatas esse ut Phelleas statuebat. Prima via sumitur ex parte procreacionis filiorum. Secunda ex parte iniuriarum que possent in civitate insurgere. Tertia ex parte virtutum quas debent cives habere. Prima via sic patet. Nam ad rectum regimen civitatis non potest imponi lex ut cives habeant possessiones equales nisi statuatur quod habeant equales filios. Frustra enim ponitur lex que conservari non potest. Nam secundum philosophum iiii° Politicorum non solum decet esse ita quod leges instituantur sed etiam quod legibus obediatur et quod leges observentur. Sed nunc si singuli cives possessiones haberent equales et unus haberet plures filios quam alius succedentibus filiis in hereditate paternam

salua non erit lex phelleci phalcedonii quia non habebunt possessiones
equales. Cum ergo quanto aliquid in plures partes diuiditur tanto minus
proprie unumquodque dicitur. quare esse non potest, cum sint ciues habeant
possessiones equales si tot filii procedant ab uno ciue quot ab alio
si aliqua connubia sint omnia sterilia. aliqua non sunt fecundiora quam
alia et non est possibile in ciuitate statuere omnes ciues habere equalem
numerum filiorum. propter quod ex parte procreationis filiorum manifeste ostenditur
predictam legem non congruam esse eo quod continue obseruari non potest.
Secunda via sumitur ex parte iniuriarum que possunt in ciuitate con
surgere quas legislator summo studio cauere debet. Oportet enim ad
principem omnem curam habere ne ciues sint insolentes et ne aliis
iniurias inferant. Si autem in ciuitate statuitur pauperes copulari diuitibus
in possessionibus accipiendo magnas dotes ab eis et non dando
dotes illis contingit multotiens diuites fieri pauperes et econuerso.
Item si diuites aliqui plures habeant filios quam pauperes diuidetur possessio
diuitum in plures partes quam pauperum et filii diuitum pauperiores
erunt quam filii pauperum. Ex hoc autem contingeret inuidie et iniuria in
ciuitate. Nam quod pauperes cum ditantur nesciunt fortunas ferre ut plane
ostendit philosophus 2o Rethoricorum. Immutabantur ergo aliis filii enim pauperum
insolent eo quod uideantur plus aliis in diuitiis abundare iniustifica
bunt in eos et fiant inuidie in ciuitate. Rursus huiusmodi inuidie et
contumelie orientur inter ciues non solum ex parte filiorum pauperum
sed etiam ex parte filiorum diuitum. Nam ut dicitur in Politicorum 4o oportet
esse ad pacem ciuitatis filios diuitum non esse insolentes. quare
cum filii diuitum ut plurimum sint magnanimi et magis cordis
si uideant se esse despectos et pauperes exaltatos non ualentes
se continere fient insolentes et turbabunt alios. Tertia via
ad inuestigandum hoc idem phellee legem non esse decentem
de equatione possessionum sumitur ex parte uirtutum quas decet
habere ciues. Decet enim ipsos esse liberales et temperatos. non ergo
bene dictum est dicere quod ad bonum regimen ciuitatis sufficit ciues
possessiones habere equatas nisi aliquid determinetur de quantitate
possessionum illarum. Possent enim ciues adeo modicas possessiones
habere quod oporteret eos ita parce uiuere quod opera liberalitatis exercere
non ualerent. Rursus contingit possessiones equatas posse ita abun
dare in eis et adeo in delitiis uiuere quod non contingerent eos temperatos esse.
Quod statuebat principalis legislatoris debet esse circa con
cupiscentiarum reprehensionem et non circa equalitatem pos
sessionum ut phelleas statuebat

xviii Reges et principes et uniuersaliter omnes quorum est leges ferre
debet aliquas leges statuere circa possessiones ciuium sicut fa
et Solon qui circa ferendas leges dicebatur peritus

Et doctus multa statuit circa possessiones civium. Dicit et apud
Locrenses ut recitat philosophus 2o poli. lex erat quod ad hoc ut antique
sortes servarentur ille nulli licebat possessiones vendere nisi sufficienter
ostendere posset ei aliquod magnum infortunium accidisse. Sunt ergo multa deter-
minanda in legibus circa possessiones. sed non expedit hoc lege statuere circa
ipsas ut cives possessiones equatas habeant nec intentio legislatoris
principalis esse debet circa possessiones. sed principalius debet ad reprimendum intendere repre-
hensibilem concupiscentiarum. eo quod radix maliciarum non sunt possessiones
exteriores sed concupiscentie. Radix enim omnium malorum est cupiditas. sed quo-
modolibet magis curari debet in radice et in causa quam alibi magis
debent intendere rectores civium circa reprimendas concupiscentias quam
circa alia ut plane probat philosophus ijo poli. sed de hoc nimis diffusius
diximus. Meminimus enim nos edidisse quendam tractatum de differentia ethice
rethorice et politice ubi dicta sufficienter condicere videantur hiis que
nunc diximus. sed iam controversia ista tollatur. ad plenius autem scire suffi-
ciat principaliter intentionem legislatoris non debere esse circa possessiones ex-
teriores mensurandas. quod triplici via venari possumus. Prima via sumitur
ex parte honorum quos homines appetunt. Secunda ex parte delectationum
quas insequuntur. Tercia ex parte tristiciarum quas fugiunt. Prima sic
patet. Credebat enim Phaleas omnia iurgia civium insurgere propter pos-
sessiones et dominium exteriorum rerum. sed sic opinando fallebatur. quia et si
pauperes homines eo quod minus egeant exteriori substantia ut plurimum
litigant propter exteriorem substantiam. propter tamen homines liberales et quasi magis li-
beri et indignantur. Si enim possent consequi honores dictum et condignum contra
se civium quendam sunt personae honorabiles quedam quasi contra pauperes
spectat ad legislatorem non solum statuere ut possessiones debite ordinentur
sed etiam ut honores debite et iuste distribuantur. et tanto principalius debet hoc
intendere ut circa honores quanto litigia inter personas honorabiles sunt
magis detestanda quam inter personas alias. Secunda via ad investigandum
hoc idem sumitur ex parte delectationum quas homines ut plurimum
consequuntur. Non enim solum homines iniusticias et iniurias inferunt
propter res exteriores per avariciam. sed etiam iniuriantur in filias et uxores
civium propter delectationes et intemperanciam. Decet ergo reges et principes non
omnes leges ferre circa possessiones mensurandas ut quilibet quod suum
est possideat. sed multa ordinare debent circa possessiones reprimendas ne
cives sint intemperati et iniurientur in uxores et filias aliorum. Immo
tanto magis solicitari debent circa hoc quam circa illud. quanto uxores
et filie sunt quid magis coniunctum quam exteriores substantie. Tercia via sumitur
ex parte tristiciarum quas homines propter nimis fugiunt. Volunt enim
homines gaudere delectationibus absque tristiciis ideo iniuriantur aliis
non propter supplendam indigenciam nec propter tollendam famem aut

cupiditas

repellendam frigus. Si quis estimat eos posse eorum delectationes impedire vel quia estimat eos posse concupiscentias iniustas ... non sunt propter has possessiones sumptas de legibus ut statuebat phaleas. Si etiam predicta ut patet satis sufficienter est expressum etc.

XIX

## Qualiter fuit ypodomia. et quid ypodomus phylosophus statuit circa regimen civitatis

Preter Socratem et phaleam fuit quidam alius nomine ypodomus qui intromisit se de regimine civitatis statuens multa pertinentia ad regimen civium. Videntur autem que ad sex reduci que statuebat circa huiusmodi regimen. Primo enim statuit quedam pertinentia ad multitudinem et distinctionem civium. Secundo determinat de distinctione possessionum. Tertio de distinctione iudiciorum. Quarto de distinctione iudicantium. Quinto de modo iudicandi. Sexto et ultimo statuit quasdam leges tangentes diversa genera personarum. Ypodomus enim statuens suam policiam primo intromisit se de multitudine et distinctione civium dicens optimam quantitatem civium esse circa decem milia virorum. Hanc autem quantitatem civium distinxit in tres partes videlicet in bellatores agricolas et artifices. Volebat enim bellatores debere habere arma et non terram. agricolas non terram sed non arma. artifices vero nec arma nec terram attemptare. Videbatur enim hoc quantum ad plures spectat tribus indigere videlicet victu potu et cibo. propter talem naturalem communitatem radicale hominum. Secundo indiget homo domo et vestitu et aliis artificiis propter inopiam aliam. Tertio indiget defensione propter hostes extrinsecos et propter seditiones et litigia que possunt in civitate contingere. Ideo dicebat enim tria designari hec tria genera virorum: quia quantum ad victum sufficiunt agricole ut intelligamus per agricolas omnes colentes terram et vineas et omnes divites pastores aliorum. Sed quantum ad domos et vestimenta et alia artificia sufficiunt artifices. Quantum vero ad defensorem destinantur bellatores. Sic ergo determinavit de multitudine et distinctione civium. Secundo intromisit se et determinat de distinctione possessionum. Dividebat enim totam regionem vel totum territorium civitatis in tres partes videlicet partem sacram communem et propriam. quod sacram attribuebat cultui. Communem bellatoribus. propriam agricolis. Dicebat autem tunc territorium civitatis optime divisum esse si pars tribuatur ministrantibus in templo diviné quam appellabat sacram. Pars vero bellatoribus quam appellabat communem. eo quod bellatores sunt bonorum et defensores pacis vacare debebant. Pars vero esset propria propter agricolas artificibus quibus nullam partem territorii tribuebat. eo quod ex arte sufficere possent. nec etiam bellatoribus tribuebat territorium quia de quo bellatores sunt de communi vivendo. Tertio intromisit se de distinctione iudiciorum. Dicebat autem omnia iudicia debere esse de tribus. Sed quia de tribus litigant cives videlicet de nocumento iniuria morte. Secundo vel iniustificati sunt in aliquo vel in iustificati in aliquo res nocendo dampnando vel dampnificando ipsum vel propriis et hoc dupliciter vel de honorando eum faciendo ei obprobria vel vituperia vel offendendo ipsum faciendo ei percussiones et vulnera vel iniustificatio ac quantum ad res appellabat

nocumentum, sed iniustificationem. Quantum ad contumeliam propter quam vocabat iniuriam contemptorum quando ipsi propter... Quantum ad percussiones et vulnera nominabat mortem, quia tendunt ad mortem ordinantur, eo quod omnis passio magis facta abiciat a substantia. Quarto instituit se de distinctione iudicantium. Dicebat enim debere esse duo genera iudicantium et duo praetoria: unum ordinarium in quo discuterentur causae, et aliud principale ad quod reducerentur appellationes. Volebat quidem principale praetorium, ut narrat Philosophus 2 Politicorum, debere ex senibus electis, ut si causae male iudicatae fuerint in praetorio ordinario, senes illi electi et boni testimonii rectificarent eas. Quinto instituit se de modo iudicandi. Volebat enim in utrisque praetoriis tam principali quam ordinario iudicia fieri sine collatione iudicum inter se. Dicebat autem quod audita causa quilibet iudex per se cogitaret et propria in pugillaribus scriptam adduceret sententiam suam, ut si reus iudicaretur simpliciter condemnandus, esset iudex simpliciter condemnatorem scriberet; si vero simpliciter absolvendus, pugillarem portaret vacuum; sed si in aliquo condemnandus et in aliquo absolvendus, per scripturam determinaret illud. Patet autem 2 Politicorum, ubi positionem dicti philosophi narrat assignans causam. Hippodamus autem statuit: credebat quidem, si iuramento essent astricti ut dicerent quod sentirent, forte denegarent timendo coram aliis dicere quod sentirent. Ideo ordinavit quod quilibet privatim suam sententiam conscriberet. Sexto statuit ut exponemus etc.

Sexto statuit quasdam leges tangentes diversa genera personarum. Statuit autem quatuor huiusmodi leges: quarum prima tangebat sapientes, secunda bellatores, tertia totum populum, quarta principem. Quantum ad sapientes statuit quod quicumque inveniret aliquid quod esset expediens civitati, quod attribueretur ei debitus honor. Quantum vero ad bellatores ordinavit quod filii eorum qui morerentur in bello facto pro defensione patriae et pro bono communi acciperent cibum de aerario publico. Tertio quantum ad totum populum statuit ut totus populus, videlicet tam bellatores quam artifices et agricolae, conveniret ad electionem principum. Nolebat enim, ut patet ex dictis suis, principatum debere esse per hereditatem sed per electionem, quam electionem toti populo committebat. Quarto quantum ad principem electum statuit ut princeps principaliter curam haberet de tribus, videlicet de communibus, de peregrinis et orphanis. Appellabat enim orphanos vel omnes personas impotentes non valentes per se ipsas sua iura consequi. Spectat enim ad regem et principem, qui debet esse custos iustitiae, de communibus et etiam de peregrinis et personis impotentibus specialem curam gerere, eo quod talibus alii de facili iniuriantur et non possunt defendere sua iura.

Quae et quot sunt reprehensibilia in his quae statuit Hippodamus circa gubernationem civium 2r

R. R.

Multa bona conscripsimus ex opinionibus antiquorum
philosophorum. Cum ipsi in suis dictis multa bene
et vera dixerint: dato tamen quod nihil vel diminute
recitande tamen erunt opiniones eorum et si similia
philosophi sepe invenire debemus gratias reddere eis qui a veritate
declinant et discordant ab opinionibus veris. Extiterunt enim
talia aliquando multa mala quidem, eorum dicta multotiens
utilitatis extiterunt ut recte indicat. Ypodomi ergo opinionem
recitavimus quia in sua policia multas bonas similiter
promulgavit aliqua tamen incongrua constituit. Possumus tamen
quantum ad presens spectat secundum dicta philosophi ij politicorum
interpretari Ypodomum quantum ad tria. Primo quantum ad modum
possibilitatem statutorum. Secundo quantum ad modum quem statuit
de iudicando. Tertio quantum ad leges quas statuit tangentes
diversa genera personarum. Primo ut patet dictum deficiebat
statuendo principem. Nam statutum de distinctione civium
stare non poterat cum statuto de electione principis. Volebat enim
civitatem si ipsam distingui debeat in tres partes, videlicet
in bellatores artifices et agricolas et soli bellatores habebant
habebant arma ut possent proditores et iniuria facta
de civitate removere et patriam ab hostibus defendere oportebat
oportebat bellatores habere maiorem potentiam quam agricole
et artifices simul sumpti et quia semper potentiores
dominantur et homines liberi consistunt tunc possunt hoc
posito artifices et agricole non haberent partem in policia
et bellatores non mitterent eos participare in electione
principis. Statuere ergo populus totus quod eligat principem
stare non potest cum statuto de bellatoribus ut quod ipsi sunt
potentiores aliis et sunt soli habentes arma. Sic ergo deficiebat
Ypodomus quantum ad modum quem statuit de iudicando. Volebat enim
iudices non debere conferre in pretorio de sententia
defendenda tamen ut aut plures non denegabant quin
privatim conferre possent. Hoc autem dupliciter probari
potest. Primo quia ex isto modo iudicandi sequitur maior
perversio et maior dilatatio iudicii. Nam tunc plures
iudices si possent sibi loqui in privato quam si loquerentur
publice in pretorio et si iuraverint dicere quod sentiunt
citius denegabunt hoc modo quam aliter. Unde
patet immitti etiam in abscondito bonum policie equo statum

 

Nam ordinauit ypodomus ubi ordinatur posse loqui
sibi inuicem publice non tamen posse adiungere aliud. Sim-
pliciter (?) autem defecit dictus modo quia dum agimus
iudicibus oportet collationem habere ad inuicem · ut si iudices dis-
cordarent opporteret collationem habere ad inuicem quorum sententia tenen-
da esset. Tertio deficiebat dictus philosophus quantum ad leges
quas statuit tangentes diuersa genera personarum et specialiter quantum
ad legem quam statuit erga sapientes. Vult enim si quicumque
sapiens inueniret aliquid expediens ciuitati deberet ex hoc
debitum honorem accipere conarentur sapientes ad inueni-
endum nouas leges et ad ostendendum nouas leges inuen-
tas esse proficuas ciuitati · quare continue mutarentur
leges quod est valde in ciuitate periculosum quia leges ma-
gnam efficaciam habent ex diuturnitate temporis · quare si assi-
due innouarentur leges tolleretur vita et efficacia ipsarum.
Statuit ergo ypodomus de eo qui inuenit aliquid expe-
diens ciuitati · ut autem post superficialem inspectionem apparet
bonum est periculosum. In hiis autem deficit ypodomus
· utrum autem deficiat in aliis ut utrum principatus debeat
iri per electionem vel per hereditatem vel utrum leges sint in-
nouande · dato quod aliquid defectum contineat · et ad alia
que circa istam materiam sunt quedam infra diffusius
tractabuntur. Ad presens tamen sufficiat hec tetigisse de
opinionibus philosophorum et in hoc terminetur prima pars tercii libri
in quo agitur de regimine ciuitatis et regni etc.

Explicit prima libri tercii. Sequitur capitula
secunde partis libri tercii Egidii de regi-
mine principum

Primum Quomodo regende sunt ciuitates tempore
pacis quae et quot consideranda sunt.

Secundum Quot sunt species principatus et regiminis
patrum et quae ipsorum sunt boni et quae mali.

Tertium Quod melius est ciuitatem et regnum uno regi
quam pluribus et quod regimen optimus principatus.

Quartum Quibus rationibus ostendi potest quod apparet
melius esse ciuitatem aut prouinciam
regi pluribus quam uno et quomodo solui
possunt rationes ille.

iiii Q(uod) melius e(st) Regimen regni et principatus rex p(er) hereditatem et succes sionem filiorum q(uam) per electionem
vi Que sunt quibus Rex a bonis debet esse dexte(r) et quo rex differt ab aliis
vii Quod tirannides e(st) pessimus principatus et q(uod) summe debent reges et principes cavere ne eorum dominium in tirannidem gira(tur)
viii Quod e(st) officium regis in tirannidem et qualiter rex se habere debeat in regimine civitatis et regni iesus cristus
ix Quot sunt illa que dicuntur opera veris rex que simulant se facere tirannus
x Que et quot sunt cautele quibus tirannus intendit se in suo dominio p(er)servare
xi Quot sunt illa ad que intendunt tiranni Le tirannice et q(uod) reges cavere debent ne efficiantur tiranni quia opera regia sunt optima tirannica vero pessima
xii Quod detestabile e(st) regiam maiestatem decli nare ad tirannidem quia quicquid corrupcionis e(st) in aliis perversis principatibus totum in tirannidem congregatur
xiii Quod summe expedit regibus gubernare populum et cavere ne tirannisent quia multas de causis contingit subditos insi diari tirannis Ave maria
xiiii Quod maxime rex cavere debet ne efficiatur tirannus eo quod pluribus corrumpitur tirannides q(uam) regum principatus
xv Que sunt que salvant dominium in quo et q(uod) oportet regem facere ut se in suo principatu p(er)severet stare p(er)sistet

xvi Que sunt consilia et circa que consilia oportet adhibere
xvii Quid est consilium et quare sunt consilia facienda
xviii Quales consiliarios deceat assumere regiam maiestatem
xix Quot oportet statuere consiliarios et circa quot consilia sunt adhibenda ihus xpus
xx Quod quantum possibile est sunt singula legibus determinanda et quam pauciora sunt arbitrio iudicum esse committenda
xxi Qualiter est in iudicio procedendum et quod sermones passionales sunt coram iudice prohibendi
xxii Que et quot oporteat habere iudicem ut contingat eos debite iudicare et quod crudeles
xxiii Que et quot oporteat considerare iudices ut indulgeant humanitati et ut sint clementes po
xxiv Quomodo divisa sunt genera legum et quomodo divisiones sunt modo iuste et quomodo ius naturale et positivum et cetera talia reducuntur et gratie que
xxv Quomodo ius gentium in ius aliud a iure naturali habet esse distinctum
xxvi Qualis debeat esse lex humana et quod condere tales leges sunt utile regno et civitati
xxvii Quod non solum est leges ferre et quod ut leges vim obligandi habeant oportet eas promulgari
xxviii Quot et que opera debent continere leges que a regibus et principibus condende sunt
xxix Quia melius regitur civitas et regnum utrum melius regatur optimo rege aut optima lege
xxx Quod preter legem humanam et naturalem oportuit dare legem evangelicam et divinam
xxxi Quod quantum possibile est assuescere innovare et mutare leges quod melius, cernere in regno et civitate
xxxii Quid est civitas et quid est regnum et qualem oportet esse



xxxiii Quod tunc optima civitas et optimum regnum et optimus populus quando est ex multis personis mediis constitutum xviii vel xx

xxxiiii Quod expedit populo cum magna reverentia regibus obedire et cum summa diligentia leges regias observare

xxxv Qualiter se debent cives et ultra habitatores regni ne reges provocentur ad iracundiam per illos continetur

xxxvi Quod reges et principes debent se habere ut amentur a populo et quod ut timeantur et quod utrumque sit necessarium amari tamen plus appetere quam

Incipit secunda pars libri tertii in qua agitur de regimine civitatis et regni tempore pacis et de bono regimine tempore belli

Quod regende civitates tempore pacis quae et quot sint consideranda in tali regimine

Cap. I.

POSTQUAM AUTEM FAVENTE deo complevimus primam partem huius tertii libri premittendo quendam preambulum ad propositum et tractando opiniones diversorum philosophorum instituentium politias et tradentium artem de regimine regni et civitatis. Restat autem nunc exequi de aliis duabus partibus videlicet de regimine civitatis et regni tempore pacis et de huiusmodi regimine tempore belli. Ostendendum ergo est quod sicut tempore belli defendenda est civitas per arma sic tempore pacis gubernanda est per leges iustas et per consuetudines approbatas que vim legum obtinent. Videntur ergo sicut sit se habere arma ad tempus belli sic et leges ad

Tempore pacis. Viso quomodo tempore pacis gubernanda
est civitas et regimen per leges iustas et consuetudines ap-
probatas, de levi patere potest que et quot consideranda sunt in tali
regimine. Videtur autem philosophus tercio politicorum tangere quatuor que
consideranda sunt in tali regimine civitatis. Hec autem sunt
principes, consilium, pretorium et populus. Possumus autem
ex ipsis legibus quibus regenda est civitas tempore pacis duplici
via investigare quod de predictis quatuor considerandum est in
regimine quo regenda est civitas tempore pacis. Prima
via sumitur ex hiis que requiruntur ad leges. Secunda ex fine quem
intendit in ipsa lege. Prima via sic patet. Nam ex hoc
quod per leges recta gubernacio habeatur quantum ad presens spectat
quatuor requiruntur. Primo ut leges per sapientiam sint
bene invente. Secundo ut per civilem potenciam sint bene
custodite. Tercio ut per leges inventas et custoditas
acta civium sint recte iudicata. Quarto et ultimo ut propter
pacificum statum populi que tenentur in legibus sint bene observata.
Bene autem custodire leges per potenciam civilem spectat ad
principem. Unde et philosophus quinto ethicorum ait quod principes
debent esse custodes iusti, id est iustitiarum legum et statutorum. Nam
ipsa statuta legalia leges quedam dici possunt. Be-
ne quidem invenire leges per sapientiam spectat ad con-
silium. Decet enim principes adeo sapientes consiliarios
habere ut debite invenire possint quod populus observare debet.
Unde enim iudicare secundum leges inventas per consiliarios et
custoditas per principem spectat ad pretorium sive ad
iudices. Ipsi enim sunt qui secundum leges acta civium iudi-
care debent. Sed observare leges spectat ad omnes cives
sive ad totum populum. Quare sic concluditur quod requiruntur ad
hoc quod tempore pacis per leges bene gubernetur civitas. Oportet
in huiusmodi regimine de predictis quatuor considerare.
Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex fine qui
in legibus intenditur. Nam enim intendit legislator ut per leges
consequamur laudabilia, fugiamus vituperabilia. De conferenti
autem et nocivo est consilium, de iusto enim et iniusto est pre-
torium, sed de laudabili et vituperabili est concionatio sive con-
cionatio. Concionatio que potest respicere totum populum. Populus
enim ad bene agendum maxime per leges inducendus est,
eo quod in ipsis legibus laudabilia precipiuntur et prohibentur

Quoniam volentes ergo determinare quomodo regenda sit civitas tempore pacis oportet nos considerare qualis debeat esse princeps cuius est leges ferre et custodire. Et etiam quales debeant esse consiliarii quorum est cognoscere quae sunt conferentia et quae nociva. Et quales debeant esse iudices quorum est iudicare quid iustum et quid iniustum. Et qualis debeat esse populus quem inducere decet ut sequatur proficuum et laudabile et fugiat inutile et turpe. De his omnibus huius quatuor videlicet de principatu consilio praetorio et populo breviter ut ad philosophum spectat dicemus in hac secunda parte huius tertii libri. Primo ergo dicemus de huius principatu.

Quot sunt species principatuum et qui illorum sunt boni et qui mali

c. ii

Tercio politicorum distinguit philosophus sex genera principatuum quorum tres sunt boni et tres mali. Nam regnum aristocratia et policia seu politia sunt principatus boni. Tirannides oligarchia et democratia sunt mali. Dicit enim ibidem differre bonum principatum a malo. Nam si in aliquo dominio et principatu intenditur bonum commune et omnium, tunc ille status dicitur esse equalis et rectus. Si autem intenditur ibi bonum alicuius et ad eius proprium, est corruptus et perversus. Hoc enim modo secundum viam philosophi accipere possumus sufficientiam principatuum tam perversorum quam rectorum. Nam in civitate vel in aliqua gente dominatur unus vel pauci vel multi. Si unus et ille intendit bonum commune et subditorum, tunc dicitur monarchia sive regnum regis. Hic enim intendit bonum commune. Si vero similem potentiam obtinens ad omnia ordinat in bonum proprium et privatum, non est rex sed tirannus. Duo ergo principatus consurgunt ex dominio unius: rectus ut cum propter bonum commune dominatur rex, et alius perversus ut cum propter bonum privatum principatur tirannus. Contingit tamen aliquando civitatem aliquam non regi uno aliquo dominante sed regi aliquibus paucis. Videmus enim pluries in civitate romana rege deficiente per senatum tempore illo in tantum antequam alii senatores eligerentur regebatur tota Roma per quosdam paucos viros. Eligebantur enim duodecim viri approbati et boni testimonii quos vocabant duodecim bonos homines et horum gubernatione tota civitas regebatur et crimina et maleficia facta distinguebantur. Ex dicto ergo principatum dicebatur autem de

Aliquo malefico fuisse factum tpe senatorum de aliquo vo
tempe bonorum hominum . Si igo regatur civitas no p vnico
solo . S per quosdam paucos tunc illi pauci vel sunt
vtuosi et boni et intendunt qune bonum et tunc tal principatus
dr aristocratia qd idem e qd principatus bonorum et virtuo
sorum . vnde aut venit q maiores in ppo qui debent po
pulum rege vocati sunt optimates q optio ee dent
q ab⁹ pesse dedeant . S si illi pauci no sunt vtuosi
nec intendunt qune bonum S sunt diuites et opprimentes
alios intendunt lucrum propium huiusmodi principatus dicitur
obligarchia quod idem e q principatus diuitum . continget
.n. dux principatus ex dominio paucorum vnius recti ut cum
dominantur aliqui q sunt virtuosi et intendentes bonum qune
. et alius puersus vt cum dominantur aliqui no q sunt boni
S q sunt diuites et alios opprimentes Tercio pnt distin
gui principatus ex eo q in civitate dominantur multi . contingit
.n. in civitatibus Jtalie dominantur multi ut totus populus ibi .n.
requiritur assensus totius ppli in statutis condendis in ptatibus
eligendis et etiam corrigendis lz .n. semper ibi aduocatur
ptas no ane aliqui qui civitatem regat magis tamen
dominatur totus ppls qm dux aduocatus . eo q totius ppli
e eum elige et corrige si male agat . etiam cius to
cius e conde statuta que nec lz eum transgredi In
tali ergo principatu vbi dominantur multi ut totus ppls vel
intendens bonum cone exgenerio mediarum personarum et omnium
S suum statum et tunc e rectus et equalis et q tal princi
patus no hz nomen ppium vocatur eo pt nomine quod
et dicat ipsum e politia Politia .n. idem e q ordinatio
civitatis cum ordinatio ad omnis principatus q sunt in ea et pncipaliter quantum
ad maximum principatum q dnatur omnibus aliis politia
.n. consistit maxime in ordine summi principatus q e in civitate
Omnis ergo ordinatio civitatis politia dicitur . pe principatus tu
ppli si rectus sit eo q no habeat commune nomen politia dr
Nos aut tale principatum appellare possumus gubernacionem
ppli si rectus sit S si ppls sit diuinans nec intendit bonum
omnium . S suum statum S vult tirannizare et opprimere diuites
e principatus puersus et generali nomine dr democratia Nos
aut ipsum appellare possumus puersionem ppli . pt ergo q sunt

[P]rincipatus et qui illorum sunt mali et qui boni et qui peius

Quod melius civitatem et regnum uno regi quam pluribus · et
quod regimen est optimus principatus

Cam iii

Postquam intendimus ostendere que sit optima policia
et quis sit optimus principatus postquam distinximus
modos principandi et declaravimus qui illorum sunt recti
et qui perversi. Restat ostendere inter principatus rectos
quis sit melior. Assignantur autem quinque rationes sive
vie quod regnum est optimus principatus et quod melius est civitatem
aliquam sive provinciam regi uno quam pluribus sive illi plures
sint pauci sive multi. Prima via sumitur ex unitate et
pace quam debet intendi in regno et in civitate tanquam finis. Secunda
ex simili potentia que requiritur ad regimen civitatis. Tertia
ex hiis que videmus in natura. Quarta et ultima ex hiis que
experimento didicimus in regiminibus civitatum. Prima via sic
patet. Nam pax et unitas civium debet esse finaliter intenta a legi
slatore sicut sanitas et equalitas humorum est finaliter
intenta a medico. Hanc autem unitatem et concordiam magis
efficere potest quod est per se unum · magis autem per se unitas re
peritur in principatu si dominetur unus princeps quam si
dominentur plures. Immo cum plures principantur nunquam pot
esse pax in huiusmodi principatu nisi illi plures sint uniti
et concordes. Propter quod autem unum quid est et illud magis. Si er
go est pax et concordia inter cives si plures principan
tes sunt quid unum · ergo si unus solus principatur nisi
non sit defectus turbabitur pax ipsorum civium. Secunda via
ad investigandum hoc idem sumitur ex simili potentia que
requiritur in regimine civitatis. Nam quanto virtus est magis
unita tanto fortior est quam si esset dispersa · ut declaratum
habetur in libro de causis et in propositionibus Procli. Videmus autem
quod si multi homines trahunt navem nisi uniantur
in tractu ut ad unum trahat alter non trahent numquam
navem trahent · immo si omnes vires que sunt in pluribus
trahentibus congregarentur in uno quod ille esset magis
unite traheret et virtuosior esset in trahendo · quare si to
civilis potentia que est in pluribus principantibus et con
gregaretur in uno principe efficacior esset et sic principans

Propter habundantiam potentie melius possit politia gubernari. Secunda via sumitur ex his que videmus in natura. Videtur autem esse regimen naturale semper in toto regi et reduci in aliquod unum principale ut sicut in eodem corpore sunt diversa membra ordinata ad diversa officia et ad diversos motus est dare aliquod unum membrum ut cor ex cuius motu sumunt originem omnes motus alii factum in toto corpore. Rursus sicut ad constitutionem eiusdem conveniunt diversa elementa est tamen dare ibi aliquod unum ut animam continentem et retinentem elementa in corpore alias ne dissolvatur animalis compositio corporis. Unde etiam fine primo de anima dicitur quod anima magis continet corpus quam econverso. Sic etiam unum celeste corpus ut primum mobile est id per cuius motum regitur et causatur motus factus hic inferius et de toto universo est unus deus cuius gladium singula regens et disponens. Apparet etiam quod naturale est ut in pluralitate unitate natura subsunt uni regi. Si igitur singula naturalia consideremus quod videmus multitudinem quamlibet reduci in unum aliquod principans et gubernans. Ideo secundum naturale est quod multitudo ab unitate procedat. Sic est etiam naturale ut in unum aliquod reducatur. Bonum ergo est regimen populi sive multorum sicut sunt recta. Sed melius tamen est regimen paucorum eo quod magis ad unitatem attendat. Optima est autem monarchia sive gubernatio unius regis eo quod ibi perfectior unitas reperiatur. Tertia via sumitur ex his que experimento videmus de regiminibus civitatum. Experti enim sumus civitates et provincias non existentes sub uno rege esse in penuria non gaudere pace molestari dissensionibus et guerris. Existentes vero sub uno rege econverso guerras non sunt pace letantur habundantia florent etc.

Lxiiii

Ubi rationibus ostendit philosophus quod apparet civitatem melius esse et provinciam regi pluribus quam uno et quomodo solvi possunt rationes ille

Philosophus in politicis videtur tangere tres rationes per quas probari potest quod melius sit civitatem et provinciam regi pluribus quam uno. Videntur enim principem tria esse necessaria ut bene regat, respectu sibi commissi. Primo enim de hoc per conspirationem rationis. Secundo certam intentionem. Tertio perfectam stabilitatem. Ex his autem sumi possunt tres vie ex quibus

Venari possumus quod bonum sit principari plures et non unum
tantum. Prima via sic patet. Nam plures oculi plus vident
quam unus et plures manus plura possunt quam una et plures intellectus
superant unum in cognoscendo. quare si dominantur plures erit
ibi perspicacior racio. quia plura cognoscet quam si principa
retur unus tantum. Unde et philosophus in politicorum ait quod si plures
homines sic principantes quasi constituunt unum hominem
multorum oculorum et multarum manuum. quare melior erit
huius principatus. quia homo sic constitutus et multo
sic principantes efficaciores erit in principando. Secunda via ad
investigandum hoc idem sumitur ex recta intencione que requiritur
in principante. tunc enim principans rectam habet intencionem
si non intendat bonum proprium sed bonum commune. quanto igitur
magis intendit bonum commune tanto peior erit principatus.
Sed si dominentur multi dato quod intendant bonum commune quia
bonum multorum est quasi bonum commune et intendendo sic
bonum proprium non omnino recedunt ab intencione communis boni
. sed si dominaretur solus unus et ille intenderet bonum proprium
. quia bonum unius est quasi bonum privatum sic intendens
recedit quasi omnino a communi bono. peior est ergo principatus
unius quam plurium. Tercia via sumitur ex stabilitate que
requiritur in principante. decet enim principem esse regulam
rectam et stabilem ut per iram et per concupiscencias
et per alias passiones non corrumpatur. nec pervertatur. Sed ut
ait philosophus facilius corrumpitur unus quam plures. melius
est ergo dominari plures quam unum. Sciendum est ergo quod
hanc dubitacionem quam philosophus in politicis venatur dubi
tando assignans raciones multas quod melius est dominari
multitudinem. propterea in eodem tercio tangit quedam per
que obiectiones huius solui possunt. Non enim est intel
ligendum simpliciter fuisse de intencione philosophi dominium
plurium esse convenientius dominio unius cum utrumque
sit rectum. cum ipse plures dicat in eisdem politicis
Regnum esse dignissimum principatum. inter principatus
enim rectos principatus unius qui dicitur regnum est optimus
Inter perversos vero principatus unius qui tali nomine
tirannides nuncupatur est pessimus. Sed de hoc infra

Videtur Ostendere n q sic monarchia regia e optima
ita qz maiori bono maius malum opponitur monarchia
tirannica e pessima dnari aut plures domino recto no
e dignius qm dnari vnum · ne nunqua plures recte
psut domiari nisi inqntu tenet locum vnius et psut veniut
ad scim concordiam et vnitatem · si ut supra dicebatur propter
vnum qd qz et illud magis · quare si dnari plures iustus
e rectius et dignius inqntu tenent locum vnius dnari vnu
et facere monarchiam si debito modo fiat · erit oiomo
rectior et dignior · Ostendum e ist Regimen ee dignissimum
principatum. S3 rectius dominium melius e vnum dnari qm
plures. Et ut soluantur obiectiones ptacte scind q qz pla
consistunt plures qm vnus et tanqm totum inpsa vna qm
plures et inta no sic demare psut ab intellectu gnis
hom sicut forte fieret vnius plus immo si fiat mo
narchia et dominetur vnius princeps ul vnius rex in
toto principatu ul in toto regno ie princeps ul ille
rex. S3 p iis poli dz sibi associare multos sapientes
ut habeat multos oculos et multos bonos virtuosos et
habeat multos pedes et multas manus et sic fiat
vnus homo multorum oculorum multarum manuum · et
multorum pedum · no g° dici poterit talem vnum
monarcham no cognoscere multa · qz quantum spectat
ad regimen regni quicumque omnes illi sapientes cogno
scunt totum ipse rex cognoscere dz ut etiam dici potest
ipsi de locum posse principi ceterorum impl Ita si rex recte
despiciat dnari no est possibile ipsum principi nisi totum consilium
et oes sapientes et bonos quos sibi associauit contingeret
ee principes tales n videt mirare qz bonum immo si sic se
habeat omo dignum e ipsum principari siue dnari · si autem
aliter se habeat ut si spreto consilio et dimissa societate sapi
entum et bonorum velit sequi proprium arbitrium et appetitum priuatum
iam no eet rex s3 tirannus · talem g° no eet melius
dnari qz plures · imo pessimum eet eius dominium · eo qz ut
pt ex habitis et ut infra plenius patebit et ostendetur
tirannides e pessimus principatus

Qm melius e regimen regni et principatus ne

Per hereditatem et successionem filiorum quam electionem

Videbitur forte alicui omnino esse melius et dignius
dominatum regium et principatum esse per electionem quam per
hereditatem. Nam super sufficienti consideracione veritate questionis
dubitare videtur an melius sit constituere dominium
arte vel sorte. Nam si per electionem preficiatur aliquis dominus regni
videmur tale regimen non esse expositum casui et fortune sed fieri
ex parte artem eo quod preficitur melior et industrior. Sed si per hereditatem
heres fiat exponitur regnum quasi sorti casui et fortune
Nam incertum est qualis debeat esse filius ad quem spectat
hereditarie regiam dignitatem. absolute ergo loquendo melius est
principem preficiendo sive preficiendum esse per electionem quam
per hereditatem. Tamen quia ut plurimum homines corrupti sunt
appetitu consideratis gestis et condicionibus hominum quasi
experimento videmus videtur esse censendum magis expedire
regno et civitati ut dominus preficiatur per hereditatem quam per
electionem. Possumus autem triplici via ostendere cum consideratis
condicionibus hominum melius esse regimen hominum per hereditatem esse
Prima via sumitur ex parte ipsius Regis regentis populum
Secunda ex parte filii qui debet in hereditatem succedere. Tercia
ex parte populi qui debet per tale regimen gubernari. Prima
via sic patet. Nam sicut dicitur in politicis inenarrabile est quantam
delectacionem habeat et quantum differat putare aliquid proprium.
Nam quod est naturale otiosum et vanum esse non potest. Naturaliter
ad aliquid habet amiciciam ad seipsum. naturale est igitur tanto regem
magis sollicitari circa bonum regni quanto credit ipsum
regnum magis esse bonum suum et bonum proprium. quare si
rex videat debere se principatum super regnum non solum ad
vitam. sed etiam per hereditatem in proprios filios magis reputabit
bonum regni esse bonum suum et ardencius sollicitabitur
circa tale bonum. Immo quod totum patres prius regimentur in filiis
et minus ardore moventur patres erga dilectorum filiorum. Ideo
rex omnino circa quod potest movebitur ad procurandum bonum statum
regni si cogitet ipsum pervenire ad dominium filiorum. Huius
autem in politicis de hac materia estimatur aut cum hoc esse
difficile vel cum si patres possunt tradere regimen regni
propriis filiis minus. tamen hoc esse quasi virtutis diuine et excedere
humanam naturam. sed forte hoc potest ideo aut circa antiquitatem
ut plurimum Reges querebantur in terminos et non diu du
rabant quod filii hoc modo succederent in hereditatem patri. vel
semper dicebant hoc esse diuinum. quia nisi Reges et principes

Bene se habeant circa dominium racio contemplantur filios re
gnantes post patres et si regnant filii magis et magis regebunt
filii filiorum. Quarta ex parte quorum regis ut magis sollicitetur
bonum esse regni arguere possumus quod expediat regale regimen
in filios per hereditatem succedere. Quia via ad investigandum
hoc idem sumitur ex parte filii ad quem spectat suscipere dominium
regni. Nam sicut mores nuper ditatorum ut plurimum peiores
sunt moribus eorum qui fuerunt divites ab antiquo. Sic mores
nuper potentum et de novo elevatorum ad apicem cuiusdam
potentie peiores sunt moribus aliorum. Nescitur enim tales
fortunas ferre. Nuper enim exaltatum in regem et quasi inerudito
regie dignitatis. Tales quidem ut plurimum tirannisant et
inflati corde inerudite regnant. Sed si regale regimen
per hereditatem vadat filii ex hoc non inflantur nec efficiuntur
elati quia non reputant magnum si id habeant quod
patres possederunt proprii. Quare ex parte filiorum debere
succedere in hereditatem paternam expedit regno ne inter
udite regatur et ne regale regimen convertatur in tirannidem ut
regia dignitas per hereditatem transferatur ad posteros. Tercia
via sumitur ex parte populi qui dicitur per talem regem guber
nari. Nam consuetudo est quasi altera natura propter quod regnum ex consue
quasi natum efficiendum populus igitur si per diuturnam consuetudinem
obediat patribus filiis et filiorum filiis quasi naturaliter incli
natur ut voluntarie obediat. Cum ergo tam de voluntario
sit minus onerosum et difficile ut libencius et facilius obe
diat populus mandatis regis, expedit regie dignitati per
hereditatem succedere. Ultimo ergo dominium et principatum
ex quo assumendum est rex sedat iurgia, tollit tirannidem
efficitur quasi dominium naturale. Iurgia enim sedat quoniam
in electionibus eligentium dissensiones propter electionem principis
oriuntur, propter quod turbatur pax regni. Et tirannidem to
llit, quia dominantes per electionem ut patet per plura non sic
diligunt bonum regni sicut hereditarie principantes. Et
quia hoc est esse tirannum non intendere bonum regni. Electi facilius
tirannisant. Fuit etiam hoc dominium naturale quia populus
quasi naturaliter inclinatur ut obediat successoribus talis regis. Ex
hoc autem patere potest quod non solum expedit regno deter
minare de persona ex qua principatus est diuturnus, sed etiam oportet deter
minare personam. Nam sic oriuntur dissensiones et lites si
ignoratur ex qua persona assumendus sit rex sed etiam

Litigia oriuntur quod persona si non determinetur que persona in illa pro-
vincia prosapia debeat principari. Item autem deter-
minacio persone difficultatem non habet. Nam si dignitas regia
per hereditatem transferatur ad posteros, oportet eam transferri ad filios
quia secundum lineam consanguinitatis filii parentibus magis sunt
coniuncti. Oportet autem tales dignitates magis transferri ad
masculos quam ad feminas, quia masculus est femina ratione
praestantior, corde audacior, passionibus minus insecutor. Inter
masculos autem oportet huiusmodi dignitatem tribui magis primogenito
quam aliis. Racio ut ait philosophus iij polit. decet iuniores se-
nioribus obedire. Immo quia patres communiter plus primogenitos
diligunt, ut magis sit cure regi de bono regiminis, expedit
statuere regnum succedere primogenito ut pro ampliori sollici-
tudine curet de bono regiminis sciens ipsum pervenire ad filium
plus dilectum. Et si dicatur quod contingit aliquem magis diligere
iuniores, talibus obviantibus deficiendum videtur, quia facta singularia
et gesta particularia omnia sub certa regula et sub certa narracione
non cadunt. Sufficiat ergo in talibus probabiliter persuadere et leges
statuere que pluribus continent veritatem. Cum vero superius tangebatur
verum esse per hereditatem dignitatem regiam esse exponere
se fortune, sorti et casui, eo quod ignoretur qualis regis filius
sit futurus, dicendum quod vix sunt aliqua gesta humana que
ex aliqua parte non exponantur periculis. Illa tamen sunt magis cavenda
que pluribus periculis exponuntur. Videmus autem per experienciam plura
mala oriri in civitatibus et regnis ubi non est dominus aliquis
naturalis. Nam contingit ea aliquando diu carere gubernatore
et tunc gubernatores sunt ut plurimum tyrannizant. Plura
enim huiusmodi mala in talibus regibus videmus que enumerare per
singula longum esset. Dicere ergo possumus quod expedit
regno filium succedere in regimine patris. Et si aliqui defectus
essent in regio filio ad quem de regia iusticia perve-
nire, supplere poterit per sapientes et bonos quos tales
in magistros et doctores debet rex in potestatem eligere. Valde re-
prehensibiles sunt reges et principes si sint minima cura solli-
citi quod filii ab ipsa infancia disciplina et bonis moribus
sint imbuti, cum bonum gentis et totius regni in hoc consistat.
Nec sufficiat eis quod sola primogenitura regnare debent, ut de
eo sola cura habeatur diligens. Magniora ii quam omnia

Providencia statuit et necessitatem filiorum succedat regimen
Ideo ne perturbetur bonum commune de omnibus cura diligens
est habenda. Que sunt quibus rex differt ab
aliis et que sunt quibus rex alios debet excedere. VI

Narrat philosophus VI politicorum tria in quibus rex
alios debet excedere. Dicit enim quod antiquitus reges a triplici
excessu statuebantur. Primo ab excessu beneficiorum. Nam
quia populus non percipit nisi sensibilia bona, quos videt
esse liberales et beneficos nimis ardent in eorum amorem
et optant eos habere in dominos. Unde est quod antiquitus patres
sic preficiebantur in reges. Nam si aliquis faciat populo beneficium
genus ita tota ad amorem eius afficiebatur ipsum in regem. Secundo
propter aliquis preficiebantur in regem ab excessu virtuosarum actionum.
Nam quia bonorum et virtuosorum est diligere bona communia potius quam
privata. Ideo reputantur digniores ut preficiantur in regem, quia a populo
redduntur virtuosi. Tertio consueverunt preficere aliquos in regem
ab excessu potentie et dignitatis. Nam quia probabile est nobiles
et potentes magis verecundari operari turpia quam alios. Sed
quia tales ut plurimum vel sunt vel creduntur esse magis apti ad
principandum. Ideo plures per hunc modum antiquitus adepti regna
obtinuerunt. Si ergo ex talibus excessibus rex generatur et preficitur
si recta sit generatio eius, oportet huiusmodi excessus ampliari et per-
fectius esse in rege iam dignitate regia constituta. Sicut
enim videmus in gubernationibus naturalium quod si generatur ignis per
raritatem et caliditatem, quia materia tunc ignitur cum calefit et
rarefit, oportet raritatem et calorem perfectius reperiri in igne
iam generato et in esse constituto. Quare si excessus beneficiorum actionum
virtuosarum et etiam potentie potest esse causa ut recte aliquis consti-
tuatur in regem, decens est tales excessus in ipsa monar-
chia perfectius reperiri. Decet enim ipsum regem volentem recte regere
populum ad plura spectare ad tria sollicitari. Primo ut ametur
a populo. Secundo ut tamquam pervigil procuret commune bonum. Tertio
ut castiget et puniat inobedientes seductores et rebelles populi.
Quare expedit regem predictos tres excessus habere. Nam si hab-
undat in beneficiis tribuendis diligetur a populo. Si excellat in actio-
nibus virtuosis procurabit commune bonum, quia si virtutis est tendere
in magis bonum, eius erit magis tendere in maius bonum. Bonum
ergo gentis et commune quod est divinius quam aliquod bonum

Singulare magis probabit vel bonus et virtuosus quam bonus virtuose proprium et semper. Tertio expedit ei habundare in nimia potentia ut possit corrigere volentes insurgere et turbare regni pacem. Consequenter in quibus rex debet alios excedere, restat ostendere quo differat a tiranno. Tangit autem philosophus quinto politicorum quatuor differentias inter tirannum et inter regem. Prima est quia rex respicit bonum commune, tirannus vero bonum proprium. Unde regimen est principatus rectus, tirannides vero est dominium perversum. Cum igitur bonum commune sit divinius bono unius, perverse dominatur qui spreto bono communi intendit bonum proprium. Ex hac autem differentia prima sequitur secunda, videlicet quia tirannus intendit bonum delectabile, rex vero bonum honorificum. Nam sicut mercenarium est quanto quis delectatur in bono proprio fit quasi mercenarius, quanto honorem sequitur et quanto est honore dignus intendens bonum commune. Quare si tirannus intendit bonum proprium et privatum, sequitur quod eius intentio versetur circa bonum delectabile, sed intentio regis versatur circa bonum honorificum, eo quod ipse intendit commune bonum. Ex hac autem secunda differentia sequitur tertia, videlicet quod intentio tirannica est circa pecuniam. Tirannus enim quia spreto bono communi non curat nisi de delectationibus propriis, maxime versatur sua intentio circa pecuniam credens se per eam posse habere delectabilia optime. Sed regis intentio versatur circa virtutem ut cives sint virtuosi, quia ex hoc maxime resultat bonum honorificum et commune. Ex hac autem differentia tertia sequitur quarta, videlicet quod tirannus non curat custodiri a civibus sed ab extraneis. Rex non vult custodiri a civibus et a gentibus in proprio regno. Nam tirannus eo quod spreto communi bono non curat nisi de delectationibus propriis videns se esse onerosissimum et odiosissimum ab hiis qui sunt in regno, ideo totam suam custodiam corporis committit extraneis. Sed rex econtrario, eo quod videat se maximam curam habere de bono regni et communi, maxime confidit de hiis qui sunt in regno, ideo se facit custodiri a propriis et non ab extraneis. Quod tirannides est pessimus principatus et summe debet rex cavere ne eius dominium in tirannidem convertatur.

Quadrupliciter via venari possumus tirannidem esse pessimum principatum. Prima sumitur ex eo quod tale dominium maxime recedit ab unitate, quia bonum ... Secunda ex eo quod est maxime inaequale. Tertia ex eo quod est maxime efficacissimum ad nocendum. Quarta ex eo quod impedire habet

Dicit autem rex a tiranno quatuor modis

Maxima vero tiporum tiriannidis Prima via sit per hoc quod si dicatur rex
non recedit ab intencione communis boni eo quod non est sit virtuosus et non inten-
dat commune bonum ut iii politicorum dicitur Cum principari talem est principari
principatus in multos vel quod idem est quod principari multitudinem eo quod de
tali principatu intendatur bonum multorum Cum etiam si dominantur plures
quam dominantes Vero quod recedunt virtuosi vel si dominentur tota populi dicatur
quod sit dominantes non intenderent nisi bonum proprium non omnino recederent
ab intencione communis boni eo quod plures cernit sit principantes omne
aut bonum plurium est quodammodo bonum commune Sed si sit tirannus dominetur
ubi unus sit dominans et non intendat nisi bonum proprium omnino
recedit ab intencione communis boni Principatus igitur quod non est rectus
nisi sit quodammodo communis dominus et quod in eo principans debet intendere
bonum commune quod est omnium quam aliquod singulare tales tirannides
est principatus peior quanto in eo plus recedit ab intencione communis boni
Hanc autem racionem tangit philosophus circa principium quarti politicorum ubi autem
dicitur quod regnum est optima et dignissima policia sic tirannides
est pessima cum ei contraria est pessima ut ibi dicitur quod tirannides
plurimum distat a policia et a communi bono Secunda via ad investi-
gandum hoc idem sumitur ex eo quod tale dominium maxime est involuntarium
Nam iam est naturaliter operacio cum aliquis quasi sic agitur ut est aptus
natus agi quare tunc regnum naturaliter regitur cum homines in propo-
sitis sic reguntur ut sit apti nati regi Nam autem quod liberos arbi-
trium et racionem participat tunc naturaliter regitur ut aptus natus est regi
cum voluntarie sunt et libere obedit quare quanto dominium
aliquod est magis involuntarium magis debet dici innaturale tirannides
igitur pessima est quod est maxime involuntaria et maxime contra naturam
eo quod maxime subditorum est afflictiva Hanc autem racionem tangit philosophus
in eodem iiii politicorum dicit autem tirannidem esse pessimum principatum
quod nullus liberorum voluntarie sustinet principatum talem Tale
Tercia via sumitur ex eo quod talis principatus est efficacissimus ad
nocendum Nam sicut principatus regis eo quod sit maxime unitus
est efficacissimus ad proficiendum sic tirannides est efficaci-
ssima ad nocendum Monarchia enim quod in dominatur unus et est ibi
virtus unita ideo vel est optima vel est pessima Nam si monar-
chia habet intencionem rectam tunc est rex et optimus principatus
quod propter virtutem unitam per multa bona efficit Si vero
monarchia habeat perversam intencionem tunc est tirannus et est
pessimus quod propter suam unitam potenciam per multa mala
efficit Hanc autem racionem tangit philosophus v politicorum ubi ait

# Secunda pars

Tyrannidem esse obligatam extremam quia est maxime nociua
subditis. Quarta via sumitur ex eo quod per tale dominium
impediuntur maxima bona ipsorum ciuium. tyrannus non solum procurat
mala corporis quae sunt in regno sed etiam satagit impedire eorum
maxima bona. Tangit autem philosophus v politicorum tria maxima bona
que satagit impedire tyrannus. Vt pacem, virtutes et sci-
entias. tyranni volunt ciues habere parcem et contentionem ad inuicem.
Rursus volunt eos esse malitiosos et vitiosos. nec etiam
volunt ipsos esse sapientes et disciplinatos. Quae autem tria
praedicta bona impediunt tyranni infra dicetur. Sufficiat autem
ad praesens scire tyrannidem esse pessimum principatum propter rationes tactas.
Cum autem reges et principes summopere cauere debeant ne principentur
principatu tyrannico videre non est difficile. Nam tanto peior est
princeps quanto peiori dominio principatur. Quare si quandam
diligentiam adhibere debeat rex ne sit pessimus summe cauere
debet ne dominetur per tyrannidem qui est pessimus principatus.

## Quod officium est regis et qualiter se debet habere in regimine ciuitatis et regni

viii Quod autem rex aut princeps gentem sibi commissam debeat
debite gubernare et scire debeat quod sit eius officium
diligenter considerare oportet in naturalibus rebus. Nam si natura
tota administratur per ipsum deum qui est princeps summus
et rex regum a quo rectissime regitur tota vniuersa natura
quare a regimine quod videmus in naturalibus deriuari debet regimen
quod tenendum est in arte de regimine principum. Ars enim imi-
tatrix naturae. In naturalibus enim videmus quod natura primo dat rebus
causam propter quam possunt consequi finem suum. Secundo dat eis causam propter quae
possunt prohibentia remouere. Tertio res ipsae per huiusmodi collata
naturae tendunt in suos terminos siue in suos fines vt natura dat
igni leuitatem per quam potest tendere sursum. Secundo dat ei
calorem per quem agit et resistit contrariis. Tertio ignis per eam
quam accepit a natura naturaliter tendit sursum. Quod ad hoc quod regimen
sit bonum et naturale tria requiruntur. Primo vt populus taliter
disponatur et ordinetur vt possit consequi finem intentum. Secundo vt
remoueantur prohibentia et deuiantia ab huiusmodi fine. Tertio vt
dirigatur et promoueatur in finem praedictum. Sicut in via sa-
gitta dirigenda in signum atque quod primo efficitur recta vt po-
ssit velociter aerem scindere et tendere in ipsum signum. Secundo

Est enim permata ut meminimus acceptum sumendo a Tertio
a sagittate sagittatur et dirigitur in signum intentum Rex igitur et
qualiter director populi est quasi sagittator quidam. Populus vero
quasi sagitta quedam dirigenda in finem et in bonum. Que
Tria igitur spectant ad regis officium circa populum sollicitari debet
ut gens sibi commissa habeat ea per que possit consequi
finem intentum. Secundo prohibentia debet removere. Tertio gu-
bernare populum in finem dirigere. Ea vero que deserviunt ut possit
populus consequi finem intentum et bene vivere sunt tam veri virtutes
sunt et bona exteriora. Debet igitur rex sollicitari ut in suo regno
vigeat studium litterarum et ut ibi sint multi sapientes et
industres. Nam ubi viget sapientia et fons scientiarum oportet quod
inde totus populus aliquam eruditionem accipiat. Ne ergo existentes
in regno sint tenebris ignorantie involuti spectat
ad reges et principes valde esse sollicitos de studio litterarum
immo ut infra probabitur si dominator regni non promoveat
studium et non velit sibi subditos esse sapientes non est
rex sed tyrannus. Secundo ad consequendum finem intentum deserviunt
bonos mores vel habitus et virtutes. Non enim sufficit cognoscere
et habere illuminatum intellectum nisi quis sit virtuosus et ha-
beat ordinatum appetitum ut velit consequi finem illum.
Spectat igitur ad rectorem regni ordinare suos subditos
ad virtutes. Tertio ad cognoscendum finem quem intendimus in vita
politica organice res deserviunt exteriores. Decet reges et
principes sic regere civitates et regna ut subiecti abun-
dent rebus exterioribus. Habundent quantum deserviunt ad bene vivendum
et ad consequendum finem intentum in vita politica. Ostendetur autem quo-
modo possit et quomodo ordinanda sit civitas ut in ea repertum
valeant que deserviunt ad sufficientiam vite licet ex precedentibus
sit aliqualiter manifestum tamen clarius infra dicetur. Viso quod
spectat ad reges et ad principes sive ad officium regis
sollicitari circa ea per que possit populus consequi finem inten-
tum. Restat ostendere quomodo spectat ad reges et principes
huiusmodi prohibentia removere que etiam tria sunt. Quorum unum quasi
sumit originem ex natura. Aliud vero ex propria voluntate. Ter-
tium vero ex malivolentia hostium. Primum sic patet Natura
homines ex se ipsis sunt naturaliter corruptibiles. Unde est ergo ex quia
in se ipsis durare non possunt naturaliter appetunt perpetuari in

Cuius filius siue sint naturales siue adoptiui videtur
enim hoc quod post mortem viuentis eo decedente secundum suam institucionem
ad eius hereditatem succedat. Valde ergo turbari potest tranquillus
status et pax ciuitatis et finis intentus in vita politica si
Reges et principes non sollicitentur quales posteriores succedant
eis in hereditatem propriorum. Racionabile ergo videtur maxime prohibitum
bonam vitam politicam et bene ordinatam quam hereditates decedencium
prouenire ad posteros. Secundo status tranquillus ciuitatis et re-
gni aliquando impeditur ex peruersitate animi. Sunt enim adeo aliqui
peruersi ut semper velint aliis molestiam. Sollicitari igitur debent
Reges et principes ne impediatur regnum ut exterminentur
malefici et corrigantur delinquentes. Tercio huiusmodi impedimentum
sumit originem ex malicia hostium quia cum nil est vitare
intrinseca discrimina nisi prohibeantur extrinseca pericula. Spectat
igitur ad regis officium sic sollicitari circa potenciam et circa
industriam armorum et armatorum ut possit hostium rabiem
prohibere. quomodo autem hec fieri debeant in tercia parte huius tercii
libri ubi agetur de bellis plenius ostendetur. Ostenso quod reges
et principes sollicitari debent ut populus sibi commissus habeat
per quod possit finem consequi et quomodo debeant prohibencia remouere
Restat ostendere quomodo eos deceat dirigere in finem. Hec autem
tria sunt. Nam primo omissa supplenda sunt ut si videntur
aliqua deesse ad bonum regimen ciuitatis id est supplendum. Hec
autem fieri potest per consilium sapientum de quo infra dicetur.
Secundo bone ordinaciones et bona instituta sunt ob-
seruanda. Tercio bene operantes et maxime facientes ea
per que resultat commune bonum sunt remunerandi et pre-
miandi. Nam licet omissa supplere et bene ordinata conseruare
multum deseruiat ut populus recte dirigatur in finem. maxime
tamen deseruire videtur bene acta remunerare. Nam ut dicitur in ethicis
eo de fortitudine apud illos sunt homines fortissimi apud quos
fortes honorantur maxime. Ita apud illos sunt sapientes
et boni apud quos tales remunerantur et honorantur. Sol-
licitari igitur circa predicta ista ponere ad regis officium per-
tinere videtur. Quot sunt illa que decet operari regem
et que simulat se facere tirannum.
·ix· Duplicem artem possumus dicere quam dicitur operari
verus Rex et quam tirannus se facere simulat

Illa ergo decem licet aliquo modo in universali contineantur in prehabitis
tamen quia ut plures circa morale negotium volentes sermones
nostros particulares esse ideo volumus singillatim decem cautelas narrare. Prima
est autem primum quod spectat ad verum regem, facere ut procuret omnia
bona et res redditas studeat expendere in bona communia vel in
bonum regni. Tyranni vero hoc simulant se facere non tamen
faciunt sed ut ait philosophus eos tribuunt meretricibus et adulatoribus
et aliis personis inutilibus. Secundum spectat ad rectorem regni
non solum redditus obventiones et oblationes ordinare in bonum
commune et bonum regni, sed etiam bonum commune et regnum decet magnifice
custodire et observare, quod tyranni licet se facere simulant non
tamen faciunt immo bona aliorum rapiunt et illa vere non obser-
vant. Tertio decet reges et principes non ostendere se nimis
terribiles et severos, nec decet se nimis familiares exhibere
sed apparere debet persona communis et reverenda quod contingit si sit virtuosus
sed non potest ideo verus rex nisi virtuosus existit. Tyrannus autem
non est sed se esse simulat. Quarto spectat ad regem nullum sub-
ditorum contempnere, nulli iniuriari nec filiabus neque uxoribus nec
in personis nec in aliquibus aliis, sed si contingeret aliquem in regno
facere non propter contumeliam nec propter aliquam libidinosam voluntatem
explendam, sed propter bonum commune et iustitie ipsi puniri debet. Hoc autem
tyranni non faciunt, sed quia ipsi intendunt bonum pecuniosum
et delectabile iniuriantur civibus in uxoribus et filiabus et rapiunt
eorum bona. Quinto decet reges et principes non solum tenere fa-
miliares et diligere nobiles et barones et alios per quos bonus
status regni conservatur, sed etiam ut ait philosophus in politicis inducere
debent uxores proprias ut sint familiares et benivole uxoribus
potentiorum. Nam mulieres valde inclinant viros ad voluntatem
propriam eo quod mulier valde inclinatur ut velit propria delectabilia
consequi. Quare si uxores nobilium et aliorum per quos bonus
status regni conservatur videntur se contempni ab uxoribus prin-
cipum viros suos inducerent ut seditiones in regno et principatu
moveant. Sic ergo se gerere bonus rector debet regni et civitatis.
Tyrannus autem non sic se habet, sed corde alias contempnit.
Propter quod ut ipse ut procuret sibi quod cives sint benivole.
Nam licet verus rex hec simulare videatur iam existere tyrannus

Inquantum huiusmodi tamen 2m virtutem carent illud. Sexto decet verum regem esse moderatum in cibis et venereis ne a suis subditis habeatur in contemptu. Nam ut dicitur quanto potius non contempnitur qui sobrius est. Sed que ebrius. Tirannus autem hec non faciunt nam cum non intendant nisi comodum proprium ut bonum pecuniosum et delectabile. quia maxima delectatio sensibilis est in cibis et venereis tiranni absque omnibus freno fluunt in voluptatibus illis immo quasi precipue est ut narratur .p. v. politicorum Multi tirannorum non solum temporati esse estimantur autem reputari ab hominibus felices sed singulis diebus affirmantur esse in commessationibus et conuiuiis et in conuiuiis afluentibus non tamen sic se habere deberent dato quod temperato carerent ne contempnerentur a populo non deberent suam intemperanciam ostendere laudatur enim sobrietas et temperancia vituperatur autem avaricia et gulositas. Septimo decet verum regem ornare et munire ciuitates et castra existencia in regno ut appareat magis esse procurator communis boni quam tirannus querens utilitatem propriam. Octavo decet verum regem ut aut per se sapientes et bonos circa existentes adeo honorare ut putetur non sint honorati esse a ciuibus propriis sed inter ipsos existeret quod tiranni non faciunt. Nam sapientes et bonos ut infra probabitur non honorant sed puniunt. Nono decet verum regem per usurpationem et iniustitiam non dilatare suum regnum sive dominium. Nam ut dicitur in politicorum dominabiliter est dominari super paucos quam super multos. Cum magis verum est si hec multitudo tamen potentia acquisita sit per usurpationem et iniustitiam. Recitat autem pr v politicorum quod cum quidam rex propter suum regnum diminuisset quia forte ea iniuste tenebat increpatus tamen fuit ab uxore dicente quod verecundia deberet quia minus regnum dimitteret filiis quam accepisset a patre. Respondit rex ille quod si dimittebat eis minus regnum in quantitate dimittebat tamen maius et diuturnius tempore. Tiranni autem hec non faciunt. Nam licet semper se simulent iuste agere tamen in multis suum dominium iniuste ampliant et ad hereditates suas vere usurpant. Decimo et ultimo decet veros reges bene se habere circa divina. Populus enim ut recitat philosophus omnino est subiectus regi quem credit esse deicolam et habere timorem deum estimat enim talem semper iuste agere et nichil iniquum gerere. Possumus tamen nos adhuc ad meliorem rationem adducere dicentes quod si rex habeat animum deuotum circa divina prudencia cum ornatus sit nota et eius potencia tamen nichil potest consistere contingit enim ut expedit sue saluti propter sui actibus comparari immo propter sanctitatem regis multotiens deus multa bona confert gentibus in ipso regno. Ultimo autem diximus quod decet maiestatem

Regias bn̄ se h̃re erga dn̄a · q̄r h̄t d̄r ēē finis et complementū
ad̄r · ad h̄t · n̄ s̄t singula ordinata · Verū pro rex s̄ virtutē
bn̄ se h̃t erga dn̄a tirannus n̄o n̄o ē tal̄ s̄ simulat
fore se talem esse ze̅ Que et quot sint cautele q̄bꝰ
tirannꝰ nitit̃ se in suo dominio preseruare

Multas cautelas tangit ph̄s v̄ poli · qr̄ q̄bꝰ
cognitiū ad p̄ns spectat possūꝰ enumare decē
p̄ quas nitit̃ tirānꝰ se ī suo domīo p̄
seruare Pr̄a cautela tirānica ē excellentes
p̄imē Cū n̄ tirānꝰ n̄o diligat nisi bonū p̄priū · ex
cellētes ꝫ nobiles existēs in regn̄o n̄o valētes h̃ p̄pati
insurgūt cōtr̄ ip̄m · tirānꝰ aut̄ ex quo talē se cog̃scit
n̄o cogitat nisi quō possit excellentes p̄imē · ymo ut
aliq̄ tirānisāc incipiūt n̄o sōl̄m excellētes ad̄r ymo etiā
p̄pōs fratres et inima e̅ ꝯ̄sanguinitate cunctos venenat
ꝫ p̄imūt qd̄ signū ē tirānidis pessime · Verū aūt
rex intēdēs ad̄ cōe bonū ꝫ cognoscēs se diligi ab
ip̄is q̄ s̄t ī regno excellētes ꝫ nobles ꝫ multomagis ad
cōtrāꝰ p̄pōs per quos bona status regni ꝯ̄suari potest
nō p̄imit · s̄ saluat · Sc̄da cautela tirānica ē sapientes
destruē · videntꝰ n̄ se cōtr̄ dictū rēcte racōnis agē et
n̄o intēdē bonū cōe s̄ p̄priū · ꝗ̄dō vellet om̄s suos sub
ditos ēē ignorantes et insipos ne cognoscentes eorū nequiciā
insurgāt p̄plus cōtr̄ ip̄os · semp̄ · n̄ q̄ male agit odit lucē
et n̄o diligit sapiētes ne arguant opa eiꝰ · q̄re tirān
nꝰ cū mala s̄t opa sapiētes p̄ posse destruit Verū
aūt rex ecōtrario sciēs se s̄m rēctā rōnē agē saluat sa
pientes p̄mouet ꝫ honorat eo q̄ ip̄i cognoscentes bona
opa ip̄ius p̄plum cōmouet ad amorē ei̅ · Tercia ē disci
plina ꝫ studiū n̄o p̄mitte · tirānꝰ · n̄ · s̄ cū tirānꝰ est
n̄o solū sapiētes destruit s̄ etiā tenetat viā et nisi
ibi discipl̄inā ꝫ studiū ne efficiāt̃ aliqui sapiētes p̄p̄
· n̄ timet p̄ sapiāt deprehendi Verū aūt rex ecōnuerso
studiū p̄mouet et ꝯ̄suat uidēs q̄ p̄ ip̄m bonū cōe
ꝫ bonꝰ status regni ꝯ̄ p̄ncipaꝰ intēdit meliorāri h̄r · Quarta
ē nullas sodalites ut aliquas ꝯ̄gregaciones p̄mitte
· nō · n̄ · tirānꝰ timēs et eos q̄ s̄t in regno non ēē
sodales ne ēē sibiꝰ notos · Nā ut aūt ph̄s Notitia
fidem facit · cū · n̄ ipsi · q̄ s̄t h̄r notitiā alterius

Confidit de eo hic autem tirannus non diligit timet quod ne
cives de se confidentes propter iniurias quas eis infert contra ipsum
insurgant. Verus autem rex econverso permittit sodalitates civium et
vult cives sibi esse notos et de seipsis confidentes. Nam cum in-
tendat bonum commune civium et subditorum naturale est ut diligatur
ab eis. Quare vult eos esse confidentes et coniunctos quia tunc ma-
gis unanimiter diligunt bonum regis. Cum enim esset pluris populus
si cognoscerent se habere verum regem et diligere commune bonum si virtuosi
non diligerent verum regem. Quinta cautela tirannica est habere
multos exploratores et contentari non latere ipsum quicquid
a civibus agitur. Cum enim tirannus sentiat se non diligi a populo
eo quod in multis offendat ipsum, vult habere exploratores mul-
tos ut si viderint aliquod ex populo machinari contra eos aliquid
possint obviare illi. Immo quia cives credunt tirannum
habere exploratores multos non audent congregari ut machinentur
aliquid contra eum. Nam et si sint inter congregatos non exploratores
existerent et propter hoc timent ibi exploratores esse. Huiusmodi autem
exploratores verus rex habere non curat ad cives et ad
eos qui sunt in regno sed ad hostes et ad extraneos. Si vero
autem deceat regem habere exploratores in regno propter
aliquam causam quam ne populus insurgat in ipsum infra dicetur.
Ad presens autem scire sufficiat quod non sic debet rex exploratores
habere ut tirannus. Sexta cautela tirannica est non
solum non permittere sodalitates et amicicias sed eciam amicicias et
sodalitates inter cives conturbare et pervertere. Vult enim tirannus
turbare cives cum civibus populum cum insignibus, insignes
cum seipsis. Videt autem quod quamdiu cives discordant a
civibus et divites a divitibus tamdiu non possunt contra ipsum consili-
um potentie resistere. Nam tunc quilibet proprium timens alterum
neuter insurgit contra tirannum. Verus autem rex econtra
non procurat turbacionem existentium in regno sed pacem et con-
cordiam. Aliter enim non esset verus quia non intenderet commune
bonum. Septima est pauperes facere subditos adeo ut ipse
tirannus nulla custodia egeat. Vult enim tirannus subditos
nimis esse pauperes ut sic occupentur circa quotidiana
quibus indigent et non vacet eis aliquid machinari contra ipsos
nec oportet eos habere aliquam custodiam propter illos. Verus autem rex
quia intendit bonum subditorum non affligit ut depauperat

plures si magis preciat contra bona. Octaua est procurare bella
mittere procuratores ad partes extraneas et propter hoc facere bellare
eos qui sunt de regno quibus propter tota bellorum onera intenti non
vacent eius machinare aliqua contra tirannum. Verus autem rex
non intendit affligere subditos suscitando et procurando bella
eo quod intendat bonum regni. non vult ergo eos qui sunt de regno
sumere arma nisi pro defensione regni vel pro aliquo iusto
bello. Nona est custodiam corporis exercere non per eos qui
sunt in regno eo quod diffidat de illis sed per extraneos. verus autem
rex econuerso. Decima cautela tirannica est quod plures procurat
diuisiones et partes in regno eius vna parte affligere aliam ut
clauum clauo retundat. Rex autem econuerso non procurat diui-
siones et partes in regno. sed si que ibi existunt eas amouere desiderat

Quot sunt illa ad que reducuntur cautele tirannice et quomodo reges cauere debent ne efficiantur tiranni quia opera regia sunt optima tirannica vero pessima vi

OMNES cautelas tirannicas quas in precedenti
capitulo enumerauimus philosophus reducat ad quatuor. tiranni
enim quatuor intendunt. Primo ut subditi sint insipientes.
Secundo ut sint pusillanimes. Tercio ut se inuicem
non confidant. Quarto ut sint adeo depauperati et afflicti ut contra
eos non possint insurgere. Ad hec autem quatuor omnia predicta
reducuntur. Nam capitulum ad propositum spectat ad hec quod aliquis inuadat
vel machinetur aliquid contra tirannum ex aliquo predictorum quatuor
videtur procedere. Primo enim hoc potest accidere ex magnanimitate ut quia
insurgens est tanti cordis ut velit imponere magna. Secundo ex indu-
stria et sagacitate ut quia credit se tot adinuenire posse
vias et insidias ut valeat tirannum opprimere. Tercio potest
hoc contingere ex potencia. ut si insurgens confidit de amicis ciuibus
et credit se iuuari ab eis propter quorum potenciam tirannum
inuadit. Quarto hoc potest accidere ex nimio ocio ut si ciues
nimis sint opulenti et vacent nimio ocio. quia ciues humana
nescit ociosa esse. dum non occupantur ciues circa quottidianas
indigencias. excogitant sediciones quomodo possent turbare ciuitatem
et insurgere contra rectorem ciuium. Contra ergo hec quatuor procu-
rant tiranni opprimere excellentes. ut sui subditi sint
magnanimi et destruere sapientes et impedire scolas et
studium ut existentes in regno sint ignorantes et insuper non
permittunt sodalitates fraternitates ciues inter se ut de seruis

Non confidat de paupertate civium eos occupare in bello et
in aliis exercitiis ut non vacent otio. Hec ergo sunt cautele tyran-
nice veruntamen forte non est omnis tyrannus quia malum se
ipsum destruit et si sit integrum fit importabile sicut ut dicitur iiii
ethicorum et forte vix aut nunquam reperitur quis qui sit omnino
rex qui in aliquo tyrannizet. Sed tamen non quicumque semideus sit nihil de
tyrannide participat. Unde est ergo quod diversimode aliqui participant
de cautelis regum et aliqui de astutiis tyrannorum et tanto est melius
dominium quanto plus attendit ad regimen et est longius a tyranno
Volumus quidem utrorumque opera enarrare et enarrasse cautelas
describere. Quia opposita iuxta se posita magis elucescunt magis
non apparent opera regia esse optima considerando tyrannica esse pessima
ex hoc autem manifeste patet tyrannidem maxime esse fugiendam a
regibus quia pessimum de se est maxime fugiendum et optimum maxime
prosequendum. Quod detestabile est regiam maiestatem declin-
are ad tyrannidem quia quicquid corruptionis est in aliis
perversis principatibus totum in tyrannide congregatur

c. xi Adeo sensus hominum sunt ad malum proni
ut sit valde utile diversa via morum multis rationibus oste-
dere et multis rationibus probare malum et vitium de se
esse quid vile et fugiendum. Ut si una via non
inclinat ut malum vitet ad idem valeat ipsum ad fugiendum
malum. Propter quod ergo ostendimus tyrannidem maxime fugiendam
esse a regibus eo quod opera tyrannorum sunt pessima probare volumus
reges summa diligentia cavere debere ne convertantur in tyran-
nos. Continua quicquid corruptionis et iniquitatis est in aliis perversis princi-
patibus totum in tyrannide congregatur. Sicut enim ubi ex pre-
habitis tres principatus bonos et tres perversos dicebamus. Nam
quod si dominatur unus propter aliquod bonum est principatus regius et vo-
catur regnum si vero propter bonum proprium est perversus et nominatur
tyrannides. Sed si vero principentur pauci et dominentur quia boni
et virtuosi est regius principatus vocaturque aristocratia sive principatus
bonorum. Si vero dominentur non quia boni sed quia divites est
perversus et vocatur oligarchia. Si vero dominatur totus populus si in-
tendat bonum omnium quod accidit raro tamen insignium est principatus
regius et vocatur regimen populi. Si vero populus tyrannizet et in-
tendat oppressionem divitum est principatus corruptus et
vocatur democratia quod idem est quod perversio et corruptio populi
ad tyrannidem. Ergo corruptio principatus divitum et minorum

Dominium populi sit regimina pu̇sa · tirannides tamen est
peior principatu · Nam ut probat ph̄s vi poli · Nam cum per
uersitas est in unquo principatu diuitum et in p̄uso domi
nio populi · tota aggregatur in tirannide · quod sic patet · Nam diuites
si unquam dominantur recipiant ipsum ad presens pertrahit tam intendit
· vel pecunias · corporales delicias et custodiam corporis · Intendit
in pecunias · et quilibet principans intendit augmentum · sed quod
sic principatur videtur · Nam ergo aliquis principatur anima bona et uir
tuosa semper intendit ad opera magis bona et ad uirtutes
ut efficiatur melior et uirtuosior · Sed si principatur quia diues
ut magis principatu possit intendit augmentum diuitiarum et con
gregationem pecunie · quare si diuites unquam dominantur non
principantur ex bono · sed quia diuites sunt eorum intentio erit
circa pecuniam congregandam · Rursus diuites in quo pri
ncipatus intendunt delicias corporales et hinc voluptates
sensuales · Nam sicut quis vult aliquid et vult ad ea intento magis
ad quod id ordinatur · ut si quis vellet potionem multo
magis vellet sanitatem ad quam potio ordinatur · Cum ergo
homines quantum et maxime diuites voluntate pu̇sa ordin
ant pecunias et delicias ad delectamenta corporea et ad vol
uptates sensuales · sequitur quod diuites unquam dominantur et
intendentes non quere bonum · sed pecunias volunt intendere et cor
porales voluptates · Tercio diuites sic principantes
maxime solliciti sunt circa custodiam corporis · Nam nisi spreto omni
bono intendat ad pecunias et ad voluptates corporales in
in multis offendat populum · Nam ut tales pecunias habeat depreda
ciues ut non voluptatibus seruiatur sorores stuprat et infert totum
malum ciuibus quantum ad uxores et filias · videtur ergo sic esse
odiosus populo ymmo non credit se tutum · sed est dubitans
de furia populi maxime sollicitatur circa custodiam corporis · quam
aut hec tria mala reperta in p̄uso principatu diuitum congregata
sunt in tirannide · sed tirannus ut supra dicebatur non inten
dit bonum commune sed pecunias · Rursus non intendit bonum honestum
sicut ut dicebatur · sed delectabile · Tercio tirannus maxime
sollicitatur circa custodiam corporis · eo quod uideat se plurimos
offendisse · Legitur enim de quodam tiranno quod a fere
sio increparetur quotiens · quare semper tristis incederet et quare
nunquam hilarem vultum ostenderet · tirannus ille volens

Ad eandem causam quia eum expoliari fecit et ligari et super
caput eius gladium acutissimum pendere tenuissimo filo apposuit
fecit circa ipsum quosdam homines cum balistis sagittis
appositis stare faciebat. et cum frater eius timore horribili
invaderetur timens ab acuto gladio vulnerari et balistis
perfodi. ait tirannus gaude frater hilarem ostende vultum
respondente illo quomodo non possum propter imminentia pericula inquit
tirannus quomodo nec ipse gaudere poterat. cum in maiori periculo
existebat. quia in tot hostes fore fecerat quod semper de morte du
bitabat. Valde ergo expedit regi ne convertatur in tirannidem.
Nam tirannus cum habeat quasi perditam vitam etiam quantum ad hanc temporalem
vitam vix una die bona habet. eo quod semper videat sibi pericula
imminere. Rursus pecunias non tantas habent tiranni quantas veri
reges. tum quia oportet eos multa expendere superiori custodie cum quia
viris insignibus plus donatur ex amore quam tirannus proveniat ex
predatione populi. ex predictis non solum tirannizantes plus pervenissent
egestate quam alios veros reges. delectamenta etiam corporalia
non tot habent tiranni quot veri reges. Nam habere amicos
et diligi a populo est maxime delectabile. non confidere de aliquo et
credere se odiosum multitudini est maxime instabile. privatur ergo
tirannus maxima delectatione cum videat se esse populis odi
osum. Rursus tirannidem cavendam esse quia mala innumera principatus
diminuti congregantur in ea. Restat videre eam esse cavendam. eo
quod est et ea propter congregantur mala plurimorum principatuum populi. cum
non populus principatus perverse non intendit quemlibet conservare in
suo statu. sed satagit opprimere nobiles et singulos. hoc
etiam tirannus facit. quia ut patet ex habitis ipse pro viribus
nititur opprimere excellentes et premere divites et insignes.
Summe ergo est cavenda tirannides a rege ubi quasi tot
mala congregantur. Capitulum summe expedit regibus gu
bernare populum et cavere ne tirannizet quia multis modis
contingit subditos insidiari tirannis

xliii Quoniam hunc librum composuimus propter erudicionem
regum et principum. ut recte et debite guber
nent populum sibi commissum eum deviare a recto
regimine sit tirannizare et iniuriari subditis
et non intendere eorum bonum. licet pluribus viis ostendimus per
iam dicta detestabile et periculosum regie maiestati
tirannizare et non recte gubernare populum non piget adhuc

Nonat vias adduc[tas] ad ostendend[um] h[oc] q[uo]d volu[m]us aut declarare in hoc c[apitul]o quod q[uia] multis de causis subditi insi-
diant[ur] tirannis et q[uia] e[st] valde periculosa vita tirannica
[et] deviatio a recto regimine. Ideo reges tirani pervigili
studio debent ne declinent a recto gubernaculo in tirannidem.
Narrat aut[em] ph[ilosoph]us v[o] pol[iticorum] sex causas q[ua]re subditi tiran-
nis insidiant[ur]. Prima e[st] p[ro]pter timorem. Nam multi pusillanimes
existentes ad minus timent et non credunt se posse evadere
quasi desperantes invadunt alios [et] efficiunt[ur] probi. Unde
et proverbialiter dicitur q[uod] in nimis fugas timidum vi compellit
audacem ipso esse. Sic et aia alia q[uae] multum timent ho[minem]
et non credunt se ledi ab eo. Ideo ad iniquam invadunt
ipsum bestie. Ergo vero plurimum timor compulsus insidiant[ur]
ho[min]i [et] invadunt eum. Hoc ergo modo multotiens subditi
insidiant[ur] tiranno [et] p[er]imunt ipsum timentes se offendi
ab eo. Secunda causa e[st] p[ro]pter quam subditi tiranno insidiant[ur] est
iniuria quam passi sunt ab ipso. Vale e[st] enim desiderare
vindictam. Propter q[uod] Homerus dicebat iram dulciorem esse
melle q[uia] e[st] appetitus pene in vindictam. Q[uia] ergo sic delecta-
bile e[st] vindicatas exposce[re] multi insidiant[ur] tiranno et
p[ro]pter vehementem iram aliquando invadunt ipsum volentes illatas
iniurias vindicare. Tertio insidiant[ur] aliqui tiranno et
aliquando p[er]imunt ipsum q[uia] ut plurimum tiranni fiunt p[ro]p-
ter q[uod] se contemptibiles reddunt. Nam cum non q[uae]rant bonum com-
mune sed delectationes corporales ut plurimum non sunt sobrii sed gulosi
ubi non sunt casti sed dant operam venereis et ea
h[ec] agentes se contemptibiles reddunt et de facili inva-
duntur. Exemplum hoc[rum] ut recitat ph[ilosoph]us v pol[iticorum] habemus in Sar-
danapolo et Dionisio. Sardanapolus enim spreto omni bono
tom[en] se dedit venereis, quidam non dux contempnens
eum eo q[uod] vitam pecudum elegisset invasit [et] p[er]imit ip-
sum. Et etiam Dionisius tirannizans et curans magis de
gula q[uam] de bono com[m]uni contempnebatur a subditis eo q[uod] esset
p[ro]pter hoc ebrius. Quidam ergo nomine Dyon videns ipsum
q[ue] p[ro]pter esse ebrium p[ro]pter despectum insurrexit contra ipsum. Quarto
h[ic] sicut contingit aliquando p[ro]pter honorem aliquando p[ro]pter lucrum adipi-
scendum. Nam cum honor et gloria inter bona exteriora sit bonum
maximum multi videntes tirannum non querere nisi honorem
et gloriam propria et non honorare subditos [et] non querere
bonum commune volentes adipisci honorem [et] gloriam quam aspirant

In tirano invadit eas et primo. Sic etiam quia multi reputant
pecuniam esse maximum bonum videntes tirannum non intendere
nisi ad lucrum proprium et ad congregandam pecuniam invadunt eum
ut accipiant thesauros suos. Vnde dicit .v. politicorum quod quidam
tirannos invadunt videntes lucra magna et honores
magnos existentes in ipsis. Tertio fiunt insidie tirannis
ab aliquibus ideo ut possideant monarchiam sive ut videantur
facere actiones aliquas singulares. Volunt enim aliqui esse magni
nominis et ideo aliqua facta videntes ut nomen fiant
aliquid insigne et aliquod singulare factum. Et quia insurgere
contra tirannum reputatur ipsum valde stupendum. Ideo
contra ipsum insurgunt. Sed tales propter hanc causam facientes
impetum contra tirannum ut ait philosophus sunt paucissimi immo
supponunt ergo omnes se includere tantum ut salvent. Sexto
contingunt aliquos insidiari tirannis et primo ipsos ut
libenter patiantur ab oppressione eorum. Hec ergo de causis fiunt
insidie contra tirannum. Nec ergo stant insidie contra regiam
maiestatem. Et ne rex semper dubitet ne perimatur a sub-
ditis, summa diligentia cavere debet ne convertatur in tirannum.
Nam si non inimicatur subditos et contemnit et spoliat et non
eligit vitam bestialem et contemptibilem honorat insignes
et alios existentes in regno ut requirit eorum status non de-
cipiat ut opprimat eos quod dicitur de ipsis se habet non ut tirannus
sed ut verus rex inducit omnes existentes in regno ad amorem
eius et tollit ab eis omne malum et tamen contra insidias ipsius.

Quod maxime rex cavere debet ne efficiatur tirannus eo quod pluribus
modis corrumpuntur tirannides quam regum principatus

XIIII Licet per multa capitula precedentia induxerimus
reges et principes ut non tirannizent sed ut
recte regant populum sibi commissum adhuc tamen
hoc eo volumus aliis rationibus adducere ostendentes
quod si reges cupiant suum durare dominium summopere stude-
dent ne efficiantur tiranni. Eo quod tirannides et principatus
pravi et pluribus de causis corrumpuntur quam recti et regales principatus.
Narrat autem philosophus v politicorum tres modos corruptionis ti-
rannidis dicens tirannidem corrumpi a se et a tirannide alia
et a regno. Corrumpitur enim tirannides a seipsa ut
dicebatur supra quando seipsum corrumpit et se integrum sal-

Importabile sit tirannides ergo propter perversitatem et malignitatem
quam continent ipsam corrumpunt et durare non possunt. Ideo dicitur in
Politicis quod tirannides quanto iniquiores tanto minus durant. iusta
in urbanitatibus firmant. quare cum a iusta recedunt propria via
ut corrumpatur principatus etc. Politia ergo quanto magis de se
a iusta recedit. tanto ex se licet ut facilius corrumpatur.
Reges ergo et principes si volunt suum durare dominium
summe cavere debent ne a iustitia declinantes in tirannidem
convertantur. et si eos aliquo tirannizare contingat saltem ti-
rannidem pro viribus moderari debent. Quia quanto remissius
tirannizabunt. tanto melius et durabilius principabuntur.
Secundo tirannides corrumpuntur ab alia tirannide contraria.
Nam licet bonum non contrarietur bono. eo quod bonum sit unico
modo. malum tamen potest contrariari malo. eo quod esse habeat
multipliciter. Contingit enim uno modo peccare secundum quod
in hiis non est diversitas nec contrarietas. sed contingit multipliciter
declinare ab ipso. quare in declinantibus contrarietas potest
esse. Ut si in aliquo apponitur parvo proiectum ultra signum
contrariatur proiectori citra et proiectum in dextram contrariatur
proiectori in sinistram. sic et in proposito. Dicitur et in proposito
principatus rectus non contrariatur recto principatui. sed
perversus. Unde ergo tirannides potest contrariari alii et
corrumpere ipsam ut tirannides populi contrariatur tirannidi
multitudinis et una monarchia tirannica contrariatur alii. Cum enim
aliqua monarchia vel aliquis unus princeps tirannizat
in populum. quia tales oppressi nolentes sustinere tirannidem principis
insurgunt et tirannizant in ipsum. eum perimentes vel expellentes.
totus ergo populus efficitur quasi unus tirannus contra principem
et tirannides populi corrumpit tirannidem monarchiae. sic et
una tirannides monarchica corrumpit aliam. quia multotiens unius
monarchae tirannus insurgit in aliud ut obtineat principatum
eius. debent ergo cavere reges et principes ne tirannizent
cum tot modis dissolvatur tirannicus principatus. Ideo di-
solvitur tirannides non solum propter se ipsam vel tirannidem
aliam. sed propter regnum. Nam non solum malum contrariatur malo. sed
etiam bonum malo contrariatur. non solum ergo tirannus tiranno
obviat. sed et rex si videt expedire tiranno se opponit.
Tot ergo distinctionibus expositum est tirannus et tot modis

Nec solum hec eius principatum reddunt ad dominium non tot periculis
expositum ut tot modis hec dissolvi. Nam quia tyrannus satagit
per omnibus viis contrarium opprimere, cum tamen verus rex velit regi se
no opponit. Nam omnia bona et virtuosa persequitur, ad hos virtuosos
secundum eos posse salvat et promovet. Eo quod ipse quasi actibus
bonis et virtuosis se opponet, destruet bona et virtuosa
et. Decet ergo regiam maiestatem summo studio cavere
tyrannidem, ne predictis periculis exponatur.

**Que sunt que salvant dominium regium et quid oporteat regem facere ut se in suo principatu preservet**

xv Ponit autem philosophus in quinto politicorum decem que
politiam salvant, et que oportet facere regem
ad hoc ut se in suo principatu preservet. Primum
ne permittat in suo regno transgressiones modicas.
Nam multe modice transgressiones, ut ait philosophus, equivalent
uni transgressioni magne. Sic multe parve expense
equivalent uni magne sumptui. Parve ergo transgressiones
quia multe sunt disponunt ad transgressiones ma-
gnas. Nam quia minima ingerunt paulatim, ergo destruunt
in maiora. Principiis ergo est obstandum et in ibidem simul-
obligationes et modum. Secundum preservans politiam et regem
regium est hoc, ut in hiis qui sunt in regno introducendo eos
ad aliquos principatus, honorando eos et non iniuriando
no eis. Nam ut dicit philosophus in politicis, hoc inter ceteris non
solum preservat politiam regalem, sed et principatum ex hoc
durabiliorem reddit, dato quod in ipso aliquando sit obliquitas
aliqua. Tertium est mittere timorem hiis qui sunt
in politia. Nam corruptiones longe secundum rem appropinquare
scilicet secundum timorem politiam salvat. Cives enim magis sunt
subiecti principi et plus ei obediunt si de exterioribus
corruptoribus timeant. Guerra enim exterior tollit seditiones
intrinsecas et reddit cives magis unanimes et concor-
Exemplum des. Exemplum hic habemus de Romanis quibus postquam defecerunt
exteriora bella inter se ipsos bellare ceperunt. Est autem
hec cautela utilis solum duobus principatibus, ut princi-
patui constituto ex hominibus astutis ad bella et prin-
cipatui in quo cives noviter regnare ceperunt homines
non bellatores et astuti ad prelia quibus non fuit mo-

Virtutibus cum aliis inseri de fortitudine. Sed per viii politicorum
aristotiles fero quod diximus est in alio genere civilitatem habet
sed si dum vivant ociosum rubiginem contrahit. Sed et
tales bellatores fiunt obedientes principibus vacantes
vero nesciunt se debite habere. Quare talibus ut debite
se habeant sunt inveniendi sunt timores bellici et corrup
tiones extrinsece. Quarta sed quibus super aliquos de novo
principatur tempore quod cum talem principatum faciliter insurgere
vel timens insurgat contra principem et ut magis unanimiter
obediat illi incitandi sunt eis timores de extraneis
periculis imminentibus. Sed si regnum diu in statu perstitit et
diu rex sit naturalis. ita quod quasi maior hominum non sit ex
quo rex et antecessores sui optinuerunt hunc principatum
tanta cautela non magnam utilitatem habere videtur.
Quinto aiunt quod policiam salvare videtur est cavere
seductiones et contenciones nobilium et hic possunt eis leges quod
legibus non de facili contradicatur. Sunt enim in regno ta
les leges instituende ut per eas sedari possint con
tentiones nobilium. Nam baronibus dissentientibus fiunt
dissensiones in regno et plures fit preparatio ut dis
solvatur regimen principatus. Sexto est diligenter aspicere
quid se habeant quos maiestas regia honorat et pro
movit ad aliquam potentiam vel ad aliquem principatum
vel magistratum. Nichil enim adeo regimen conservat et policiam
salvat sicut perfice homines bonos et virtuosos et eo
sunt eius dominia et principatus. Quare maxime salvativum
policie est regiam maiestatem considerare diligenter quos
preficit vel aliquibus magistratibus et si bene se habuerint augere
eorum dominia. Si male minuere. Vel adeo male se
habere possent quod essent totaliter a dominio removendi vel
etiam capitali sentencia condempnandi. Sexto est nulli velle
magnum dominium conferre. Nam magna dominia ex mera
bonitate fortune tenent ut plurimum corrumpunt mentes
hominum ut fiant transgressores iusticie. Est autem
hec cautela maxime utilis ad homines de quibus rex
certam et diuturnam experientiam non accepit. Septima

Potissime observandum est ne aliquis recte constitutae aliquibus in maximo
principatu. Septimum salvans regnum et principatum est regem sive
principem habere dilectionem et amorem ad bonum regni et ad
politiam regni vel quam principatur. Quia nunquam non amat et placi-
tat et timet ne aliquod inconveniens accidat circa amatum.
timor autem consiliativos facit ut dicitur ii Rhetoricorum
ubi ait est magis sola vel sunt multa consilia. Quare si rex
bonum regni diligat salvabit regnum quia timebit ne in
regno adversa contingat adhibebit multa consilia
quae possint bona regni promovere et periculis imminentibus
obviare. Octavum salvans regnum et politiam est habere
civilem potentiam. Nam ut dicitur in magnis moralibus iustitia
urbanitatem conservat. Sed iustitia in regno conservari non potest
nisi per civilem potentiam puniantur transgressores iusti. Habere
multos exploratores et multos inquisitores investi-
gantes facta civium et invenientes viam attemptare quod
expedit et quo prius eadem ratione sive vitium debet
rex habere si vult salvare politiam. Nam quia huius rationem
reddere non potest signum est quod ex furto vel ex male ab-
lato vivit. Sic ergo faciendo poterit servare iustitiam et preser-
vare regnum a maleficiis et a transgressoribus iusti. Nonum
maxime salvans regnum est esse regem bonum et vir-
tuosum. Nam ut dicitur v Politicorum custodia vita regni est custodia
civibus et regni quam in dure excitatus. Nam in dure excitatus
potissime regnum exigentia. Sed custodes civibus et regni
oportet quod sint virtuosi et excellentes. Vel solemus tales dicere
non talem esse quam semideum ut sicut alios dignitate et potestate
excellit sic et eos bonitate superet. Hoc ergo maxime salva-
bit regnum et politiam si rex sit bonus et virtuosus. Quia
tunc maxime intendit bono regni et communi. Decimum
est regem non ignorare quae sit sua politia. Sed quae
principatur et quae ea salvare possunt et corrumpere. Et alia
autem maxime sunt potiunt per experientiam. Nam ad quae dum
expertum est regni negotia de levi arbitrari poterit quae bo-
num statum regni corrumpit et salvat. Decet ergo regem
frequenter meditari et habere rationem praeteritorum quae contigerunt

In regno quo meditata fuerint et quo temporibus retractis
melius consiliata sint bonus status regni. ut sciat co
gnoscere quanta perimantur debeat et que conservant et sal
vant regnum et gubernatorem regni. qui hec ignoraret
recte regnum gubernare non poterit

Que sunt consiliabilia et circa que consilia oppor
tet adhibere xvii

Declaratum supra quatuor esse consideranda in regimine
civitatis vel principis consilium pretorium et populi
concionem. Quia ergo auxiliante deo distinximus quot sunt
genera principatus et determinavimus de principe et qui
illorum sit rectus et quis perversus et declaravimus regnum esse optimum prin
cipatum et tyrannidem pessimum. manifestavimus quod sit regis
officium et que oporteat ipsum facere ut recte regat populum
sibi commissum. Probavimus etiam multis viis decere reges vigi
lem curam assumere ne convertantur in tyrannidem. Ostendimus etiam spec
tat ad principis negotium sufficienter. tractavimus etiam quia principem
sit diceda. Restat ergo de consilio prosequi quod tractanda
sunt circa ipsum. Ut dicit philosophus in iii ethicorum. consiliabilia utique
sunt non pro quibus consiliatur insipiens et insanus. sed pro
quibus sapiens et intellectum habens. Ideo primo videndum est
que sunt consiliabilia et circa que debent fieri consilia ne
tamquam ignorantes consiliari velimus de quibus consilia
non sunt adhibenda. Possumus autem tangere sex quantum ad
presens spectat. que sub consilio non cadunt. Quod enim
cumque sunt non mutabilia consilium nostrum subterfugiunt.
Nam ideo consiliamur ut regulemur in actibus nostris
et ut vitemus mala et ut consequamur bona que vero
vitari non possunt et que immutabilia non subiacent nostro con
silio non cadunt. Ideo dicitur iii ethicorum quod de eternis
idest de immutabilibus nemo consiliatur. Nullus enim querit
consilium de dyametro quod est incommensurabilis coste vel de
quocunque ad immutabile. Ergo inconsiliabilia non sunt que
cumque mobilia sed semper uniformiter sic moventur. Nam
que semper uniformiter moventur sed per hec ut sic quandam
necessitatem habent. consiliabilia autem non sunt ~~sed contingentia~~
sed contingentia. Ideo dicitur iii ethicorum quod de hiis qui
semper sunt in motu et que semper uniformiter moventur. puta de

De motibus solis et de ortibus siderum non consiliamur. Videmus enim ea moveri licet semper sint in motu nec per nostra opera immutari possunt eorum cursus. Ideo circa talia non est consilium. Si autem circa talia cadit consilium hoc non est nisi sic: si possunt deservire actionibus, ut quia aqua humana opera congruentius fiunt tempore calido, aliqua vero tempore frigido. Cursus siderum qui inducere habet secundum diversa tempora calorem et frigiditatem non per se sed prout possunt sub consilio cadere, ut sciamus quo tempore que opera sunt facienda. Tertio non sunt consiliabilia etiam que fiunt frequenter et fiunt a natura. Ideo de imbribus qui semper fiunt tempore hyemali et de coruscationibus que sepe contingunt tempore estivali non habet esse consilium quia talia naturalia sunt et non dependent ex operibus nostris. Ideo de hiis non consiliamur nisi ut deserviunt operibus nostris. Hic ergo non est consilium circa ipsa sed circa eorum cursus siderum et circa alia deservientia humanis actibus. Unde ergo dicitur in Ethicorum 3° de siccitatibus et imbribus non est consilium. Quarto non sunt consiliabilia etiam que fiunt raro et ex fortuna contingunt. Nam contingit consiliari de electione vel inventione aliquis adipiscitur que ergo preter intentionem eveniunt consiliabilia esse non possunt. Ideo dicitur in Ethicorum non esse consilium de hiis que sunt a fortuna puta de thezauri inventione. Quinto non sunt consiliabilia etiam omnia humana opera. Nam non cadunt sub consilio nostro opera illorum hominum quorum per nostra non immutari possunt. Ideo dicitur in Ethicorum quod qualiter Scythe sic optime conversentur nullus Lacedemoniorum consiliatur. Sic etiam nec Gallia consiliatur qualiter optime vivant Indi. Consiliabilia ergo non sunt immutabilia neque sunt semper uniformia nec sunt a natura nec a fortuna neque omnia humana cadunt sub consilio, sed solum consiliamur de hiis que sunt operabilia per nos. Unde dicitur in Ethicorum: unusquisque autem hominum consiliatur de operabilibus hiis que per ipsos fieri possunt. Sexto non sunt consiliabilia omnia que per nos fieri possunt. Nam quamvis finis per opera nostra adipiscatur tamen sub consilio non cadit. Nam consilium non est de fine sed de hiis que sunt ad finem. Oportet enim in consilio presupponere finem intentum et non consiliari de ipso sed de hiis per que consequi possumus.

Aliud medicus enim quia finaliter intendit sanitatem non consi-
liatur utrum debeat sanare egrum. sed hoc accipit tanquam finem et
notum egrum sanandum esse. et consiliatur de viis per quas facilius
et melius sanet. Sic rector civitatis et regni consiliatur
utrum cives inter se pacem habeant. et utrum regimine
oporteat esse in bono statu sed hoc accipit tanquam certa
et nota et consiliatur quomodo haec melius fieri possint. Sunt
ergo consiliabilia quae dependent ex operibus nostris et non sunt
finaliter intenta nec se habent ut finis sed ut ea quae sunt
ad finem

## Quid est consilium et qualiter sunt consilia facienda. XVII

Est autem omne consilium quaedam quaestio ut dicitur vi
ethicorum. consilians sive bene sive male consiliatur
querit aliquid et ratiocinatur. propter quod quicunque con-
siliatur querit. ordo tamen e converso. Nam ut dicitur iii ethicorum
Licet omne consilium sit quaestio non tamen omnis quaestio est consilium.
Si enim consiliabilia sunt solum quae dependent ab operibus nostris
consilium erit quaestio non de quibuscunque tamen. sed solum de agibili-
bus humanis. Possunt autem circa speculabilia et circa naturas
rerum et circa aliena fieri quaestiones multae. sed huiusmodi quaestiones consi-
lia dici non debent. Viso quid est consilium. quia est quaestio agibilium
humanorum. Restat videre qualiter est consiliandum. et quis modus in consiliis
habet deservire. Sciendum autem quantum ad praesens spectat sex obser-
vanda ut sciamus qualiter sit consiliandum. Primum quia quanto aliquid
est magis determinatum. tanto minori eget consilio. ymo si omnino
esset determinatum nullo egeret consilio. Ideo dicitur in iii ethicorum
quod circa certas operationes disciplinarum. puta de litteris non est
consilium. Non enim consiliatur scriptor nisi sit omnino ignorans
de litteris qualiter debeat scribere litteras. quia hoc sufficienter determinatur
per artem scribendi. De hiis ergo sunt consilia quae possunt fieri per nos et
non sunt omnino certa et determinata qualiter fieri debeant. Ideo du-
bitamus et consiliamur circa ipsa. Est ergo unus modus
in consiliis adhibendus ut quo magis aliquid factum regni vel ipsorum
illud pluribus modis fieri potest. et quanto minus videtur certas et de-
terminatas vias. tanto per plura tempora est consiliandum ut de illis
viis facilior et melior eligatur. Secundo est in consiliis attendendum
ut non consiliemur de quibuscunque. sed de magnis. dicebatur enim
supra quod timor consiliatores facit. Cum ergo consiliatur videtur
timere et dubitare ne aliquo infortunio contingente deficiat a
consecutione optati boni vel incurrat aliquod dampnum

Uel aliquod aliud malum quod sit ita valde modicum ut quasi sint
apta nata efficere parvum bonum. vel prohibere modicum malum
non sit consiliandum. Quintus ita modus attendendus in consiliis ut de
magnis consilientur. Sexto non consiliari volumus deinde alios
nobiscum assumere inter quos consiliari de negociis fiendis.
Nam licet non omnes scire possit invenire vias et modos ad
aliquid peragendum imprudens est qui pro suo capiti innititur
et renuit aliorum audire sententias magne. ii. p'decime est in con
siliis sunt hic modus ut non aliis conferamus quod agendum
quod ex duobus patet. Nam consilia ut dictum est debent
esse de rebus magnis. Cum in talibus autem non decet sibi omnino
credere et proprio sensui inniti. sed decet alios ad se vocare. sciens
quod plura percipit cognoscere multi quam unus. Adeo dicitur iii ethicorum
quod consiliatores assumimus in magnis discredentes nobisipsis
velud non sufficientibus. Rursus hoc idem patet ex eo quod consi
lium est circa agibilia particularia in quibus multum valet experientia.
Nam in talibus ut dicitur i ethicorum. Plus proficit expertus quam arti
fex. cum ergo plures plura experti sint quam unus solus
decet ad huiusmodi negocia alios advocare. ut per eorum consilium
possit eligi via melior. quales esse debeant consiliarii
advocandi in prosequendo patebit. Octavo est in consiliis atten
dendum ut secreta habeantur que ibi dicuntur. Nam multa
negocia disturbantur ex revelacione consiliorum. Inde forte con
silium nomen accepit. dicitur enim a con quod idem est quod
consedium. quia ibi plures simul consedere debent. Vel forte melius
dicere possumus quod consilium dictum sit a consilio. ut ideo
dicatur esse consilium quod simul aliqui plures silent et tacent.
Nam maxime est hoc ex consiliis vitandum negocia communia
et facta regni ut unusquisque consiliarius adiecto dilec
tione privata non solum aspiciat ad commune profectum. et ut regni
profectus impediri non possit. secrete tenere decet que ibi sunt
dicta. Hoc enim fuit quod apud Romanos temporibus exaltavit
facultates consiliarium quibus cum aliquis pro consilio in eorum auribus
dicebatur adeo secreta erat ac si non audisset id. Unde
Valerius maximus ii libro de factis memorialibus capitulo
de institutis antiquis commendat Romanos consiliatores
aut tam sit fidele et altum erat secretum consistorium reipublice
silenti quod salubritate munitum cuius limen intrantes abiecta
privata dilectione ita dilectionem publicam induebant ut non dicam
unum sed neminem audisse credens quod tam multorum auribus
fuerat commissum. Nono est in consiliis attendendum ut non loquatur

Ubi placentia sed vulgariter adulatores, id est, dum principum placere
student vel placentes et placentia pluraliter exponit pro eo quod
toto principatu vel toto regno. Unde est ergo quod quidam sapiens
custodes nomine dicebat consiliarios duo in se habere debe- consiliarii debent in se duo habere
re: ut essent plani et manifesti vel comparatores consiliatorum
ne essent placentes quia essent adulatores plus curantes
loqui placentia quam vera. Sic etiam ut recitat pri iii Retho-
ricorum poeta nomine Alexander videns principem in consiliis
esse sectarium etiam vedecum quemdam eius dicebat iste est
qui consilit atque dicet quod ab eo cuius consiliatores
dicuntur non decent sed magis forte adulatores. Sexto est in
consiliis attendendum ut diu consiliemur et si adsit opportuni-
tas cito in opere exequamur. Nam cum adest opportunitas op-
erandi si recte volumus et non id faciamus, hoc est quia ignoramus
an expediat id fieri. Bene ergo se habet diligenter quodlibet nego-
cium arduum discutere an sit utile id facere, sed postquam per
diuturnum consilium est recte cognitum quid fiendum, si adsit op-
erandi facultas, promptissime operari debemus. Ideo dictum est quod
sexto Ethicorum quod consiliari oportet multo tempore, operari autem
prompte et quod oportet consiliari tarde sed facere consiliata velociter.

## Quales consiliarios deceat assumere regiam maiestatem. XVIII

OMNIA autem illa que habere debet bene persuadens
et bene creditus apparenter expedit ut habeat bonus
consiliarius existens. Nam ex hoc aliquis persuadet in
consiliis et creditur dictis eius quia estimatur esse bonus
consiliarius ad persuadendum. Sed ad hoc quod aliquis sit bene cre-
dibilis non oportet ipsum esse existenter talem, sed sufficit quod videatur
ut appareat talis esse. Nam homo iudicat que foris patent
et ex apparentibus quando sufficienter fit fides et redditur aliquis
credibilis si estimet illum bonum esse consiliatorem. Sed ad hoc
quod bonus consiliator existat non sufficit quod sit apparenter talis
sed requiritur existentem talem esse. Bene ergo dictum est quod omnia que
bene persuadens habet apparenter bonus consiliator existenter
habere debet. Quare si scire volumus quales consiliarios habere
deceat regiam maiestatem, oportet scire quot sunt in consiliis conside-
randa; scire expedit quot modis persuadetur hominibus vel quot modis
fit eis fides et inclinantur ad credendum huiusmodi auditores. Heccine
sciendum est quod in omni locutione tria est considerare, videlicet ipsum
qui loquitur, auditores ad quos loquitur et rem de qua loquitur. Primo
ergo esse potest quod persuadetur auditoribus et inclinantur ad

Secunda Pars

Credendum hominem auditores ex parte dicentis quod contingit si di-
cens sit bonus vel credatur bonus. Nam bonis hominibus etiam
si nullas rationes assignare sciant, creditur eis cum faciunt
fidem auditoribus. Sic unica fides sumit originem ex parte dicen-
tis quia dicens creditur esse bonus. Nam tales mentiri nolle
de facili credimus eorum dictis. Secundo potest fieri credulitas audito-
ribus ex parte ipsorum auditorum et contingit si persuadens sermones me-
cum sit benivolus et amicus, vel saltem credatur esse benivolus
et amicus. Nam quia homines contingit et ut plurimum decipiuntur
circa seipsos et credunt se plus valere quam valeant et esse magis
sapientes quam sint, ideo in negotiis fiendis contingit credunt homines
plura videre quam videant et magis loqui ad propositum quam loqu-
untur. Sic quia autem reputat alterum ipse contingit decipiuntur homines
circa alios. Nam ad ut dicitur in Rhetoricorum amantes et odientes non pariter
iudicant. Quare non est ut amicorum factum ut plurimum compatimur in bonis
et inimicorum in malis compassionamur. Nam circa amicos sic, circa nos
ipsos ut credamus eos plus valere quam valeant et esse meliores
quam sint. Quare si auditores credunt benivolum et amicum vel eis
quod estimant tales esse, hec credulitas sumit originem ex parte
ipsorum auditorum ad quod est sermo quia ex se persuadentur et incli-
nantur ut fidem adhibeant eis quos putant amicos esse. Tertia
fit credulitas ex parte ipsarum rerum. Hoc contingit si dicens sit
prudens. Nam prudentis est scire et cognoscere ipsas res et
ipsa negotia agibilia. Circa ut dicitur primo Ethicorum unusquisque
iudicat de hiis que novit. Ex ipsis ergo negotiis et ex ipsis re-
bus de quibus loquitur prudens quia ea scit cognoscere et iudicare facit
fidem auditoribus. Hec autem credulitas et hec persuasio est per se.
Nam idem se credibilem et bene persuadere per se est ex ipsis rebus
et ex ipsis negotiis de quibus loquitur scire assumere rationes
et argumenta per que fides fiat audientibus. Et quia prudentes
sciunt hoc facere et quia estimantur prudentes estimantur etiam facere,
Ideo ad hoc quod aliquis ex rebus de quibus loquitur fidem faciat
vel oportet quod sit prudens vel quod credatur esse prudens. Omnis
ergo persuadens vel omnis cuius dictis creditur et adhibetur
fides vel oportet quod sit bonus vel quod amicus vel quod prudens et si
non existenter apparent saltem. Itaque cum dictum est quod bene
persuadens et cui fides adhibetur oportet habere apparentiam, oportet
quod bonus consiliator habeat esse existenter. Tantis autem quales consi-
liatores decet habere regiam maiestatem, quia oportet querere tales
qui sint boni et amici et sapientes, ut si boni sunt non mentiantur

Racione sui · quia bonis displicet omne malum et omne detestabile Mediatum autem ut dicitur iiii ethicorum per se est malum et detestabile Secundo consiliarii debent esse non solum boni sed amici ut non solum non intendant bonum suum qui loquimur et quod consilium prebent sed circa bonum eius ad quem loquuntur et cui consilium prebent Nam amicorum est amicabiliter proponere vera et bona consilia Tercio consiliarii debent esse sapientes · quia non intendant ex parte rerum de quibus loquuntur · quia cognoscent negocia agibilia et sciunt quomodo sit agendum Hec autem tria quasi necessaria sunt in consiliariis videlicet bonitas · amicicia et sapiencia Nam ut recte consulant sicut patet ex dictis debent esse boni et sapientes et amici

## Quot oportet scire consiliarios et circa quot sunt consilia adhibenda xix

Si considerentur dicta philosophi primo Rethoricorum quinque sunt de quibus consiliatores omnes videlicet de proventibus · alimento · custodia civitatis · de pace · de bello · et de legislacione Circa hec ergo quinque oportet consiliatores esse instructos Primo enim contingit esse regis consilium circa proventus in quo sunt duo attendenda Primo ne male status regni aliquos proventus iniuste usurpet a suis civibus Probabatur enim supra regem debere esse talem · quod esset bonus et virtuosus politiam diligeret · existentes in regno promoveret et honoraret quod esse non posset si bona civium que sunt in regno usurparet iniuste Rursus est attendendum ne de suis proventibus defraudetur Expedit enim regno consilium quod viribus salvetur iura regis · et quod huiusmodi bona ordinata sint ad bonum commune · ut ad defensionem regni et ad bonum statum civium Decet ergo consiliatores scire structus et proventus regni quos oportet pervenire ad regem quot et quanti sunt · quibus si quibus est superfluus et iniuste acceptis auferatur · si quibus vero deficit vel est diminutus apponatur et augeatur Secundo oportet esse consilium de alimento ut sciatur utrum civitas et regnum cui principaliter rector sufficiat sibi in alimento · et de defectibus ad sufficienciam vite considerandum est enim quantum alimentum est de regno vel civitate quantum ipsius regni et quantum est ibi adducibile et quomodo inductione adduci valeat ut circa hec debita consilia et debite ordinaciones fieri possint Nam enim modicum videtur est circa alimenta · ut quia civitas habet sufficienciam ad vitam habeat · quia aliter iam non esset civitas · et de huiusmodi sufficientibus ad vitam sicut debent debite communitates et debite

Emptiones et venditiones considerande non sunt mensure
et pondera videtur et tamen expedit taxandum pretium venditorum
ne si ultra quam debent venditores res suas vendere valeant. Tercio
est consilium adhibendum circa custodiam civitatis et regni quod dupliciter
fieri potest. Nam primo est custodia adhibenda ne insurgant
sediciones et maleficia inter cives. Ideo attendendum est
diligenter qui civium reputantur boni et qui infames ut circa infa-
mes maior custodia adhibeatur et si deprehendantur male agere
puniantur vel etiam totaliter exstirpentur. Circa reges et principes
non debent pati maleficos vivere. Sunt etiam consideranda loca
in quibus consueverunt magis perpetrari. Nam sicut quidam homines
magis iniustificant quam alii, sic sunt quedam loca magis apta
ad iniustificandum quam alia. Ut in civitate contingit esse vicos
aliquos magis suspectos quam alios et iniustificatores ibidem possunt
magis latere et effugere. Propinquitatem dicit etiam et extra civitatem
loca aliqua sunt nemorosa et nubilosa magis ad iniustificandum
quam alia. Debet ergo adhiberi consilium ut circa talia maior cu-
stodia fabricetur. Rursus circa custodiam civitatis et regni non solum
consilia adhibenda sunt propter ipsos cives vel propter eos qui sunt
in regno ne unus iniustificet alium. Sed etiam propter ipsos exter-
neos considerandum est non ultra. Utrum regnum ex aliqua parte
possit invadi et utrum aliqua civitas regni ab exterius
possit surripi detineri. Ideo passagia portus introitus
et cetera talia unde possunt extranei advenire non sunt extraneis
committenda vel tribuenda sed sunt diligenter custodienda et muni-
enda. Quarto debet esse consilium circa pacem et bellum quod non est
intelligendum circa pacem tantum et circa bellum contrarium. Nam pax tantum est
aliquis finis intentus bellum autem est eius oppositum de fine autem
et eius opposito nullus mentis sane consiliatur. Nam non est
consilium nisi de hiis de quibus est dubium eo quod consilium sit quedam questio
et questio sit dubitabilis propositio. De fine autem et de hiis quod principaliter
intenditur nullus dubitat ipsum esse prosequendum. De eius autem
opposito quilibet cognoscit ipsum esse fugiendum. Ideo pax tantum pro
civibus prosequenda et eorum dissensiones et bellum per nobis fugienda et de
hoc non est questio neque consilium. Sed utrum circa extraneos debeamus
habere pacem vel bella dubitabile esse potest. Oportet ergo ad hoc adhi-
beri consilia circa quod sunt duo consideranda. Quorum unum est iniustum
bellum et iniustificare alios et eorum inducere opprimere est per se malum
et fugiendum. Deinde si visum est bellum esse iustum considerandum
est potentia regni vel civitatis que bellare debet quanta sit et quanta

ci per adventum extraneorum: quedam est etiam potentia adversariorum. Narrat
autem philosophus 2o Rethoricae ad melius pacem tenere debemus et defensores quibus autem
in nobis est pugnare vel impugnare: possunt enim qui potentiores ad quos inferre non valemus
in nos se facere pacem dicunt est non insurgere contra ipsos nec excitare adversitates
inimicitias contra quos non bene aggredi possumus vindictas assumere. Certitudo
enim quia consilia sunt adhibenda latio legum est. Nam ut dicitur in 1o Rethoricae
quod de legibus est consultans oportet considerare civitates et quas vero per leges instare: quia
absque iustitia nequeunt vere subsistere. Decet autem scire insuper quot sunt
genera dominiorum sive quot sunt species principatuum et quis principatus est dignior
et quis peior principatus. Sed qui dominantur habent corrumpi et salvari ut eligens optimum modum
principandi ferat leges iustissimas secundum quas salvari habet
principatus ille. Quis sit autem optimus modus principandi
et qualiter esse debeat regis officium et quomodo
et quo rex se debeat in suo dominio gubernare sunt in superioribus
patefactum. Quare quia superius iam dicta iam determinate exigentia
gestorum particularium que quidem occurrunt in ciuibus regum et principum
quare circa lationem legum sit consiliandum et quales leges sunt ferende
ut salvetur principatus eius. Intendimus tamen in talibus sequentibus
de legibus multa inquirere ut plus ex dictis et dicendis melius veritas
patefiat et Baba sera

Capitulum XX. Quod expediens possibile sit ut omnia legibus determinanda
et quod pauciora possint arbitrio iudicum esse committenda

Quia in precedentibus capitulis determinavimus de principe
ostendendo qualis debeat esse princeps et determinavimus
de consilio declarando quales debent esse consiliarii et que
et quot sunt illa circa que habet esse consilium. Restat
secundum ordinem prelaxatum ut dicamus de pretorio sive de iudicio
investigando qualiter iudicandum sit et quot sunt genera legum
et aliqua alia que circa ista occurrunt materiam. Sed tamen iudicium
fiat per leges aut per arbitrium aut per utrumque prius quam ostendamus
qualiter sit iudicandum declarare volumus quod expediens possibile est sunt omnia
legibus determinanda et quod pauciora sunt arbitrio iudicum
committenda quod triplici via investigare possumus quarum
tres tanguntur 1o Rethoricae. Certa vero tangitur 4o Politicorum. Prima
via sic patet. Nam pauciores sunt legum conditores quam iudices
iudicantes per leges. Nam conditas nam in qualibet civitate oportet esse
aliquod pretorium ordinatum ad quod deducantur cause et litigia
exorta in civitate illa. Sed leges tamen conditas in una civitate
regulari possunt civitates multe. Immo in una eadem civitate
in qua leges conduntur contingit plures esse iudices quam legum
conditores. Nam leges si iuste sunt debent esse quasi immobiles
et immutabiles. quia circa eas nulla vel modica mutatio
fieri debet. Iudices tamen iudicantes cum ipsas moriuntur

Et corrumpuntur. Contingit autem absque corruptione et morte iudices
a suo officio removeri et alios in suum locum succedere. Igitur
saltem per successionem temporis oportet in eadem civitate multos esse iudices,
eo quod ipsi quasi continue innovantur. Non tamen sic oportet multiplicare
conditores legum, eo quod leges non sic continue innovari debent.
Quare si legum conditores sunt pauci respectu iudicum, quia facilius
est invenire paucos sapientes quam multos, ut omnia sapienter
disponantur, expedit quantumcumque quantum possibile est omnia per legem
determinare et quam paucissima arbitrio iudicum committere. Secunda
via sic ostenditur. Nam facilius et melius videtur quid rectum et
quid iustum sit, si id multo tempore diligenti consideratione discutiatur,
quam si oporteat statim iudicativam proferre sententiam. Itaque cum
legum conditores multo tempore et magno consilio deliberare
possint quales debeant leges ferre, iudices vero
ad instantiam proponentium et quia non debent lites prolongari sed
reprimi non tantum habent diuturnitatem temporis ad vi-
dendum quid iustum in negotio proposito. Ne ergo in iudicando
errent, quantum possibile est sunt omnia legibus determinanda
Tertia via sic declaratur et pauca discretioni iudicum committenda. Nam conditores
legum leges ferunt in universali et de futuris dictans
quomodocumque sic agentes sic puniantur, ignorantes an amicus
vel inimicus sit illa facturus et debeat illam subire poenam.
Nam si scirent quod amicus, forte obligarentur in indicando ei
poenam palliare. Si vero inimicus, inclinarentur forte in partem
oppositam et punitionem augere. Nunc autem quia sunt in universali leges
ferunt et nesciunt quid in particularibus sit futurum, non pervertuntur
in iudicando amore vel odio inclinati. Iudices autem non sic.
Nam iudicum iudicia non sunt de futuris sed de praeteritis,
non in universali sed in particulari. Iudicantur enim determinatae personae
ad quas contingit amare et odire, et saepe talia annexum habent proprium
commodum. Ideo iudex de facili obliquatur. Nam amantes et odi-
entes et aliquod temporale commodum considerantes non aequaliter
iudicant. Quare ne iudicum iudicia obliquentur bonum est
quantum possibile est omnia leges determinare et quam paucissima
arbitrio iudicum committere. Has autem tres rationes tangit
Philosophus primo Rhetoricorum dicens quod maxime quidem contingit recte
positas leges quaecumque possibile est determinare et quam paucissima
committere iudicantibus. Primum quidem quia facilius est habere
unum et paucos sapientes quam multos. Deinde quia legum
latores fiunt ex consideratione ex multo tempore, iudicia autem
ex suborto et subito. Tertium vero quod est maximum omnium

Qui legislatores sunt de futuris et in universali. Si igitur quae iudex
iudicat de praesentibus et determinatis ad quae est amare et odire et
quibus proprium commodum annexum est saepe. Tertia via ad ostendendum
hoc idem sumitur ex declaratione praedicta ut infra probabitur. Oportet aliqua
committere arbitrio iudicum quia gesta particularia complete sub narratione
non cadunt nec lege omnia complete determinari possunt tamen quaecumque
possibile est omnia legibus sunt determinanda. et quanto pauciora sunt
arbitrio iudicum committenda quia ut dicitur in politicis quanto utique mi
nor iniustitia fieret ex aequitatibus iudicum. tanto magis accipiat
finem executores iudiciorum. Quare cum iudex iudicando rectos secundum
leges non tantum iniustitiam mereatur quantum si iudicaret eos arbi
trio proprio ne iudex timore iniuriae inclinatur differat decla
rare iudicia maxime quanto possibile est sunt omnia legibus
determinanda et pauca arbitrio iudicum committenda. sufficere
enim iudex excusatur eo quod proferat leges ad iudicandum quia non
videtur ipse sed secundum lex agere. sed lege compulsus dicitur talem sententiam
promulgare

## Qualiter est in iudicio procedendum, et quod sermones passionales sunt coram iudice prohibendi

a Attendere debent iudices ut sic in iudicio procedant
ut sermones passionales provocantes ad passiones
ut ad iram et odium in iudiciis prohibeantur. Multi enim
litigantium cognoscentes se habere malam causam non agunt narrare
quid fecit et quid non fecit sed convertunt se ad commovendum iudi
cem ad iram et ad odium contra adversarios et ad benignitatem et ad
misericordiam erga seipsos. Sed quod tales sermones sunt prohibendi
triplici via investigare possumus. Prima via sumitur ex eo
quod huiusmodi sermones obliquare habent iudicem, quem esse oportet
quasi regulam in iudicando. Secunda quod praedicti sermones
tollunt ordinem iudicandi. Tertia quod non sunt pertinentes ad
propositum. Prima via sic probari potest. Nam decet quod iudex in iudi
cando de litigiis ut recte iudicet sic se habere inter partes
litigantes sicut lingua volens discernere de saporibus vel sicut
quilibet alius sensus volens discernere de propriis sensibilibus
habere se debet inter ipsos sapores vel inter propria sensibilia. Est
enim sensus medius inter contraria sensibilia et quamdiu non inficitur ab altero
contrariorum dat rectum iudicium de sensibilibus ut quamdiu lingua
non est infecta aliquo humore recte iudicat dicens amarum
esse amarum et dulce dulce. Si non inficiatur cholera vel phlegmate

Vel odio aut timore tunc non dicitur quasi existens in medio sed quasi
ad alteram contrariorum partem se inclinat. Dulce est amarum et econverso
ut patet in infirmitatibus et gustibus infectis gustus. Sic iudex
cum dicitur esse medius inter litigantes neque declinans ad alteram partem
quasi recta regula dicitur iustum esse iustum et iniustum esse iniustum.
Si vero ad alteram partem declinet per iram et amiciciam ab al
tera vero recedit per iram vel odium quasi regula tortuosa prave
iudicabit. Et quia hoc faciunt sermones passionales permittere tales
in iudicio nihil est aliud quam regulam obliquare quod si inconveniens
est permittere obliquari regulam inconveniens est sustinere in iudicio pas
sionales sermones. Dato tamen quod contingat sustineri aliquos passio
nales sermones quod ut in sequentibus patebit provinciales debent esse
iudices ad miserandum quam ad puniendum. Potius sustinendi sunt passi
onales sermones provocantes ad misericordiam vel benivolen
tiam quam ad odium vel ad iram. Secunda via ostendens pas
sionales sermones permittendos non esse sumitur ex eo quod talia
pervertunt ordinem iudicandi. In iudicando enim est ordo quidam quia
aliquid est ibi tamquam supremum aliquid tamquam medium et aliquid
tamquam infimum. Tamquam supremum quidem est rex ipse vel princeps
vel alius legislator. Tamquam medium vero est ipse iudex. Tamquam
infimum est ipse reus vel incusatus vel partes litigantes. Est
enim iudex medius inter legislatorem et litigantes quia et medium
aliud dicitur accipere ab utroque extremorum. Iudex tamquam medium aliquid
accipit ab utrisque. Nam a legislatore accipit quid iustum et
quid non iustum. Sicut enim per leges discernitur quid iustum ab
illo addiscit iudex quid iustum in agibilibus humanis per tales
leges regulantur in iudicando. A legislatore ergo discit iudex
quid iustum sed a partibus discit quid factum vel non factum.
Si autem addiscit ab eis quid iustum hoc est pervertens in
quantum allegant leges conditas a legumlatore quia tunc similes
sunt leges non tantum imminentia intimant. Quantum si iudicant
eos arbitrio proprio. Ne iudex timore vel minitacie inclinari differat
debito fini iudicia mandare. Contra propterea legislatore esset omnia legibus
determinanda et pauca arbitrio iudicum committenda. Sufficit enim
iudex cognoscere tantum propositas leges adiudicare quia non iudex
ipse sed per hoc agere sed lege conveniente dicitur tales similiter. Provocare
passionales inclinet voluntatem et faciunt apparere aliquid
iustum vel non iustum. Eo quod passionati sunt amantes et odientes

et gaudentes et tristantes non perverter iudicium. Primo ergo passio-
nales sermones coram iudice sunt praeter ordinem iudicandi. quia est facere
partes legislatores quod dat locum tenere supremum gradum in
iudicando quae debent tenere infimum. Pervertitur enim ibi talis ordo. quia
partes passionando iudicem faciunt ei apparere aliquid iustum
vel non iustum. quod solum est officium principis sive legislatoris per
legislatorem enim vel per leges ab eo conditas debet apparere
iudici quid iustum et quid non iustum. non autem hoc fieri debet
per partes litigantes vel per sermones passionales a partibus
promulgatos. Tertia via sumitur ex eo quod tales sermones sunt
impertinentes ad propositum et sunt extra negotium intendendo
¶ Nam cum lis sit de agro sito vel de aqua vel nichil debet
dici coram iudice nisi pertinens ad rem vel ad negotium de quo
est litigium. passionare autem iudicem ut narrare iniurias quas
pars adversa in dicta intulit vel narrare bona quae in dicta
contulerunt et hoc modo provocare iudicem ad malivolentiam partis
adversae et ad benivolentiam sui est omnino impertinens ad propositum
quare non sunt talia permittenda

## Quae et quot oporteat habere iudicem si contingat eum debite iudicare — XXII

Possumus autem quatuor enumerare quae debent habere iudices
ut vera iudicia proferant et ut recte iudicent.
Primum est auctoritas iudicantis. Secundum prudentia
legum. Tertium est cognitio agibilium. Quartum rectitudo volun-
tatis. Nam in omni enim litigio quantum ad praesens spectat quatuor est con-
siderare vel partes litigantes. negotium de quo litigant. le-
ges secundum quas sunt iudicia iudicanda et legislatorem vel re-
gem aut principem a quo datur auctoritas iudicandi. expedit
autem iudices ut recte iudicent ut ad omnia haec debite se
habere debeant ¶ Nam iudicium non debet esse usurpatum nec temera-
rium nec iniquum nec praesumptuosum sive suspitiosum. ¶ Iudices
enim nisi recte se habent ad legislatorem. facient iudicium usurpatum,
¶ Tunc enim quod iudicatur iudices se non recte habere ad legislatorem
quia excedunt auctoritatem sibi commissam. ¶ Secundo dum iudices
faciunt iudicium temerarium si non recte se habent ad leges ut
si careant legum prudentia ¶ Nam sine cognitione legum recte
iudicare non possunt. ¶ Tertio si iudices se non debite habeant
ad partes litigantes faciunt iudicium iniquum. ¶ Nam ut patet

ex habitis iudex debet quasi regula iusta media inter utrasque
partes. quare si huiusmodi regula a medio deviat et ad unam
partem declinat per amorem, ab alia vero recedit per odium
oportet ipsum iudicare iniuste. quia tunc iudicium non pro
cedit ex zelo iustitie. sed ex amore vel odio partium. Tertio
si iudices non debite se habeant ad negocia agibilia
ut si sint inexperti humanorum actuum frequenter iudicium
suspicionum. quia aliquando ex levi suspicione aliquos condempnabunt
Non erit ergo rectum iudicium nisi concurrat ibi auctoritas
iudicandi prudentia legum zelus iustitie. et experientia
agibilium. Nam sicut in curando morbos corporales
aliquando plus proficit expertus quam artifex. eo quod habeat
noticiam condicionum particularium. Sic in iudicio agibilium et in
discussione causarum quandoque plus proficiunt experti quam scientes
iura. Omnia igitur predicta requiruntur ad recte et debite
iudicandum. Decet Patet ergo quales iudices et quales discu
ssores causarum habere deceat regiam maiestatem. Nam decet
eos tales querere qui sint humiles et non excedentes
auctoritatem sibi commissam. sint prudentes in legibus scientes
eas applicare ad iurgia exorta habeant zelum iustitie
ut non ex amore vel ex odio partium. sed ex dilectione iustitie
proferant sententiam. habeant experientiam agibilium ut cogno
scentes particularia acta melius discutiant causas. Que
et quot oporteat considerare iudices ut indulgeant
humanis et ut sint clementes potius quam crudeles

XXIII Quantum ad presens spectat decem enumerare possumus
que iudices tangere philosophus primo Rethoricorum ad que debet
respicere iudicem ut humanis indulgeat. et ut
sit clemens potius quam severus. Primum est ipsa natura
humana. 2m est legislator. 3m pius intellectus legum. quartum
operantis intentio. quintum multitudo bonorum operum. sextum
diuturnitas temporis introducti excessus bonitatis super
maliciam. Octavum patientia accusati. Nonum corrigibi
litas peccantis. Decimum subiectio delinquentis. Modo ipsa
natura humana clamat pro clementia delinquentis. Nam cum
natura humana de se sit debilis et mutabilis et prona
ad malum si contingat aliquem delinquere infirmitas nature
supplicat pro venia. Ideo dicitur primo Rethoricorum quod epiikes

est indulgere humanum. Dicitur enim epijkes qui est super iustum uel super iusticiam. Potius ergo prudentes humanum appellant supiustum quia clementia est extollenda supra severitatem et supra iustum. Secundum quod inclinare debet iudicem ad clementiam est ipse legislator. Nam forte ipse rex uel ipse princeps cuius est leges facere si considerarent conditiones peccantis indulgeret ei. Quare si iudex hic posset opinari quod legislator dispensaret de legibus et parceret reo magis cum eo debet agere misericorditer quam crudeliter. Ideo dicitur primo Rethoricorum quod iudicantis potius est aspicere ad legislatorem quam ad legem. Tercium inclinans ad pietatem est ipse prius intellectus legum. Leges enim ad terrendum delinquentes ampliorem severitatem continent quam si legum verba ut terreant peccantes sunt amplioris severitatis contemptiva. Decet ergo per proprium intellectum moderari supplicii magnitudinem. Hoc est quod dicitur primo Rethoricorum quod iudicantis non est respicere ad verba legum sed ad intellectum legis. Quartum est intentio operantis. Nam licet opus de quo accusatur aliquis sit de genere malorum ipse forte non habuit pravam intentionem uel si habuit pravam forte non habuit adeo pravam ut opus ostendit et quia dubia iudicanda sunt in meliorem partem si aliquis potest presumere iudex peccatorem non peccasse ex electione sed ex ignorantia uel ex infortunio sed ex ignorantia debet ad clementiam inclinare. Ideo dicitur primo Rethoricorum quod iudicantis non est respicere ad actionem sed ad electionem. Quintum inducens ad hoc est multitudo bonorum operum. Nam forte ille qui delinquit multa bona opera prius fecit. Debet ergo iudex non ita respicere ad partem uel ad hoc particulare negocium in quo delinquit sicut ad totum ut sicut ad multa bona opera que prius fecit. Ideo dicitur primo Reth. quod iudicantis non est aspicere ad partem sed ad totum. Sextum est diuturnitas temporis interacti. Nam quemquam in parvo tempore multa bona facere opera. Duo ergo debent inducere regem aut quemlibet alium dominum ad dilectionem alicuius subditi uel quia multa servicia recepit ab ipso uel multo tempore servivit sibi. Hec enim duo licet ut plurimum se continent quia qui multo tempore servit ut plurimum multa servicia facit et econverso. Contingit ergo hec duo abinvicem separari. Nam homo non servivit alicui nisi occurrat tempus opportunitatis serviendi. Potest ergo contingere quam

in multo tempore contingat oportunitatem puniendi et de paucis multos. Istud itaque sextum inclinativum ad pietatem respiciens diuturnitatem temporis non est idem cum quinto quod respiciat multitudinem operum. quia si contingat aliquem subditorum nunc in aliqua parte temporis delinquere. qui toto tempore preterito bene se habuit est tunc ipsi misericorditer agendum et magis respiciendum est ad multum vel ad totum tempus precedens quam ad modicum tempus vel ad hanc particulam temporis in qua delinquit. Ideo dicitur primo Rethoricorum quod iudex non debet aspicere qualis quis nunc est accusatus. sed qualis quis fuit semper in multo tempore precedenti. Septimum inclinans ad pietatem excessus bonitatis erga maliciam. Nam si fuit bonum concedit malum et est eligibilius ipso. sic quod eligibilius recordari bonorum et gratiarum quas suscepimus ab eo. Unde Iulius Cesar in hoc non modicum commendatur quia ut dicitur non habebat iniuriam memoriam sed obliviscebatur illatas. Dato ergo aliquem in nos delinquere a quo temporibus retractis multa bona suscepimus debemus ad eum misericorditer nos habere et magis memorari bonorum susceptorum quam iniurie illate. Ideo Philosophus primo Rethoricorum volens iudicantes ad misericordiam adducere erga delinquentes ipsos ait quod magis debent recordari bonorum que passi sunt a delinquente quam iniurie quam fecit. Octavum est patientia accusati. Nam si aliquis accusatus de aliquo delicto pro quo punitur a iudice si punitionem patienter sustinet et non murmurat in penam sibi impositam est tunc ei magis misericorditer agendum. Ideo dicit Philosophus primo Rethoricorum quod indulgendum est humanis si contingit eum qui penam patitur eam patienter sufferre. Nonum est corrigibilitas peccantis. Nam si fuit ita aliquis corrigibilis et ita disciplinabilis quod sola increpatione et solo sermone melioratur et desinit prava agere talibus ergo valde indulgendum est et tales sunt valde benigne tractandi. Ideo dicitur primo Rethoricorum quod iudex debet indulgere humanis si credat peccantem magis velle iudicari sermone quam opere. Decimum est inclinans ad clementiam est subiectio et humilitas delinquentis. Nam si delinquens omnino se subiciat omnino se humiliat et ponit se totum in arbitrio iudicantis est tunc eo mitius agendum. Ideo dicitur primo Rethoricorum quod iudex epiikeies vel superiustus debet indulgere humanis si

videat delinquentes magis velle ferire ad arbitrium quam ad districtionem. Omnis ergo circa vacationem huiusmodi est non parcere tamquam bestie hec agunt. Tamen quia humiliantes non offendunt et persistentes sic tamen etiam Dicitur d(e) ij° Reth(oricorum) quod ad humiliatos cessat ira. etiam tamen non manifesta ut non mordentes eos qui resistens Patet ergo quod iudices decet esse magis clementes quam severos. et si hec decet iudices iudices multo magis decet Reges et principes quos oportet ampliori bonitate pollere Decet itaque eos esse clementes et benignos non quod iusticiam deservant. quia sine ea pax regni et bonus status civium non potest consistere. sed salvato iure bonitate et pace regni contendo posse est declinandum ad misericordiam declinare. quamvis autem cum clementia stare possit iusticia infra patebit.

Quod diversa sunt genera legum et diversi sunt modi iusticie et quod ius naturale et positivum et cetera talia reducuntur

XXIIII

Cum leges sint quedam regule iuris per quas in nostris agibilibus regulamur diiudicantes per ipsas quod iustum et quid non iustum in actionibus nostris plane patet quod eo modo quo distinguimus iustum distinguere possumus ipsas leges et econverso possumus autem tantum de lege quantum de iusto. quam distinctionis facere quarum due tanguntur pro Reth(oricorum) tercia post vero Reth(oricorum). quarta traditur a iuristis. quarum nos possumus superaddere possumus distinguere. ergo ius. quia quoddam est scriptum. quoddam proprium. quoddam est commune. quoddam naturale. et quoddam Legale sive positivum has tres distinctiones iuris philosophus tradit. sed iuriste quarto ius distinxerunt dicentes quod quoddam est ius naturale quoddam est ius gentium et quoddam civile Illo ergo modo quo iuriste separant ius naturale a iure gentium possemus nos separare ius naturale a iure alio et dare quartam distinctionem iuris dicendo quod quadruplex est ius videlicet naturale animum gentium et civile hac ergo quarum distinctiones quas fecimus de iure sive de iusto facere possumus de ipsa lege. Ut autem hoc omnia pateant et ut has diversitates ad certam reducamus Sciendum est quod duplex est iustum vel duplex est lex naturalis et positiva Dicitur enim iusta iura naturalia que sunt adequata et proporcionata ex natura sua vel dicuntur iusta naturaliter que debent talia esse vel naturalem et ad que homines impetum et inclinationem Iusta positiva dicuntur que non ex natura sua. sed ex pacto hominum vel con

institutorum iusta iudicatur. Itaque tamen nature rerum sunt eedem
vbique quia quod est ignis in vno loco vt in francia est ignis in
alio vt in ytalia Res enim eedem sunt apud omnes licet non eodem
vocabulo nominantur. sed statuta positiua et pacta ciuium et edicta
principum non sunt eadem apud omnes Unde est quod dicimus ius
naturale differre a positiuo quia naturale est ut tradit quilibet ethicorum
vbique eandem habet potenciam Sed positiuum a principio antequam sit sta-
tutum nichil differt esse sic vel aliter Postquam autem est editum
incipit habere ligandi efficaciam Ratio autem quare iuri na-
turali oportuit superaddere positiuum est quia sicut multa sunt
iusta naturalia sicut naturale est homini loqui habemus enim
naturalem impetum et naturalem inclinationem vt loquamur et vt per
sermonem manifestemus aliis quod mente gerimus Sed quod loquimur hoc
ydioma vel aliud non est naturale sed ad placitum Idem est quod
omnes homines loquuntur non tamen proferunt omnes vnum ydioma
Unde est quod dicit philosophus primo periermenias voces et sermones
dicit esse ad placitum Quamuis primo politicorum astruendo nobis
esse datum a natura Sicut ergo loqui est naturale sed quod loqui positi-
uum et ad placitum sic fures puniri non pati maleficos viuere
et cetera huiusmodi sunt de iure naturali quia hec esse fienda dictat
ratio naturalis et habemus naturalem impetum vt hec fiant Singuli
enim ista ex ipsa natura rei naturale est enim quod exponatur periculo
bonum partis pro salute boni totius vt quod abscidatur membrum
putridum ne corrumpat totum corpus Sic quod furum maleficus et quilibet
malefactor turbat pacem ciuium insidiatur communi bono ideo
naturale ius exigit vt tanquam membrum putridum abscidatur et ex-
terminetur ne exponatur periculo et ne impediatur commune bonum Naturale
est ergo talia puniri sed ea puniri sic vel sic est positiuum Ideo
apud omnes volentes ciuiliter viuere maleficia puniuntur sed
non apud omnes puniuntur talia maleficia penis. vbi ergo
terminatur ius naturale ibi incipit oriri ius positiuum quia semper
que sunt per artem homini adinuenta fundantur in hiis que sunt
tradita a natura Ius ergo positiuum per artem et industriam hominum
adinuentum presupponit ius naturale etiam sicut ea que sunt artis
presupponunt ea que sunt nature. quare si ius naturale debeat
fures et maleficos esse puniendos. hoc presupponet ius

procedit ulterius determinans qua pena tales sint puniendi. Hoc
viso quantum ad presens spectat duplicem differentiam assignare possumus
inter ius naturale et positivum. Prima est quia ius naturale
prima facie se offert intellectui, ius positivum non statim cognitum
se offert. Sed est per industriam hominum adinventum. Et quia sic se
offert intellectui nostro naturales leges et quod est de naturali
iure simpliciter dicitur esse scriptum in cordibus nostris. Nam gentes
que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt
et ostendunt opus legis scriptum in cordibus eorum. Ius non
positivum quia non sic est scriptum in corde ne a memoria
recederet oportuit ipsum scribi in aliqua exteriori substantia. Potest
itaque utrumque ius scribi in exteriori substantia tam naturale quam po
sitivum. Naturale tamen non sic indiget ut scribatur sicut posi
tivum. Nam non sicut potest a memoria recedere sicut illud.
Secunda differentia est quia ius naturale est idem apud omnes et ideo
dicitur esse ius commune. Sed ius positivum diversificatur apud diver
sas civitates et ideo vocatur ius proprium. Unde est ergo quod comp
rendunt ut recitat Philosophus primo Rethoricorum appellat ius
naturale ethereum sive igneum qui continuatum procedit per
inexplicabilem claritatem. Ignis enim in propria spera quanto plus
se diffundit tanto magis elevata et diffusior est omnibus illis as
similatur iuri naturali quod est diffusius et communius
et est notius et clarius illo. Ex hoc patere potest quod omnes
distinctiones quas ponit Philosophus de iure sive de iusto reducuntur
ad ius naturale. Nam ut per habita ius naturale dicitur esse scriptum
et esse commune secundum naturam. Ius vero positivum dicitur esse
scriptum et esse commune. Ius vero positivum dicitur esse scrip
tum et esse proprium et legale. Quomodo autem tenendum est de iure
gentium et de iure aliorum in sequenti capitulo apparebit.

## Quomodo ius gentium et ius animalium a iure naturali habent esse distinctum ·XV·

Omnes distinctiones de iure factas a Philosopho quas
in precedenti capitulo tetigimus bimembres erant
quarum unum membrum continebatur sub iure naturali
et aliud sub civili sive sub positivo. Iuriste tamen ut dicebatur
tertium addiderunt membrum et ius gentium. Secundum quendam modum
loquendi potest etiam addi quartum membrum ut ius animalium

Ad cuius euidenciam sciendum quod homo ut homo est secundum sui
racionem consideratus differt ab aliis animalibus sed ut est animal
et secundum naturam racione acceptus conuenit cum illis Ubi ergo ca
sunt de iure naturali ad quem homines naturaliter impetum et
inclinacionem huiusmodi naturalis impetus ut sequuntur naturam nature
ut sunt homines et differunt ab animalibus aliis et tale ap
pellatur ius gencium. si vero inclinacio ista sequatur naturam
nostram ut conuenimus cum aliis animalibus sic dicitur esse ius naturale
Ideo istituta de iure naturali iusti. et sunt tradita dicit quod
ius naturale est ~~commune~~ omnium quod natura omnia talia docuit
huius. non ut ibidem scribitur non est proprium humani generis set omnium
alium que in celo et que in terra et in mari nascuntur. secundum hec
ergo est de iure naturali coniunctio maris et femine procreacio pl
et filiorum Nam si ad hec homo naturaliter inclinatur et huiusmodi
impetus sequitur naturam humanam. non tamen secundum racionem ut humana
na est. sed ut est animal et ut conueniat cum aliis animalibus Nam et
alia animalia naturaliter inclinantur ut masculi coniungantur feminis
et filios generent. et ut ipsos nutriant et foueant. Ius
vero gencium dicitur quod non est commune aliis animalibus sed commune est omni
generi et hoc ergo videntur pene omnes contractus sunt introd
ucti ut empcio vendicio locacio conductio et cetera talia sine
quibus societas humana non bene sufficeret sibi ad vitam
Unde est ergo quod mutuum et de ipsis que deseruiunt ad vita
humanam in quibus alia alia non conueniunt sub hoc iure
gencium continentur Ius ergo gencium est quasi quoddam
ius naturale contractum. ius itaque id quod non omnia
alia docuit et quod sequitur naturam naturalem ut conuenimus cum
animalibus aliis vere magis gencium dicitur esse naturale Nam
si considerentur predicta in precedenti capitulo ius naturale est quod
commune quod notum et quod immutabile quanto ergo ius aliquod
magis est et notius et immutabilius tanto magis meretur habere
nomen iuris naturalis Ius ergo illud quod omnia animalia
docuit et in quo omnia animalia conueniunt est commune quam ius
gencium et per consequens notius. quia nobis sunt nota confusa
magis Quanto enim aliquod est vniuersalius tanto est intrinsecum
nostro notius et prius cadit in apprehensionem nostram. est et
huiusmodi ius immutabile quia respectu magis. quanto magis

applicantur ad inspectorem specialem tanto plures res defectus contrahunt et in pluribus casibus non sunt observande et maiorem mutationem suscipiunt. Accepto ergo huiusmodi ius naturale dicitur vel ius gentium. Viso quid ius gentium differat a iure naturali. De levi apparere potest quid ius civile differat a iure naturali. Nam sicut humana natura inquantum homo ad est convenit cum natura aliorum aliud sic inquantum homo vivit et est quoddam ens convenit cum plantis et cum substantiis et cum omnibus aliis. Poterit ergo secundum naturam hominis non ut homo convenit cum aliis aliquibus vel ut convenit cum entibus omnibus. Nam homo naturaliter appetit conservari in esse quod et omnia entia appetunt. Producere autem filios educare prolem quod et omnia animalia concupiscunt naturaliter. Et appetit vivere in societate secundum debita pacta et communicationes que inter omnia alia est proprium solius hominis. Si ergo regule agibilium fundantur super hoc quod homo naturaliter appetit sic regule huiusmodi esse poterunt de iure naturali prout natura humana est entitas et convenit cum entibus omnibus. Si ergo regule ille sumantur ex eo quod homo naturaliter appetit filios producere et educare. Sic esse poterit de iure naturali prout ius naturale est contractum ad ius gentium quod est proprium solum generi humane. Ex hoc ergo manifeste patet quod sicut ius gentium non dicitur ita ius naturale sicut ius quod natura omnia docuit alia non est ita naturale sicut ius illud quod sequitur inclinationem nature nostre. Prout non solum communicamus cum aliis sed ut convenimus cum entibus omnibus. Nam huiusmodi ius est notius et communius tibi. Nam appetere bonum et esse et fugere malum et non esse plus est de iure naturali quam appetere procreare filios et nutrire prolem. Erit ergo hic ordo cum tria sequimus naturam nostram prout appetimus esse et bonum est naturale rectum magis communis quod est simpliciter positum. Tamen ergo sunt aliquos de iure naturali secundum quod inclinatio sequitur naturam nostram. Nam si inclinatio illa sequitur naturam nostram ut humana est sumitur ius gentium sed ut convenit cum aliis aliis sic esse habet ius illud quod natura omnia alia docuit. Sed si ut convenit cum entibus omnibus sic habet esse ius illud quod per anthonomasiam

Dicitur esse naturale appetere esse bonum et esse et fugere non esse et malum quod naturalis appetitus prout inclinat natura convenit cunctis omnibus entibus. Sic est de iure naturali. quia tota ratio ipsius et ceterarum legum sive sint naturales sive civiles ex hoc sumunt originem et in hoc fundantur. Nam in omnibus attenditur vel consecutio boni vel fuga mali. sed hec diffusius tractare alterius est propositi negotium sufficiat autem ad presens scire quid ius gentium et ius aliud et etiam ius civile differt a iure naturali.

## Qualis debet esse lex humana et quod tandem leges sit utile regno et civitati

xxvi Videtur autem ius civile sive ius humanum et positivum ad tria comparari. videlicet ad ius naturale sive ad legem nature a qua sumpsit fundamentum et bonum commune quod in ea intenditur et ad gentem ad quam applicatur que per illam legem est regulanda. Tria ergo lex humana debet prout ad hec tria comparatur. Nam ut humana lex comparatur ad legem nature oportet quod sit iusta ut comparatur ad bonum commune utile esse quod sit utilis. sed ut refertur ad populum ad quem dicitur applicari debet regulari per huiusmodi legem dicitur quod sit competens et per consuetudinem patrie et temporum et moribus hominum. et sed quia talia diversificantur dicitur in ipsis legibus aliqua diversitas existere.

Primo ergo dicitur legem humanam sive positivam esse iustam ut comparatur ad rationem naturalem sive ad legem nature quoniam si iusta non sit non est lex sed corruptio legis. Iustum enim ab homine iuste statutum inquantum sumat originem a lege naturali et inquantum a qua ratio naturalis illud dictet statuendum esse. Secundo lex humana et civilis dicitur esse utilis et comparatur ad bonum commune. Nam si in lege non intenditur commune bonum non est recta et regalis. sed perversa et tyrannica. Nam sicut Rex differt a tyranno. quia rex dicitur qui recte regit et intendit commune bonum. Et tyrannus non qui perverse principatur et intendit proprium et privatum commodum. Sic lex recta et regia in qua intenditur bonum commune differt a perversa et tyrannica in qua intenditur privatum bonum. Nam semper finis est regula omnium nostrorum agibilium. Nam ut vulgo dicitur si hic intendimus et hic [illegible]

volumus. Oportet hoc agere. tales debent esse leges que
regule agibilium quales requirit bonum et finis intentus. quare
ad bonum commune sit divinius quam bonum privatum et habeat
magis rationem finis quam huiusmodi bonum. Ideo quia privatum
bonum ordinetur ad ipsum non oportet leges fieri quales re
quirit bonum privatum. sed quales requirit bonum commune. eo
quod hoc habet magis rationem finis et propter eius secundum ipsum magis su
mende sunt leges et regule agibilium. privatum non habet rationem
boni nisi ut ordinatur ad bonum commune. quia turpis est pars
que discordat a toto et que suo non congruit universo. Si in le
gibus intendunt aliquod bonum proprium hoc non debet esse simpliciter
secundum se. sed prout ordinatur ad bonum commune. Tercio lex
prout comparatur ad populum cui est imponenda debet esse possibilis
et competens regioni et consuetudini et moribus illius gentis
Ideo dicitur quarto politicorum quod non debet politiam legibus adaptare
sed leges politie. quare leges debent diversas esse secundum diversitates
politiarum. Volens ergo leges ferre diligenter debet attendere quod
sit complexio civium et conditionis et prout eis videt expe
dire tales debet illis leges imparare imponere. Visum quales
leges reges et principes deceat ponere. quia condende sunt
leges que sunt iuste utiles et competentes populo cui
imponuntur. Restat pandere potest et expedit regno et civitati
huiusmodi leges condere. Nam aliqui sunt ita boni ita quod amore
honesti inclinantur ut agant opera virtuosa. Aliqui vero et desi
stant agere prava. Aliqui non est si ex ipsis desit ex habitibus
quos habent in seipsis non sufficienter inclinantur ut declinent
a malo et faciant bonum. actu sunt facile disciplinabiles
per doctrinam. ita quod per solos sermones et solas increpationes inclinantur
eos ad bonum. sed aliqui sunt adeo proterui ut de se incli
nantur ad bonum nec per solos sermones corriguntur. Oportuit
ergo saltem propter tales statuere leges quae ut dicitur x° Ethicorum
coactivam habent potentiam. condite ergo sunt leges ut
expediebat eas statuere ut saltem metu pene vole
tes impedire pacem civium desisterent prava agere

Quod non nimis est ferre leges et quod ut leges vim ob
ligandi habeant debent eas promulgatas esse — XXVIII.

Leges ut patet per prehabita sunt quedam regule

agibilium ordinantes nos in commune bonum habentes coactivam potentiam. Duplici ergo via venari possumus quod non cuiuslibet est leges condere. Prima via sumitur ex eo quod leges non ordinantur ad commune bonum. Secunda ex eo quod habeant potentiam coactivam. Prima via sic patet. Illius enim est ordinare et dirigere aliquos in aliquod bonum cuius est condere leges et regulas agibilium secundum quas tendimus in bonum illud. quare cum bonum commune principaliter intendatur a tota communitate vel a toto populo vel a principante qui debet esse persona publica et communis leges que ordinant nos in commune condende sunt a principe. cuius est ordinare et dirigere alios in tale bonum vel condende sunt a toto populo. si totus populus principatur et si sit in potestate eius eligere principantem. Nulla est ergo lex que non sit edita ab eo cuius est dirigere in bonum commune. Nam si lex est divina et naturalis condita est a deo cuius est omnia dirigere in seipsum qui maxime est generale bonum. quia est bonum omnis boni. Lex vero humana et positiva condita est a principe vel a toto populo. si totus populus principetur. principes vero et etiam totus populus cum principatur habet dirigere et ordinare alios in commune bonum. Quelibet ergo persona particularis que est pars alicuius multitudinis debet esse observativa legum. sed non cuiuslibet est condere leges. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex eo quod leges coactivam habent potentiam. Potest enim quilibet de populo movere et persuadere alium ut bene agat. sed huiusmodi monitiones et persuasiones non dicuntur leges quia nullam habent coactivam. extendendo autem nomen legis quedam mandata et quedam monitiones dicuntur leges prout unusquisque modo loquendi ut dicebat philosophus 2 poli. Dicebat Homerus quod unusquisque constituit leges pueris et uxoribus volebat enim homerus quod monitiones et precepta que facit paterfamilias uxori filiis et aliis existentibus in domo leges nominari possunt. sed hoc non est secundum propriam acceptionem legum. Nam sicut una persona singularis ordinatur ad bonum domesticum quod est bonum totalo [illegible]. sic bonum domesticum ordinatur ad bonum civile et ad bonum regni quod est totalius et perfectius. quare si a bono perfectiori quod magis habet rationem finis sumende sunt leges agibilium. et

et regule sciamus quod non a bono quod intenditur in regno et civitate sumende sunt leges et regule agibilium. Immo quia vim coercendi et potentiam exterminandi maleficos non habet pater familias ipse nec persona privata sed princeps et persona publica que preest regno et civitati aut alii multitudini. Ideo leges habentes coactivam potentiam non sunt condende nisi ab eo qui preest ipsi multitudini vel ab ipsa multitudine si tota huiusmodi multitudo principetur. Viso quia non est cuiuslibet leges condere. Decimo patere potest legem non habere vim obligandi nisi sit promulgata. Nam cum lex sit quoddam mandatum superioris per quod ligamur et regulamur in agibilibus nostris. quia superioris mandatum non ligat nisi pervenerit vel pervenire possit ad noticiam subditorum ad hoc quod lex habeat vim obligandi. oportet eam promulgatam esse. sed cum duplex sit lex naturalis atque positiva. Aliter expalatur hec aliter illa. Nam lex naturalis est a deo indita in cordibus nostris. Ideo in quolibet homine hec promulgatur et expalatur quando incipit habere rationis usum per quem cognoscit quid sequendum et quid fugiendum secundum quod hec pertinent ad ius naturale. Sed lex humana tunc promulgatur quando exterius profertur et explanata in scriptum redigitur. quare cum in legibus si sunt recte et iuste et a legibus naturalibus demonstrate consistat salus regni et civitatis. Decet reges et principes et modicum sollicitari quas leges imponant populo cui dominantur et per se excogitare et invenire leges imponendas ut huiusmodi leges vim obligandi habeant debent eas promulgare et promulgatas custodire et observare. quia secundum philosophum quarto politicorum circa leges duplex esse debet cura. Primo ut leges bene instituantur. Secundo ut bene custodiantur. vel quod idem est ut legibus sic institutis bene obediatur.

## Quot et que opera debent continere leges que a regibus et principibus condende sunt. xxviij

Ostendimus in precedentibus tales quales esse debent leges condende a regibus et principibus. quia debent esse iuste equales utiles et convenientes populo cui imponuntur. Volumus autem in hoc capitulo declarare qui sunt effectus legum et que et quot opera debent continere huiusmodi leges. Dicuntur autem quinque esse opera

Seu effectus legum vel quinque esse opera legalia, videlicet precipere,
permittere, prohibere, premiare et punire. Sunt enim leges, ut superius
dicebatur, quedam regule actionum humanarum. Sicut enim medicina per
dieta et potiones et per alia que in ea traduntur vult regulare
et equare humanos humores, sic etiam politica que est de re-
gimine civitatis et regni per leges et per alia que ibi docentur
vult equare et regulare actiones humanas ut cives iuste vi-
vant et debite se habeant. Circa actiones autem humanas
duplex cura esse potest. Una cum opera sunt futura prout sic
sunt effectui mancipata. Alia vero cum opera iam sunt in
esse producta. Utroque modo dicitur esse cura conditoribus legum de hu-
manis actionibus. Unde est ergo quod quinque effectus legum sumuntur
respectu operum iam factorum et respectu fiendorum. Quorum tria
possumus attribuere legibus, videlicet precipere, permittere et prohibere
respectu fiendorum; vero duo legibus attribuimus, videlicet punire et
premiare. Nam actiones humane ut communiter in triplici
differentia consistunt. Nam quedam sunt bone et virtuose. Quedam
male et vitiose. Quedam vero medie, ut ille que de se sunt indi-
fferentes. Multa enim sunt que de se sunt quasi indifferentia,
licet forte intentione operantium possint esse bona et laudabilia
vel mala et vituperabilia, ut si elevare festucam de terra de se
sit opus indifferens. Si quis tamen mala intentione levaret illam,
ut quia vellet ponere in oculum socii, esset opus pravum et
vituperabile. Si vero elevando eam vellet purgare domum vel
facere aliquod opus pium propter bonam intentionem operantis,
quod de se est quasi indifferens esse potest virtuosum et lau-
dabile. Secundum hoc ergo habita opera fiendorum tria legibus attribuimus,
videlicet precipere quantum ad opera bona, prohibere quantum ad opera
mala, permittere quantum ad indifferentia. Advertendum tamen quod quia
lex imponitur quasi communiter omnibus et omnes communiter in principio
non attingunt medium bonitatis, quia non omnes possunt esse
omnino perfecti, spectat ad legislatorem non solum permittere indifferentia
non prohibendo ea nec puniendo, sed etiam spectat ad ipsum
permittere que non notabiliter recedunt a medio. Nam si vellet le-
gislator omnia mala quantumcumque prohiberet modica pro-
hibere et punire, vix aut nunquam posset aliquis populus regere.
Ideo non solum permittenda sunt indifferentia, sed etiam quedam modica

malicia habent annexam puniri puniri a legislatore. Ergo que attribuenda sunt legibus respectu operum fiendorum. De levi apparere potest que attribuenda sunt eis respectu operum iam factorum. Hec autem sunt duo punire et premiare. Nam opera notabiliter mala antequam fiant sunt prohibenda, sed postquam iam sunt facta sunt punienda. Opera vero notabiliter bona antequam fiant per leges sunt precipienda et consulenda, facta vero sunt premianda. Sed opera sunt indifferencia vel non notabiliter bona vel non notabiliter mala non dicuntur legibus humanis esse permissa. Facta vero nec premiantur nec puniuntur. Quinque ergo attribuimus legibus, duo respectu bonorum operum, ut precipere fienda et premiare facta, et duo respectu malorum, ut prohibere fienda et punire facta. Sed unum attribuimus legibus respectu operum indifferencium vel que sunt indifferencia, ut permittere. Hiis itaque sic pertractatis dicamus quod decet reges et principes quorum interest sollicitari circa commune bonum et circa regimen regni et civitatis, circa pervigiles insudare quas leges et que statuta imponant civibus, ut diligenter per se et per suos consiliarios discuciant que bona sunt precipienda et premianda et que mala sunt prohibenda et punienda, et que dissimulanda et permittenda etc. Qualiter melius regatur

civitas aut regnum et utrum melius regitur optimo rege aut optima lege — XXIX

Philosophus tercio politicorum inquirit utrum regimen aut civitatem sit melius regi optimo rege aut optima lege. Adducit autem raciones duas quod melius sit politiam regi optima lege quam optimo rege. Prima sumitur ex eo quod rex dicitur esse quasi organum et instrumentum legis. Secunda ex eo quod facilius est corrumpi regem quam legem. Prima sic patet. Nam nono ethicorum principem dicitur esse custodem iusti vel iuste legis. Est ergo princeps si debite principatur quasi quoddam organum iuste legis ut quod lex iuste fieri precipit rex per civilem potenciam observari possit facit. Quare si quod est principalius et eligibilius in regimine quam organum et instrumentum regi optima lege eligibilius est quam regi optimo rege. Hoc est ergo quod ait philosophus iii° politicorum quod eligibilius est principari legem quam hos sive reges et principantes. Instituendum est esse servatores legis et ministros legum. Secunda via ad investigandum hoc videlicet sumitur ex eo quod facilius est pervertere regem quam legem. Nam

Rex enim si sit homo non dicit tantum intellectum sed dicit intellectum cum concupiscentia. Dato ergo quod rex non peruertatur eo quod est intellectus puri tamen propter eo quod habet concupiscentiam annexam. Ideo dicitur in Ethicorum quod aliquando optimos viros furor et concupiscentia peruertit. Quantumcumque enim optimus sit per concupiscentiam et si non concitatur ad esse optimum quia non est ultimatum optimum. Rex itaque dicit intellectum cum concupiscentia. Sed lex quia est aliquod pertinens ad bonos videtur dicere intellectum solum. Ideo dicitur in Politicorum: Qui iubet principari intellectum iubet principari deum et legem. Sed qui iubet principari hominem cum concupiscentia annexam apponit ut principetur ut bestia. His ergo rationibus videtur ostendi quod melius regnum et ciuitatem regi lege quam rege. Sed quod hoc non sit simpliciter faciendum ostendit philosophus in eodem 3o. Nam ut ait: Lex uniuersaliter dicit quod non est verum. Oportet enim hominem aliquas leges quantumcumque sint exquisite in aliquo casu deficere. Melius est ergo regimen regi optimo rege quam optima lege ut per regem corrigi possint legales defectus. Itaque ut appareat circa hanc materiam quid sit dicendum. Sciendum est regem et quemlibet principem esse medium inter legem naturalem et positiuam. Nam nullus recte principatur nisi agat ut recta ratio dictat. Nam ratio dicitur esse regula humanorum operum. Et narrat si nomine regis a regendo sumpta est decet regem regere alios et esse regulam aliorum. Decet regem in regendo alios sequi rationem rectam et per consequens sequi naturalem legem quae ex recta ratione consurgit. Rex igitur in regendo est infra naturalem legem. quia nullus recte regit nisi quantum a lege naturali non deuiat. est tamen supra legem positiuam. quia illam sua auctoritate constituit. Ita quod sicut rex in quantum bene regit nisi innititur legi naturali. et agat ut recta ratio dictat. Sic lex positiua in quantum recte ligat nisi innititur auctoritati regis aut alterius principantis. Nam iustum positiuum et legale ut supra dicebatur ex principio nichil differt sic vel aliter quam autem ponitur pro auctoritate ponentis differt. Quare lex positiua est infra principantem sicut lex naturalis est supra. Et si dicatur legem aliquam positiuam esse supra principantem hoc non est ut positiua. sed ut in ea reseruatur aliquid iuris naturalis. Cum ergo quaeritur utrum melius sit regnum aut ciuitatem regi optimo rege aut optima lege. Si loquimur de lege

Naturali patet hanc principalitatem esse in regendo quod sit ipse
rex eo quod nullus sit verus rex nisi innitatur illi regi. Per quod hic
dictum est quod innuit pc in po ... in recto regimine principari
non dicitur bestia sed deus et intellectus. Nam tunc principatur bestia ad quem
non innititur regere alios racione sed passione et concupiscencia quibus
communicat cum bestiis. Tunc non principatur deus cum intellectus
qui quis in regendo alios non deviat a racione recta et a lege
naturali quam deus indidit intellectui cuiuslibet. sed si loquimur de lege
positiva melius est regi optimo rege et maxime in casibus
illis in quibus talis lex deficit et dictat universaliter observandum. Contra hoc
quod concludebat racio in oppositum facta quod melius est regi optima
lege quam rege eo quod lex particularia determinare non potest. Ideo
expedit regem ut dictum est principari per racionem rectam aut
per legem naturalem quam deus in mente imposuit cuiuslibet
hominis dirigere legem positivam et esse supra iusticiam lega-
lem et non observare legem ubi non est observanda. Ad hoc ad
patet quod qualiter severitas et clemencia possunt simul stare cum
iusticia. Nam humani actus propter particulares circumstancias et prop-
ter eorum variabilitates ut vult philosophus quinto ethicorum non possunt
mensurari regula inflexibili ut puta ferrea sed oportet mensurare
regula plumbea que sit applicabilis humanis actibus. Oportet aliquando
legem plicare ad partem unam et agere cum delinquente cum
lex dictat. Aliquando vero oportet eam plicare ad partem oppositam
et rigidius punire peccantem quam lex determinet. Nam propter
circumstancias que leges determinare non possunt aliquando alleviat
delictum et tunc iuste et secundum racionem clementer agitur cum de-
linquente. aliquando vero tales circumstancie aggravant et tunc est
rigidius intendendum. Rigor ergo et clemencia licet videantur esse preter
iusticiam legalem et positivam non tamen sunt preter iusticiam simpliciter
si racionabiliter fiant exigentibus paribus circumstanciis. Unde et
ergo quod in iudicando equa dicimus est de equalitate equa
de rigore equa non de clemencia. Nam quando regula legis
manet recta et equalis non plicata ad aliquam partem iudi-
cia mensurata secundum talem regulam dicimus ergo equaliter procedere.
sed non exigentibus conditionibus delinquentis legalis regula plicatur
ad partem mitiorem. Iudicium autem sumi dicitur procedere
ex gracia vel ex clemencia. Licet sed dicta regula plicetur

ad partem oppositam fiet iudicium ex rigore siue ex seueritate et
quia hec omnia iuste et rationabiliter fieri possunt clementia et seueri
tas simul cum iustitia possunt existere etc.

XXX **Quod preter legem humanam et naturalem oportuit dari
legem euangelicam et diuinam**

Obiecerunt autem aliqui de suo ingenio presumentes dicentes
theologiam superfluam ex quo habemus philosophicas disciplinas
in quibus determinatur de omni ente et superfluam legem
euangelicam et diuinam ex quo habemus legem humanam et naturalem
que videntur omnia vitia prohibere et omnes virtutes precipere
Sed quod preter legem naturalem et humanam expediens
fuerit dare legem euangelicam et diuinam triplici via probare
possumus que communiter a doctoribus traduntur Prima sumitur
ex parte punitionis peccatorum. secunda ex parte cognitionis nostre
Tertia ex parte finis siue ex parte finalis boni quod inten
dimus adipisci Prima via sic patet Nam ut supra dicebatur
Lex humana non omnia peccata punit quod duplici de causa con
tingit Prima est quia conditor legis non potest attingere perfec
tam formam viuendi propter quod decet et oportet talia peccata dissim
ulare et non punire lege humana ad hoc quod possit durare prin
cipatus in populo Non enim esset possibile aliquem diutius principari
si vellet omnia peccata punire et omnes transgressiones corrigere
Secundo si omnes transgressiones note possent puniri a principe
seu a principatu non tamen est possibile simul omnia peccata puniri
quia non omnia perueniunt ad notitiam principantis Immo
aliqua sunt adeo occulta ut interiores concupiscentie que lege
humana puniri non possunt Oportuit ergo preter legem humanam
dari aliquam legem ut nullum malum remaneret impunitum
et nullum bonum irremuneratum Ad hoc autem faciendum non
sufficit lex naturalis ut in prosequendo probabitur Oportuit ergo
dare legem euangelicam et diuinam per quam prohibentur
etiam delicta interiora quam exteriora eius transgressiones uel in hoc
seculo vel in alio puniuntur Ex hoc autem apparere potest quomodo
lex humana prohibet concupiscentias et quomodo non prohibet. si prohibet
manum et non animam Dicebatur enim supra hoc et declarabatur esse se
cundum quod quasi consideretur intentio legislatoris lege hu
mana omnia peccata prohibentur uel prohiberi deberent Non enim

hinc rectam intentionem rex vel quilibet alius legislator non inten-
dat suos cives facere simpliciter virtuosos. Potest enim tamen ad
perfectam virtutem nullus induci nisi intendat omnia peccata
vitare. Si consideretur lex quantum ad intentionem legislatoris
prohibet omnem concupiscentiam. Immo recitat per philosophum in politicorum
cum disputat contra Socratem. Sed hunc modum magis prohiberi
concupiscentia quam actus exterior. eo quod actus exteriores tunc ma-
xime inducunt cives ad virtutes si sint boni. et ad vitia
si sint mali cum procedunt ex interiori appetitu. Sed si consideretur
lex humana non quantum ad intentionem legislatoris. sed quantum ad
punitionem. sic dicitur non prohibere et animum. eo quod talia delicta
non puniat. Immo 2 in hunc modum non solum lex humana
non prohibet interiores concupiscentias. sed etiam non prohibet omnia
exteriora delicta. Nam legibus etiam humanis aliqua dissim-
ulantur minora mala ut vitentur maiora. mala ut permittuntur
fornicationes simplices et non puniuntur humanis legibus
ut vitentur adulteria. Secunda via ostendens necessariam
esse legem evangelicam et divinam sumitur ex parte cognitionis nostre
et ex incertitudine iudicii nostri. Nam de contingentibus particularibus
et de agibilibus humanis adeo sunt diversa iudicia hominum
ut de eisdem apud diversas gentes diverse sunt leges.
Secundum enim iudicium quorumdam aliquid est iustum quod secundum
iudicium aliorum est iniustum. quare cum in humanis iudiciis
cadere potest dubietas et error. expediens fuit legem evangelicam
et divinam certam quam errare esse non valet. Tertia via sumitur
ex parte finalis boni quod intendimus adipisci. Nam cum
huiusmodi bonum sit supra facultates nature nostre lex
naturalis et humana inclinantes nos ad consecutionem illius boni quod
possumus naturaliter adipisci non sufficiunt ad consequendum bonum illud
supra naturale. ideo necessaria fuit lex evangelica et divina per quam
ordinamur ad illud bonum. Decet ergo reges et principes quos
competit esse quasi semideos et esse intellectum sine concupiscentia
et esse formam vivendi et regulam agibilium sic se habere
debent ad leges divinam naturalem et humanam. et sicut excedunt alios
potentia et dignitate. sic eos superant bonitate et virtute.

Ci quantum possibile est assuescere innovare
aut immutare leges leges

Querit phus secundo politicorum ad disputat contra ypodomum
Utrum sit expediens civitatibus innovare patrias leges
et inducere novas consuetudines. Ordinaverat enim ypodo
mus ut supra tetigimus quod invenientibus aliquam legem civitati
proficuam honorem attribueretur in civitate illa et quia homines sunt
communiter honoris cupidi inducebantur multi ut invenirent
consuetudines novas dicentes eas esse utiles et proficuas et ut
solverent leges patrias et antiquas. Merito ergo dubitabatur
an positio ypodomi esset bona et an expediat sepe et semper
immutare leges dato etiam quod occurrant leges alique que videantur
esse magis proficue et meliores. Advertendum ergo quod phus iii politicorum
enumerat quatuor vias per quas videtur ostendi quod expediat innovare
leges. Prima sumitur ex parte scientiarum et artium. Secunda
ex parte pravitatis legum antiquarum. Tertia ex simp
licitate condentium leges. Quarta ex indeterminatione particularium
circumstantiarum. Prima via sic patet. Nam in aliis scientiis sic
videmus quod si occurrat posterioribus aliquid melius reprobanda
sunt dicta priorum puta in medicinali arte et multa
prima eloquia et in scientia Gimnastica sive in arte
exercitiva que docet luctari ut innuit phus iii pol. multa
que priores tradiderunt per posteriores sunt immutata et
innovata. Quare sic erit in legibus quod si occurrant meliores
leges quam sint tradite a prioribus patribus non sunt ulterius
leges patrie observande. Secunda via ad investigandum hoc
idem sumitur ex parte pravitatis antiquarum legum. Nam quasdam
leges patrias ut phus innuit contingit esse malas et barba
ricas sicut erat lex olim apud grecos quod portantes
ferrum et alia metalla emebant uxores adinvicem. Quid enim
barbaricum erat statuere legem ut cives possent suas uxo
res vendere. Sic et contingit leges aliquas esse stultas ut
puta legem illam quam ut recitat phus quedam gens statuit
dicens quod si aliquis consanguineus mortui invaderet aliquem tunc
et ille presentibus aliis fugit ab eo reputabatur fugiens reus
homicidii. Dicebat enim legislator quod non fugit nisi sen
tiret se culpabilem. Sed hoc fatuum fuit statuere quia sive
aliquis sit culpabilis sive sine non tamen timeat vulnera
naturale est ut fugiat consequenter ergo quia alique leges patrie

sunt prave innovande sunt antique leges. Tertia via sumitur ex simplicitate condencium leges. Nam aliquando condentes leges contingit esse simplices et rudes. Ideo cum sunt posteriores sapientiores non possent imitari leges paternas per simplices conditas. Ideo tali casu mutande essent priorum leges. Quarta via sumitur ex indeterminacione particularium actuum. Nam agibilia particularia indeterminata sunt, et perfecte comprehendi non possunt. Quare quantumcumque conditores legum fuerint sapientes, poterunt eos latere aliqui particulares circumstancie circa agibilia hominum. Si ergo posterioribus propter experienciam agibilium particularium occurrat aliquid melius et convenienius, ex quo est removere leges paternas et antiquas propter meliores leges noviter inventas. Videntur itaque hec omnes probare quod quotienscumque occurrit aliquid melius sunt leges paterne immutande. Sed hoc simpliciter asserere est valde periculosum civitati et regno. Nam assuescere inducere novas leges, ut innuit Philosophus 2o Politicorum, est assuescere legibus non obedire. Nam leges magnam habent efficaciam ex consuetudine. Difficulter enim quis facit contra aliquid quod est per diuturna tempora observatum. Assuescere autem non obedire legibus est assuescere non obedire regibus et principibus, et per consequens est tollere principatum et regnum. Quantum autem malum sequitur non obedire regibus et principibus ostendit Philosophus post Rethoricam. Cum autem magis nocet assuescere non obedire principibus quam non obedire medicis. Nam medici intendunt bonum corporis. Volunt enim corpus inducere ad sanitatem. Sic inde leges veri legislatores et veri reges principaliter intendunt bonum anime, quia intendunt cives inducere ad virtutem. Ut ergo appareat quod tenendum sit in questione, sciendum quod lex positiva si recta sit oportet quod imitetur naturali legi et determinet gesta particularia hominum. Dupliciter ergo humana lex potest habere defectum. Primo si sit contraria naturali legi. Secundo si non sufficienter determinet particularia gesta. Si primo modo deficiant leges paterne et positive non sunt leges, sed corrupciones legum, propter quod conservari non debent sed corrupciones legum. Nam leges positive licet sint addite naturalibus legibus, non tamen sunt contrarie illis, nisi vellemus appellare contrarium iuri naturali quod non est a natura inductum

sed est ei additum et appositum et per artem hominis adinventum. Secundum quem modum loquendi homo est nudus naturaliter et vestimentum est contra naturam. Nam esse vestitum videtur contrariari ei quod est esse nudum. Sed hunc modum loquendi locuti videntur iuriste ut patet ex instituta de iure naturali ubi dicitur quod leges naturales sunt contrarie iuri humano quia iure naturali ab initio omnes homines liberi nascebantur. Servitus ergo est contra naturam in quantum natura non inducit servitutem sed ad utilitatem hominum per leges posita est. Sic appellando aliquid esse contra naturam est rudicter loqui. Nam illud est proprie contra naturam quod contrarium dictat ratio naturalis et quia propter utilitatem communem et propter commune bonum hominum est servitus introducta ut supra in secundo libro ostendimus aliquos servire aliis et obedire. Lex sic iuri naturali additum et appositum sicut vestimentum est additum corpori nudo quod est naturaliter productum non tamen est contra ius naturale. Quia nunquam ratio non condidit leges. Ergo deficientes quia sunt prave et contra ius naturale cuiusmodi erat lex illa qua cives suas uxores vendere possent vel quecunque alie leges sunt prave et iniuste non sunt observande sed corrigende. Si vero leges deficientes sunt quia non complete determinant propria agibilia, dato quod occurrant leges meliores et magis sufficientes non est assuescendum innovare leges. Quod quia aliquando contingit ita decipi quia creduntur meliores qui sunt peiores et creduntur magis sufficientes que non sunt. Dico tamen quod si in aliquo sufficientiores essent leges noviter adinvente sunt tamen leges antique et patrie observande. Quia quantum ex una parte quis prestat dando sufficientiorem legem tantum ex alia parte nocet tollendo consuetudinem et diuturnitatem temporis per quam lex efficaciam magnam habet. Non est ergo simile de artibus et de legibus. Quia artes et scientie totam efficaciam habent ex ratione. Sed leges non sic immo magnam efficaciam habent ex diuturnitate et ex assuefactione. Decet ergo reges et principes observare bonas consuetudines principatus et regni et non innovare leges patrias nisi fuerint recte rationi contrarie etc.

Quid est civitas aut quid est regnum et quales oportet esse populum existentem in regno et civitate

Circa regimen regni et civitatis ut superius dicebatur erant quatuor pertractanda videlicet qualis debeat esse rex sive princeps. quales consiliarii. quales iudices et qualis populus. Expeditis ergo tribus restat dicere de quarto scilicet de populo. Scientes qualis debeat esse populus et quomodo debeat se habere ad principem non modicum adminiculatur scire quid sit civitas et quid regnum intendimus in hoc tercio libro declarare et diffinire quid sit civitas atque regnum. Sciendum ergo quid sit civitas. Et licet civitas sit aliquo modo quid naturale. eo quod naturalem habemus impetum ad civitatem constituendam. tamen non efficitur nec perficitur civitas nisi ex opere et industria hominum. Que autem ex arte humana efficiuntur potissime diffiniuntur et cognoscuntur ex fine et bono ad quod ordinantur et potissime scimus quid sit domus et quid debeat esse domus si scimus ipsam esse factam propter hoc bonum ut defendat nos a pluviis et caumatibus. Quare si scire volumus quid sit civitas enumeranda sunt bona illa ad que deservit constitucio civitatis. Et advertendum est quod bonorum inter illa sit potius. Narrat quidem philosophus tercio politicorum volens diffinire quid sit civitas sex bona ad que civitas ordinatur. Est enim civitas constituta primo propter commutacionem locorum nam homines simul cohabitantes consurgit eis ex hoc quedam iocunditas et delectacio. Nam nullius boni sine socio iocunda est possessio. Si quidem enim magna multitudine auri et argenti pollerent et omnibus victualibus habundarent et tamen non vincerent in societate ut alii sua magnificenciam perciperent et non eis sua bona communicare possent non multum reputarent illa. Facta est ergo civitas ut homines simul in uno loco viventes iocunde et delectabiliter commiscerentur. Secundo est civitas constituta non propter iocunde et delectabiliter commisceri sed etiam propter ipsum vivere. Nam homines in eadem civitate commorantes deserviunt sibi ad invicem et unus alteri subvenit in hiis que sunt necessaria vite. quod sic esse non posset si homines solitarie morarentur. Tercio facta sunt civitates propter propugnacionem contra guerram et propter non iniusta pati. Nam quia homo vivens solitariam vitam ductus non est sufficiens ipse impugnatoribus et vitare iniurias et iniusticias sibi factas. Constitute sunt civitates ut hii qui solitarii se non possent tueri ab hostibus existentes in multitudine parte tute ab eorum formidine. Quarto sunt civitates ordinate propter commutaciones

Ad quid est civitas constituta

et contractus Dicebatur enim superius cum de legibus tractabamus quod facere
commutationes et contractus erat sextum genus et erat quasi humane
generi quia enim nulla habet omnem sufficientiam ad vitam oportet com
-municet ea in quibus abundat in illa a quibus deficiat Ideo necesse
fuit emptiones venditiones commutationes et contractus que
omnia quia facilius fiunt hominibus simul convenientibus constituta
fuit civitas ut homines simul convenirent Quintum bonum ad
quod civitas ordinatur est communitas civium Nam homines per
convenire adinvicem amicitiam contrahunt ut fratres se diligant
vel aliquod aliud bonum quod inde consurgere. Et fiunt adinvicem
affines Sextum bonum propter quod est civitas constituta est vivere
eligibiliter et virtuose Nam magis possunt puniri delinquentes et
malefici si homines simul commorantur in civitate quam si morarentur
dispersim et vitam solitariam ducerent Unde est ergo quod timore
pene multi desinunt male facere et assuescunt ad operationes
bonas quod faciendo disponuntur ut fiant boni et virtuosi
Cum ergo virtutes et opera virtuosa sint magna bonorum
liceat propter omnia predicta bona sint aliquo modo civitas constituta
potissime tamen constituta est propter vivere eligibiliter et virtuose. Cum
sit a maiori fine et a maiori bono quod intendit agens accipienda
est eius notitia Bene dictum est circa d(?) iii^o politicorum
Quod civitas sola communitas civium compugnantium [illegible] com
-munitas [illegible] et cum talia sint ea sine quibus non potest
esse civitas primo tamen est civitas constituta propter bonum et
virtuose feliciter vivere Ubi ergo queritur quid sit civitas
dici debet quod est congregatio civium propter bene et virtuose vivere
et propter pacem et propter sufficientiam vite Viso quid est civitas
de levi videri potest quid est regnum Nam regnum supra
civitatem videtur addere multitudinem nobilium et ingenuorum Est enim
civitas pars regni et in regno est maior multitudo et
sunt plures nobiles et ingenui quam in civitate una. Potest
ergo sic diffiniri regnum quod est multitudo magna in qua sunt
multi nobiles et ingenui convenientes secundum virtutem ordinati
sub uno viro optimo ut sub rege vivere enim secundum virtutem
est finis principaliter intentus in quolibet cive in qualibet civitate
et in toto regno Nam secundum philosophum iii^o politicorum Idem est finis

Civitas diffinitur

Regnum

Regnum diffinitur

Omnis civis et totius civitatis. sic etiam dicere possumus quod idem est unius civitatis et totius regni. Debet ergo rex si sit iustus et virtuosus idem intendere in uno cive et in tota civitate et toto regno. Nam circa principaliter studere debet ut quilibet civis virtuose se habeat. ut tota civitas virtuosa existat. et ut totum regnum bene et virtuose vivat. sed si quilibet civis debet se virtuose habere. Tercia secundum philosophum tercio politicorum secundum quod aliquis excedit alios in potentia et dignitate sic decet nobiles et ingenuos esse magis bonos et virtuosos quam cives alios propter quod regem ipsum tamquam omnibus excellentiorem decet esse optimum et quasi semideum. Unde est ergo quod regnum dicitur esse multitudo in qua sunt multi nobiles et ingenui non quocumque modo se habentes sed viventes secundum virtutem et ordinati sub uno viro optimo ut sub rege. Ostenso quid est civitas et quid regnum de levi patere potest qualis debeat esse populus existens in regno et civitate. Nam si civitas et regnum primo ordinatur ad vitam bonam et virtuosam habitatores regni et populus existentes in civitate et regno debent esse tales quod vivant bene et virtuose. Unde est ergo quod ait philosophus iii polit. quod magis est civis abundans in bonis operibus et virtuosis quam qui abundant in divitiis et in nobilitate generis vel in aliis exterioribus bonis. Credunt ergo multi esse cives et esse de regno si in regno habeant domos multas possessiones magnas. sed magis sunt de regno abundantes in operibus virtuosis et observantes leges rectas et statuta regni quam habentes nobilitatem generis civilem potentiam et multitudinem exteriorum bonorum etc.

## Quod tunc est optima civitas et optimum regnum et optimus populus quando est ex multis personis mediis — xxxiij

Quarto politicorum ait philosophus quod tres oportet esse partes civitatis. Nam hii quidam sunt opulenti valde. hii autem egeni valde. hii vero tertii sunt horum medii. Hoc ergo modo quo divisa est civitas in tres partes dividi potest quilibet populus et quodlibet regnum. Intentio autem huius capituli est ostendere optimam esse civitatem et regnum si ibi sit populus ex multis personis mediis constitutus. Tangit autem philosophus iiii° pol. quatuor ex quibus sumi possunt quatuor vie ostendentes

meliorem esse politiam et melius esse regnum et civitatem si ibi sit
plures abundantes in multitudine mediarum personarum. Prima sumitur
ex eo quod tales personas magis rationi uniuntur. Secunda ex eo quod inter ip-
sos esse videtur maior equalitas. Tertia quia ibi est minor invidia
et minor contemptus. Prima via sic patet. Nam si in populo sint
multi divites et multi valde pauperes, pauce persone medie
horum autem neutra rationi inveniunt. Nam multum divites et mul-
tum pauperes nesciunt rationi se habere sed modica occasione
sumpta eis manifeste nocent. Sic etiam multum pauperes et
nimium divites nesciunt se rationi gerere. Insidiantur eis quomodo
possint astute et latenter eorum depredari bona. Si si in populo
sint multe persone medie cessabunt multa nocumenta et de
facili rationi obediunt. Hoc est quod dicitur iiii politicorum quod tenere
mediocre est optimum et optima est possessio media et facilime ro-
ni obedit. Nam si una pars civitatis sit semper ingenua et
semper potentes et semper dives alia vero huic contraria
sit semper egena semper debilis et valde vilis. Difficile est
rationi servire. Nam hii quidem vero semper potentes sicut nocu-
valde astute et latenter insidiantes divitibus. Secunda via sumitur
ex mutuo amore qui debet esse inter existentes in eodem regno
vel inter commorantes in eadem civitate. Nam ut dicitur iiii ethicorum
ipsi vero pauperes numquam amant principes et potentes et
divites. Hec autem ut ibi subditur sunt valde nociva civitati.
Ut ergo sit mutuus amor inter cives bonum est plures abundare
in personis mediis. Tertia via sumitur ex equitate et iustitia
que est servanda in civitate. Nam ut ait philosophus excedentes
et insistentes potentes divitiis et amicis et in aliis huiusmodi
bonis nesciunt subici. Qui autem sunt in excessu sumitur indi-
gentes et pauperes nesciunt principari. Quare si plus sit
plurimum ex duabus partibus constitutis ex nimium divitibus et
nimium pauperibus et pauce aut nulle sint ibi persone medie
de facili reservabit inequalitas et iniustitia. Nam divites per eius
vellent principari et subpeditare alios. Alii vero contra
venientes despectores fierent et si contingat pauperes obtinere
et principari voluerint male tractabunt divites et po-
tentes. Quarta via sumitur ut inter invidia et contemptus
ut dicitur iiii politicorum pauperes invident divitibus et divites maxime

Contempnunt eos nulla societas est vbi durabilis vbi est multa
inuidia et contemptus. Quare si optima est policia ex multis
personis medijs constituta quia tunc de facili regnat vnicus
adinuicem se diligent reseruabitur inter ipsos equalitas et amici-
cia erit inter illos contemptus et inuidia. Non enim habebit
vnus vnde alium contempnat nec vnde ei inuideat videns
se quasi equalem ei existere et non esse magnum excessum
inter ipsos. Huic autem veritati attestatur et Salomon Ba-
cendas et Lingeus tradiderunt de policia. Dixerunt enim
eas constituendas esse ex personis medijs. Debent ergo reges et
principes adhibere cautelas vt in suo regno abundent per-
sone medie vt nec alij ad nimiam paupertatem deueniendo
efficiantur reliquis nimis diuites quod fieri poterit si non pro
qualicumque causa liceat ciuibus paternas possessiones vend-
ere. nec pro quibuscumque licet indifferenter liceat quascumque posse-
ssiones emere adhibita enim diligencia circa emptionem
agrorum et terrarum poterit aliqualis equalitas reseruari
inter ciues etc.

Quod expedit populo cum reverentia regibus obedire et cum summa diligentia leges regias servare

Consequenter autem populus quantum ad presens spectat xxxiiii
tria scilicet cum magna diligencia obediat regibus et
principibus et obseruet leges regias. ex quibus
triplici via venari possumus quoniam sit vtile et expediens
populo obedire regibus et obseruare leges. Primo quia
ex hoc sequitur populus virtutes et maxima bona. Secundo quia ex
hoc oritur salus regum et ciuitatis. Tercio oritur ex hoc
pax et tranquillitas ciuium et abundancia exteriorum rerum.
Prima via sic patet. Nam vt dicebatur in precedentibus
intencio legislatoris est inducere ciues ad virtutem. In tercio
enim policie vt vult philosophus circa principium capituli politicorum. Eadem
est virtus boni ciuis et boni hominis et per idem sine per eosdem
mores est aliquis bonus ciuis et bonus homo si bene
obediat principanti. et cuius est leges ferre. quare si
principans recta regula regat populum sibi commissum
cum intencio eius est inducere alios ad virtutem cum virtutis

faciat existentem ad bonum et opus bonum. Oportet in toto recto
regimine quod bonus civis sit bonus homo et qui bene subiacet
regi et bonus vir. Si enim rex non intenderet quod sibi subiecti
essent boni et virtuosi, iam non esset rex sed tyrannus. Ergo
quilibet civis debet contendere ut sit bonus et virtuosus. Eo quod vir
tutes sunt maxima bona civium, summa diligentia debet
studere ut regi obediat et ne contemnat leges et praecepta eius.
Omnibus ergo tam nobilibus quam ignobilibus utilis est obedientia
regia et observantia legum. Immo tanto magis est hoc expe
diens nobilibus quam ignobilibus quanto decentius est eos bonos
et virtuosos. Secunda ad investigandum hoc idem sumitur ex eo
quod ex obedientia regis et ex observatione legum oritur salus
regni et civium. Ad quod vult primo Rhetoricorum: In legibus est salus
civitatis. Dicunt enim aliqui quod observare legem et obedire
regi sit quidam servitus. Sed ut Philosophus quinto Politicorum, non est ser
vitus sed libertas. Ignoraverunt enim quid est libertas dicentes
observare leges et obedire legibus esse servitutem. Cum enim
bestie sint natura serviles, quanto quis magis accedit ad
naturam bestialem, tanto est magis natura servus. Esse ergo
sceleratum, affectatorem belli, turbatorem pacis, velle vivere
sine freno et sine rege, secundum sententiam Philosophi et ut dicit Homerus,
est esse magis bestiam quam hominem. Contemnentes ergo non observan
tes leges, nolentes obedire legibus et superioribus, sunt magis
bestie quam homines et per consequens sunt magis servi quam liberi,
si non obediunt regibus et non observant leges. Quanta
autem salus contingit in regno ex inobedientia regis
sufficienter ostendi potest si considerentur verba Philosophi quinto Politicorum
qui comparat regem ad regnum sicut animam ad corpus. Nam
sicut anima corpus regit et gubernat, sic rex regit et
gubernat regnum, et sicut anima est salus et vita corporis, sic
rex, si recte principetur, est salus et vita regni. Unde sicut pe
ssimum est corpori delinquere animam et non regi per eam, sic pe
ssimum est regno deserere leges regias et praecepta regalia
et non regi per regem. Tertia via ad investigandum hoc
idem sumitur ex eo quod ex obedientia regia et ex observatione
legum oritur pax et tranquillitas civium et abundantia

Extiterunt rerum. Nam ut supra dicebatur leges et etiam legisla-
tores et reges et principes coactivam habent potentiam ut quos amor
honesti per increpationes patiatur et amor non retrahit ab operibus
scelestis saltem timor pene retrahatur ab illis. expediens ergo
fuit regno et civitati habere aliquem regem vel aliquem principem
ne cum malefici turbaverint pacem civium. Intendit enim quilibet
legislator ut corda civium sint tranquilla. et ut cives vi-
vant pacifice et unanimes. Unde est quod philosophus in primo Rethoricorum
videtur velle quod sicut se habent legislatores ad animas sic medi-
ci ad corpora. Nam sicut medicus intendit sedare humores
ne insurgat morbus et bellum in corpore. Sic legislator inten-
dit placare corda sedare animas ne insurgat rixa et dis-
sensio in regno aut in civitate. Unde est ergo quod dicitur primo
Rethoricorum. Ait non tamen nocet peccare contra precepta medici quantum
assuescere non obedire principi. Est enim anima magis bonum quam
corpus et pax civium et commune que sunt in regno potior est
quam equalitas humorum vel quam sanitas corporis. Summo ergo opere
debent populus et omnes habitatores regni circa obedientiam regiam
et observationem legum cum ex hoc consurgat tantum bonum
quanta est pax et tranquillitas in regno. Consurgit etiam ex hoc
abundantia exteriorum rerum. Nam existente guerra in
regno. remanent terre inculte et fiunt depredationes quibus
sterilitates deducuntur habitatores regni ad inopiam. Si ergo
consideretur quantum bonum advenit regno ex rege non
solum regibus recte regentibus. sed etiam dato quod in aliquo
tirannizarent studere debent populus obedire illis. Nam magis est
tollerabilis aliqualis tirannides principantis quam sit malum
quod consurgit ex inobedientia principis et prevaricatione
mandatorum eius &c

## Qualiter se debent cives et universaliter omnes habitatores regni habere ne reges provocentur ad iracundiam contra illos. XXXV

Postquam docuimus populum et habitatores regni ut obedi-
ant regibus et conservent eorum leges. Volumus
in hoc capitulo declarare qualiter se habere debent existentes in regno
ne reges provocentur ad iracundiam contra ipsos. Circa autem
quod Philosophus in primo Rethoricorum. Est iracundia proveniens ex distinctio tre



Appetitu apparentis punitionis propter apparentem parvipensionem
eorum que in ipsum aut in ipsius aut in aequa re cito contingit
nunquam enim est ira sine aequali tristitia. Appetit enim iratus
apparenter vel manifeste punire eos qui parvipendunt ipsum vel
aequa que sunt ipsius vel ea que in aequo ordinantur ad ipsum.
Cum ergo quis aequo proditor inordinatum manifeste forefacit
cum animum ille tristatur ex appetitu punitionis dicitur irasci. Cives
itaque ut non provocentur reges ad iram non debent forefacere eum in
regem neque etiam in ea que sunt ipsius neque in illa que aequo
ordinantur ad ipsum. Primo quidem expedit civibus qui sunt de regno
ut non irritant regiam iram non forefacere in ipsum regem. Regi
enim duo debentur videlicet honor et obedientia. Est enim rex caput regni
cum caput autem in aliis membris dupliciter comparatur. Primo quidem quia
est altius et excellentius illis. Secundo vero quia ea dirigit in
actiones suas. In capite enim vigent sensus et ymaginacio per
quam dirigimur in operationes nostras. Sic rex excellentior est omnibus
illis qui sunt in regno. Rursus quia eius est leges ferre
et quia in rege maxime debet vigere sensus et prudentia
ad ipsum maxime spectat per se et per alios dirigere eos qui sunt in
regno. Ratione ergo qua rex est excellentior aliis ei debetur
honor et reverentia. Ratione vero qua ipsius est dirigere alios
debetur ei subiectio et obedientia. Qualiter dupliciter potest forefacere
in regem ab hiis qui sunt in regno. Primo si non ei prebeant
eum honorem debitum et reverentiam dignam. Secundo si non sunt
ei subiecti et obedientes observantes eius leges et mandata.
Cum enim hec duo honor videlicet et obedientia subtrahuntur a rege
multum provocatur ad iram. Unde dicitur 2o Rethoricorum quod irascimur hiis
qui consueverunt vel tenentur nos honorare si non sic se habeant.
Et est ratio quia sic se habentes videntur nos despicere. Nam si
nos non despicerent impenderent nobis honorem dignum. Sic etiam
ibidem dicitur quod ad minores irascimur si non se habeant ut debent
vel si faciant contraria eorum que decent quod maxime contingit
si transgrediuntur mandata superiorum et non obediunt regi qui precellit.
Viso quomodo civitatenses regni non debeant provocare regem
ad iram forefaciendo in ipsum non exhibendo ei debitum honorem
et obedientiam dignam. Restat videre quomodo non debeant ipsum
ad iram provocare forefaciendo in eo que sunt

et qui pertinent ad ipsum. Ad regem vero pertinere videntur quatuor
genera personarum videlicet parentes et ulterius omnes cognati uxor filij
et subditi. Spectat itaque ad habitatores regni si nolunt regem
ad iram provocare nec peccare nec forefacere in ipsum regem. Sed
etiam nec forefacere contra cognatos uxorem filios et universaliter
contra omnes subiectos regi. Et quia omnes qui sunt in regno ipsi
regi sunt subditi. forefaciunt contra regem quotienscumque alicui in
regno efficitur iniuria aliqua. Hoc est ergo quod dicit Rethorica
capitulo de ira quod irascimur forefacientibus in parentes filios uxo
res et subiectos. eo quod turpe sit ipsis non auxiliari. Tertio
spectat ad habitatores regni non forefacere contra ea que aliquo modo
ordinantur ad regem huiusmodi autem sunt possessiones proprie
et debita iura regni. Provocatur enim rex ad iram contra usurpa
tores iura regni. quia in hoc videntur ipsum contempnere et parvip
endere si iniuste et absque permissione regia manum apponunt in ea
que ad regem spectant. Quarto ergo omnes cives et ulterius omnes
habitatores regni ab ipsa infantia provocare filios ad dilectionem
regis et instruere eos quod debeant honorare regem. obedire
ei nec forefacere in cognatos eius sive in filios sive in aliquas
personas ei subiectas sive in aliqua iura regni. Postremum est
ut ulterius possunt instruere pueros ad virtutes et obedientiam
legum utilium. et ad observandum ea que requirit politia vel
regimen regni in quo existit. Semper enim amamus plus magis
et illud ad quod primo instituuntur iuvenes sunt magis ad ob
servandum prompti etc.

## Quomodo reges et principes debent se habere ut amentur a populo et quomodo ut timeantur et quod utrumque sit necessarium amari tamen plus appetere quam timere. XXXVI

Quoniam in primo libro promisimus nos quomodo reges
et principes se habere debeant ut amentur a populo et
quomodo ut timeantur. Volumus hic exequi quid vel
qualiter nec quomodo hoc fieri contingat. Sciendum itaque quod ut re
ges et principes communiter amentur a populo tria potissime cum
se habere debent. Primo quidem esse debent benefici et liberales.
Secundo fortes et magnanimi. Tertio equales et iusti. Communi
ter sic patet. Nam vulgus quod non percipit eius consilia bona
iudicat beneficos et liberales et immunsurata et in ea que sunt
communissimate consuetudini amat et veneratur. Ideo dicit secundo

Rethoricorum tractat de amore quo populus amat et honorat benefi
cos in pecunias et liberales Secundo ut reges amentur a populo
debent esse fortes et magnanimi exponentes se si oportuerit et se ipsos
pro bono communi et pro defensione regni Nam populus valde di
ligit fortes et magnanimos exponentes se pro bonis Credit
enim per tales salutem consequi Ideo dicitur ijo rethoricorum quod diligimus
beneficos in salutem id est eos qui possunt nobis benefacere nos salva
do et liberando Ideo diligimus fortes et cordatos Tercio ut reges
diligantur a populo decet eos esse iustos et equales Nam magis re
putatur populus ad odium regis si videat ipsum non observare
iusticiam Ideo dicitur secundo rethoricorum quod iustos maxime diligimus
Viso quomodo reges et principes debeant se habere ut amentur a populo
videre restat quomodo se habere debent ut timeantur ab eis Potissime
autem timentur potentes ut ex ijo rethoricorum propter punitiones quas
exercent in subditos In punitione autem tria sunt consideranda videlicet
punitorum illa persona punita et modus puniendi Quantum
ergo ad punitorem timebuntur reges et principes si in eos qui volunt
modum regni et politiam perturbant inequitas crudelitates
exercent Ideo dicitur ijo rethoricorum quod homines timent eos de quibus
sunt certi fecisse aliquid dignum Secundo timentur reges et prin
cipes non solum ratione punitionis directe sed et ratione persone punite
Nam iusticia pro iusticia nulli parcit Ideo dicitur vijo politicorum In
bene operante nulli parcit quia nec pro patre nec pro filio nec pro
amico dimittendum est operari iuste et bene Timent itaque ratione persone
punite timentur reges et principes quomodo ut aiunt ut alias per
timent si viderint eos forefacere timet enim tunc quilibet ex populo
forefacere cogitans se non posse punitionem effugere Omnino ut
vult philosophus iijo politicorum Decet reges et principes ut timeantur magis
et ut vilius observent iusticiam et magis punire consanguineos si ge
rere contingat eos valde forefacere quam contra alios
Tercio timentur reges et principes ratione modi puniendi quod fieri
contingit cum adeo communi iudicio et proposito latentes et caute
se gerunt in punitionibus exequendis et in iusticia facienda quod
malis effugere non possunt qui puniantur Ideo dicitur ijo rethoricorum
quod latentes magis timentur quam manifesti Viso quomodo reges et
principes se habere debent ut amentur et quomodo ut timeantur Restat
patere propter quod licet utrumque sit necessarium dicitur tamen amari magis appetere
quam timeri Dicebatur enim supra quomodo principalis intentio regis et cuiuslibet
principis debet esse inducere alios ad virtutem Omne ergo bene agere

per quod timentes sunt magis boni et virtuosi · debet esse magis intentum a legislatore Cum igitur per timentes et existentes in regno bene agant et observent leges et mandata regis ex amore honesti et ex dilectione quam habent ad bonum commune et ad regem sunt magis boni et virtuosi quam si hoc faciunt timore pene et ne puniantur magis debent appetere reges et principes amari a populis etiam amore boni populi bene agant quam timeri ab eis ex timore pene tamen sibi ab actibus malis Verum non est utrumque timeri et amari Quia non omnes sunt adeo boni et perfecti quod solo timore honesti et boni quiescant male agere oportuit igitur aliquos inducere ad bonum et retrahere a malo · timore pene eligibilius tamen est amari quam timeri ut etiam per habita manifestum

## Incipit tercia et ultima pars huius tercii libri in qua agitur de modo bellandi et milicia Et primo sequuntur capitula eiusdem ut patet

i Quid est milicia et ad quid est instituta et quod omnis bellica operatio sub militia continetur

ii Que sunt ille regiones in quibus meliores sunt bellatores et ex quibus artibus sunt homines bellicosi eligendi

iii In qua etate assumendi sunt iuvenes ad opera bellica et ex quibus signis cognoscere possumus homines bellicosos contingat

iiii Quot et que homines bellicosi habere debent ut bene pugnent et ut eos strenue bellare:

v Qui sunt meliores bellatores an urbani et nobiles vel agricole et rurales

vi Quod in opere bellico nimium valet exercitatio ac motus et quod ad incedendum gradatim et passim ad cursum et ad saltum excitandi sunt

vii Quod non sufficit ad incedendum serio et gradatim et ad cursum et ad saltum exercitare bellatores sed sunt plura alia ad que sunt exercitandi homines bellicosi in constructione castrorum

viii Quod utile est in exercitu facere fossas et construere castra et qualiter castra sunt construenda et quid sit attendendum

ix Que et quot sunt consideranda in bello si de
bent publica bella committi preponunt
x Quod utile est in bello facere vexilla et constituere du
ces et prepositos et quales esse debeant qui vexilla
in exercitu portant et qui comitibus et peditibus
xi Quibus cautelis debet uti dux belli ne suus
exercitus ledatur in via iesus cristus
xii Qualiter ordinande sunt acies si debeant contra
hostes vel adversarios dimicare
xiii Quod decludendi sunt omnes in bello preliantes
cessent et quod eligibilius est parte punctim vadere
xiiii Que et quot sunt illa que hostes potentiores
reddunt et quot modis et qualiter devincunt hostes in
xv Quod homines bellatores stare debeant si velint
hostes perire et quando debent eos circumdare et
quando debeant declinare a pugna sic quod non sit
bonum pugnam committere
xvi Quot sunt genera bellorum et quot modis
devincende sunt municiones et urbanitates
et quo tempore melius obsidende civitates et castra
xvii Quando debent se munire obsidentes et qui per
cuniculos impugnari possunt municiones obsesse
xviii Que et quot sunt genera machinarum
eicienciam lapides per que impugnari
valet municiones obsesse et devinci possunt
civitates et castra
xix Quando per edificia lignea impulsa ad muros
civitatis vel castri impugnari possunt
municiones obsesse
xx Qualiter edificanda sunt castra et civitates
ne per pugnam obsidentibus facile devincantur
xxi Quomodo muniende sunt civitates et castra et vel omnes
municiones ut ab obsidentibus difficilius capiantur
xxii Quando muniende sunt civitates

xxiii Quomodo resistendum est impugnationi facte per cuniculos et qualiter machinis lapidarijs et alijs consimilibus obsessi debeant obviare
xxiiii Qualiter construende sunt naves et qualiter committendum est navale bellum et ad quid bella singula ordinantur

Incipit capitulum primum in quo determinabitur de opere bellico et militia et ad quid est militia instituta

Tractatis duabus partibus libri tercij quia ostensum est quod senserunt antiqui philosophi de regimine civitatis et regni et determinatum est qualiter regenda sit civitas atque regnum tempore pacis. Restat tractare de opere bellico ut sciant reges et principes qualiter committenda sint bella. Nam ut plurimum bellorum industria ut patet per Vegetium in libro de re militari plus confert ad obtinendam victoriam quam faciat multitudo vel etiam fortitudo bellantium. Opus autem bellicum ut patet imposterum continetur sub militari. Quare si de opere bellico tractare volumus videndum est quid sit militia et ad quid sit instituta. Sciendum ergo militiam esse quandam prudentiam sive quandam speciem prudentie. Possumus autem quantum ad presens spectat distinguere quinque species prudentie videlicet prudentiam singularem, yconomicam, regnativam, politicam sive civilem et militarem. Dicitur enim aliquis habere singularem prudentiam vel particularem cum seipsum scit regere et gubernare et hec est prima prudentia. Yconomica et regnativa. Nam cuius est scire regere familiam vel civitatem aut regnum. Secunda species prudentie dicitur yconomica. Nam prudens ex hoc aliquis dicitur ut patet ex quinto ethicorum quia bene consiliatur et bene ratiocinatur et dirigit ad bonum finem. Ubi ergo reperitur alia et alia ratio boni ibi reperitur alia et alia species

prudentie · quae ad bonum domesticum et bonum totius familie sit aliud a bono actiuo singulari persone · sicut bonum commune est aliud a bono aliquo suorum ¶ Yconomica siue prudenciam per quam scit quis regere bonum domum et familiam, oportet esse aliam a prudencia · per quam quis nouit seipsum regere ¶ Tercia species prudenciae dicitur esse regnatiua vel legum positiua ¶ Nam sicut aliqua persona singularis est pars domus · ita domus est pars ciuitatis et regni et sic bonum honestum est aliud a bono actiuo sui persone · sic bonum ciuitatis et regni est aliud a bono domestico · prudencia ergo regnatiua et legum positiua, id est prudencia que requiritur in rege et principante cuius est leges ferre et regere regnum et ciuitatem est alia a prudencia yconomica que requiritur in patrefamilias cuius est gubernare domum ¶ Immo quanto bonum ciuitatis regni excedit bonum domesticum et bonum actiuum priuate persone · tanto prudencia que requiritur in rege debet excedere patrisfamilias uel prudenciam actiuam priuate hominis · per quod bene dictum est ¶ ait Vegetius in prologo libri de re militari ¶ Nequaquam magis decet scire vel meliora uel plura quam principem cuius doctrina omnibus subiectis prodesse potest ¶ Unde est ergo quod in erudiendo reges et principes hunc totalem librum diuisimus in tres libros · quia in primo libro docuimus regem esse prudentem prout rex ac princeps est quedam persona in se et prout bene seipsum regere ¶ In 2o docuimus regem ut est paterfamilias et ut bene dispensare bona domestica ¶ In 3o vero erudiuntur rex ac princeps ut est caput regni vel principatus et ut bene leges ferre et gubernare ciues · omnes autem has tres prudencias decet habere regem vel principem ¶ yconomicam et regnatiuam ¶ Quarta species prudentie dicitur esse politica siue ciuilis ¶ Nam sicut in principante requiritur excellens prudencia qua sciat alios dirigere · sic et in quolibet ciue requiritur prudencia aliqua qua cognoscat adimplere leges et mandata principantium Ne et sic ciuis principi ac regi est obsequiturus sicut marcellus fabio quia in marcello nulla est cognicio · sed solum agitatur a fabio · sic in ciue requiritur prudencia per quam habeat opinionem de hiis que imperantur a rege ¶ Ideo que est prudentia a prudencia per quam collocauimus in prima specie ¶ Nam aliud est ciuem scire se regere ut est aliquid in se · et aliud ut est subiectus principatui ¶ Nam et si quis solitariam uitam duceret adhuc oporteret ipsum habere aliquam prudenciam qua recte sciret se regere et gubernare non tamen

esse in ipsa prudentia civilis nec yconomica nec regitiva · quia
nec est civitas nec pars civitatis Cum ita sit quod prudentie dicta
est militaris comparatur regimini regni et civitatis sic se habet et or-
dinatur assimilatur hiis que videmus in uno et eodem homine Sic-
ut quilibet homo eget duabus virtutibus anime in se concupiscibili per quam
sequitur bonum et fugit malum · et alia per quam aggreditur
et resistit prohibentibus · sic quelibet civitas et regnum indiget
duplici virtute et duplici prudentia · videlicet legum positiva et
militari · ut per legum positivam tota civitas et totum regnum
prosequatur proficua et fugiat nociva · per militarem vero et per operacionem
bellicam aggrediatur et superet impedientia et prohibentia militaris
ergo est quedam species prudentie per quam superantur hostes et prohi-
bentes bonum civile et commune Ex hoc autem apparet ad quid sit
militia constituta Nam sicut leges ut supra ostendebatur principaliter
respiciunt commune bonum · sic et militia principaliter instituta est ad
defensionem communis boni ut civitatis vel regni · quare cum omne
bonum directe impediatur per impugnatores hostium et ex consequenti
vero ex seditionibus civium · et ex oppressionibus debilium per potenciores dicere
possumus quod sicut ad fortem principaliter spectat bene se habere in opere bellico
ex consequenti vero spectat ad ipsum bene se habere in aliis terribilibus
Sic ad milites principaliter spectat bene se habere in opere bellico
et per actiones bellicas opprimere impedimenta hostium ex con-
sequenti spectat ad ipsos secundum iussionem regiam et secundum mandata
principantis impedire omnes seditiones civium et omnes op-
pressiones eorum que fiunt in regno per quas turbari
potest tranquillitas civium et commune bonum Hanc autem pru-
dentiam vel militarem decet maxime habere reges Nam
licet exercitium bellorum et removere impedimenta communis boni
spectat ad milites · vel ad eos quibus reges et principes vo-
luerint committere talia facere · tamen quando committenda sunt bella
et quo tempore removeri possint impedimenta commune bonum
maxime spectat ad principantem Ex hoc patet qui
sint ad militiam admittendi Nam militia ut videtur est
quedam prudentia operibus bellicis ordinata ad commune
bonum videntur se habere milites in opere bellico sicut magistri
et doctores in scientiis aliis · quare sicut nullus esse debet
magister in aliis scientiis nisi constiterit ipsum esse doctum
in arte illa · sic nullus assumendus est ad dignitatem militarem

nisi constet ipsum diligere bonum regni. et nisi habeat sperare consistit bonum in opere bellico et quod velit consiliis suorum principantium impedire sed nec timidum pugnare pro iusticia. et pro viribus removere que impedire possunt commune bonum. Ex hoc etiam patet quod omnes bellicas operationes contineri sub militia. Quod licet bellatores contingat esse pedites vel etiam equestres non existentes milites debent tamen milites esse magistri bellorum et ordinatores aliorum in bello. Ideo sub militari operatione bellica continentur. Ex hoc etiam patet quod cum milites esse debeant magistri bellorum exercitium belli ad fortitudinem spectat. militia sub fortitudine continetur sub prudentia.

## Que sunt ille regiones in quibus sunt meliores bellatores et ex quibus artibus sunt homines bellicosi eligendi

ij Videtur quantum ad presens spectat in opere bellico duo necessaria esse strenuitatem bellandi et prudentiam circa bella. quare si scire volumus in quibus regionibus sunt meliores bellatores oportet attendere circa predicta duo. in partibus ergo nimis propinquis soli non sunt eligendi bellatores quia in eis deficit strenuitas et animositas circa bellum ut aut philosophus vii politicorum. Ratio autem huius a Vegetio primo libro de re militari capitulo ii ubi dicitur quod nationes que vicine sunt soli nimio calore siccate amplius quidem sapiunt sed modicum abundant in sanguine hac propterea non habent pugnandi constantiam nec fiduciam. quia non metuunt vulnera. quod tamen modicum non habeant sanguinem quia timent sanguinem amittere. non ergo sunt proni ad bella nec perpessiones. Rursus in partibus septentrionalibus et nimis a sole remotis non sunt eligendi bellatores quia etsi illi sunt sanguinis copia ut vulnera non metuant propter sanguinis abundantiam et impetuosi sunt quia huiusmodi et improvidi. Ideo non omnino sunt utiles operibus bellicis. quia consilium et prudentia in dimicationibus non est modicum utile. Quapropter videmus et plane vult philosophus vii politicorum quod gentes nimis propinque soli abundant sagacitate et industria sed deficiunt animositate. gentes vero a sole remote econtrario prudentia deficiunt et animositate superant. quare si tam animositas quam industria necessaria est in bellis ex mediis partibus eligendi sunt bellatores. sed ex regionibus nec omnino a sole remotis nec omnino soli propinquis eligendi sunt bellatores ut tam prudentia quam animositate polleant. Advertendum tamen quod certa

talia documenta accipienda esse ut in pluribus. Sed licet omnibus
partibus sint aliqui industres et aliqui animosi ut plurimum tamen
propinqui animositate deficiunt remoti vero prudencia. Advertendum
etiam quod licet in bellis tam animositas quam prudencia sit necessaria
magis tamen animositas est utilis. Ideo et si gentes omnino
propinque soli et omnino remote ab eo sint penitus utiles actibus
bellicis magis tamen intemedie regiones eligende sunt ad
opera bellica remociores soli quam propinquiores ut magis
animositate participent. Quia ergo ex quibus partibus meliores sunt
bellatores. Videre restat ex quibus artibus eligendi sunt bella
tores. Est immanda ergo sunt ea que requiruntur in hominibus bellicosis
ut sciamus quales homines sunt eligendi ad bellum. et ex quibus
artibus sunt assumendi bellatores. Sciendum ergo quod cum bellatores
debeant habere membra apta et assueta ad percuciendum non debent
horrere effusionem sanguinis. debeant esse animosi ad invadendum
et potentes ad tollerandum labores. Dicere possumus quod fabri fer
rary et carpentary sunt utiles ad opera bellica. quia ex
arte sua habent brachia apta et assueta ad percuciendum. Sic etiam
utiles sunt macellary. qui non horrent sanguinis effusionem
cum assueti sunt ad occisionem animalium et ad effundendum sanguinem.
Venatores etiam aprorum admittendi sunt ad huiusmodi opera nam non
sine magna audacia contingit aliquos invadere apros. sunt ergo
tales animosi et strenui ad bellum. Immo forte non minus
periculosum est bellare cum apro quam bellare cum hoste. Ideo non
timentes aprorum pericula. signum est eos non timere hostium
bella. Rursus venatores cervorum non repudiandi ab actibus
bellicis. eo quod tales assueti sunt ad labores nimios. Ex his
ergo artibus et circa que diximus eligendi sunt bellatores. Barbi
tonsores autem et sutores si consideretur ars propria ad pugnam sunt
inutiles. Sed qua iniquam vibrabit clavam aut ensem ubi qui dicitur
habere quamvis levem et qui est assuetus retinere in manibus nisi ra
sorium vel acum. que non est comperatio acus ad lanceam et rasorii
ad clavam. Sunt etiam appotecarii aucupes et piscatores non
sunt eligendi ad huiusmodi opera. eo quod non habent artem conformem
operibus bellicosis. Potest ergo contingere quod in qualibet arte sunt aliqui bellicosi
sunt et audaces. aliqui non timidi et pusillanimes. Sed communiter est
ex genere artis et prout ars ipsa reddit hominem aptum vel

incertam ad opus bellicum aliqua genera artium diximus esse utilia ad actiones bellicas et aliqua inutilia etc.

## In qua etate assumendi sunt iuvenes ad opera bellica. et ex quibus signis cognoscere possumus homines bellicosos

m Diximus supra plures velle in viii politicorum iuvenes a quarto decimo anno ultra assuefaciendos esse ad labores militares et bellicosos quod concordat cum vegetio de re militari dicente quod a tempore pubertatis assuescendi sunt iuvenes ad militares labores. Immo quia que a iuventute inchoamus minus diligimus et delectamur in illis. Si vult legislator cives bellatores facere et reddere ipsos aptos ad pugnandum potius debet convenienti tempore quam pretermittere. Nam ut ait vegetius melius est ut iuvenis exercitatus causetur etatem nondum advenisse pugnandi quam doleat preterisse. Est autem specialis ratio quare oportet iuvenes ab ipsa iuventute assuescere ad artem bellandi. quia non parva nec levis ars esse videtur scire armorum industriam sive cum equitem sive peditem oportet esse bellantem quia fortuitu videtur pervenire ad palmam si careat industria bellandi. nam in pedestri et in equestri pugna sunt multe adhibende cautele. Secundo est quia non prius sciunt velle addiscere bellare quam imminet pugnandi necessitas vel vita periculis mortis exponitur. Ut ergo bellatores habeant spatium addiscendi singula que requiruntur ad bellum ab ipsa pubertate assuescendi sunt ad opera bellica. Quare si legislator vel rex aut princeps debeat committere bellum viros exercitatos et bellatores strenuos debet assumere. Viso in qua etate assuescendi sunt qui debent esse bellatores ad actiones bellicosas. Videre restat ex quibus signis cognosci debeant homines bellicosi. Sciendum ergo viros audaces et cordatos utiliores esse ad bellum quam timidos. Rursus homines fortes et duriores corpore. quia potentiores viribus sunt magis eligendi ad opus bellicum. Amplius cum videamus aliqua alia bellicosa aliqua non timida homines similes bellicosis animalibus utiliores esse videntur ad bellum. Tribus ergo generibus signorum cognoscere possumus bellicosos viros. Primo quidem per signa illa que arguunt animositatem et audaciam. secundo vero per signa illa que ostendunt virilitatem et fortitudinem corporis. tertio autem per signa illa que conformantur animalibus bellicosis. Sunt autem signa per que ostenditur animositas et strenuitas cordis vigilantia oculorum et elevatio cervicis. Ideo dixit vegetius quod adolescentes

atrio
in actio operi deputandus dicitur esse vigilantibus oculis et erectam cer
uice. Signa uero per que ostenditur fortitudo corporis et vires me
brorum sunt durities carnis compactio musculorum neruorum
et lacertorum. Unde philosophus 8 pol. ex quibus bellicosum et industria mete
onis vocatur. Vnde ut scribitur 2o de anima molles
carne aptos mente dicimus. sed econuerso duri carne habentes
compactos neruos et lacertos sunt vigorosi et animosi et fortes
sunt et sunt aptiores ad pugnam. Signa uero cognita nobis
aliqua bellicosis sunt magnitudo extremitatum et latitudo
pectoris. videmus enim leones aliorum fortissimos habere magna
brachia et latum pectus. cum ergo videmus in homine quod sit vigi
lans oculis erectus durus in carne compactus in neruis
et in musculis habens longa brachia et latum pectus debemus arguere
ipsum esse bellicosum et aptum ad pugnandum. tales ergo quaerendi
sunt bellatores et ut plurimum contingit eos esse aptos ad actio
nes bellicas etc.

## Quot et que homines bellicosi habere debent ut bene pugnent et ut eos strenue bellare contingat. iii

Quantum ad presens spectat enumerare possumus viii
habere homines bellatores. Iam quae quantum ad presens
spectat investigare possumus quos et quales bellato
res rex aut princeps debet eligere. Primo enim oportet pugnatiuos
homines posse sustinere magnitudinem ponderis. 2o posse sufficere
ad assiduos membrorum motus et labores magnos. tertio posse
tollerare paruitatem victus. quarto non curare de incomoditate
iacendi et standi. quinto reuereri iusticie et bonum commune quam non ap
petiuerunt corporalem vitam. sexto non horrere sanguinis effusionem. septimo
habere aptitudinem et industriam ad protegendum se et ad feriendum alios.
Octauo verecundari et erubescere turpem fugam. Est enim primo
necessarium bellatoribus posse sustinere ponderis magnitudinem. Nam inermes
a quacumque parte feriantur occumbunt. quare nisi quis possit su
stinere armorum pondera inutilis est ad bellum. Secundo bellantibus
expedit posse sustinere quod assiduos membrorum motus. Nam si
quis in bello non continue seducatur aduersarius non fallitur in perfu
tiendo. quare semper exponitur ad sustinendum fortiores ictus.
expediens est enim quod homines continue seducentes viros ad magna

ad plenum aliqua percussio potest attingere. sed semper involutus sub-
terfugit. Nam sicut signum removetur et non stans fixum non sic de
facili percutitur ab arcu. sic non se circumvolvens non sic de facili
vulneratur ab hoste. Continuus ergo membrorum motus est utilis ad vitandum
plagas. sic etiam est necessarium ad convenientiam earum propter quod
tales debeant esse homines pugnativi ut diu tollerare possent
assiduum membrorum motum. Tertio homines pugnativos decet non
curare de pretiositate victus. Nam grave est ultra armorum pondus
et tormenta que requiruntur ad defensionem exercitus deferre abun-
dantiam victualium et copiam victus. Immo et si absque gravamine
adessent pugnantibus ciborum ubertas adhuc esset eis necessaria
abstinentia et non gravare se nimio cibo ut laborem pugnandi
convenientius tollerare possent. Quarto decet eos non curare de in-
commoditate iacendi et standi. Nam expedit aliquando pugnantibus
die noctuque esse cum armis propter quod nec de stando nec de iacen-
do est curandum ad commodum. Quinto decet ipsos propter iustitiam et
commune bonum quasi nihil aptiare corporalem vitam. Nam cum
tota operatio bellica exposita sit periculo mortis. Nunquam
quis est fortis omnino et bonus bellator nisi adeo sit ipsa
vilis circa pericula mortis contemnat. Nam ad fortem et ad bo-
num bellatorem ut innuit philosophus iii Ethicorum. Non curare
in bello bene mori. Tunc enim quis ob bonum commoritur in bello
cum iuste bellans ut pro defensione patrie vel pro aliquo
alio magno bono iuste et audacter exponit se mortis peri-
culo. Quando autem quis ultra quam debeat diligit corporalem vitam
de facili eligit turpem fugam. Sexto pugnantes non decet
horrere sanguinis effusionem. Nam si quis cor molle habens
muliebre ex quo horreat effundere sanguinem non audebit
hostibus plagas infligere et per consequens bene bellare non po-
terit. Septimo decet eos habere aptitudinem et industriam
ad protegendum se et ad feriendum alios. Nam ut testatur philosophus Ethicorum
finis militaris est victoria. Et cum omnis bellica opera-
tio connectatur sub militari ut supra ostendebatur. et ut a
philosopho habetur circa primum Ethicorum omnis actionis bellice
dicitur victoria esse finis. Que tunc maxime con-
tingat bellantes vincere si bene sciant se protegere et alios

forte industria pugnandi et feriendi valde est expediens bellatoribus qualiter autem talem industriam habeant et quando sit paciendi hostem et que aminicula ad ista multa patebit Optarie decet bellatores verecundari et erubescere turpem fugam Unde vult ipse ethicorum quod apud illos sunt viri fortissimi apud quos honorantur fortes Inter tantam autem que videt homines bellicosum est diligere honorari et exprobriis et erubescere turpem fugam Advertendum autem quod tradidimus bellatores non horrere effusionem sanguinis non debere multum appreciari corporalem vitam et etiam alia diffusius enumeravimus Intelligendum est si habeant iustum bellum Nam pro defensione iusticie et pro communi bono exponenda est periculo corporalis vita non est timenda effusio sanguinis et cetera alia sunt fienda per que iusticia et commune bonum defendi potest Ex hiis autem plane patet quales bellatores et quos viros pugnantes rex et princeps eligere debet Nam illi sunt eligendi in quibus plura reperiuntur de hiis que requiruntur ad pugnam

## Qui sint meliores bellatores cives urbani et nobiles vel agricole et rurales v

Enumeratis hiis que habere debent viri bellatores restat inquirere qui meliores bellatores sint an urbani vel nobiles vel rurales videtur autem si recte consideretur predicta rurales meliores esse Quia autem opinionis visum est esse Vegecius dicens nunquam credo potuisse dubitari aptiorem armis esse rusticam plebem Ad hoc etiam videntur facere que superius diximus Dicebatur enim viros pugnantes tales esse debere quod possent sustinere magnitudinem temporis ponderis gravium laborem ciborum paucitatem et incommoditatem iacendi et standi Non timere mortem non horrere effusionem sanguinis et cetera alia que tetigimus in precedenti Constat autem rurales ut plurimum maxime habere predicta Sunt enim rustici assueti ad magnitudinem ponderum Unde non in bello gravabit eos armorum sarcina cum assidue tempore pacis assueti sunt ad maiora pondera Nec etiam eos fatigabit

cursus vel ductu brachiorum vel aliorum membrorum agentes
qui ad hoc et ad maiores labores sunt continue assueti. Rur-
sus etiam tales non affliget paucitas victus quibus potus aqua satis
sufficiebat in cibo et grossities panis sufficere poterat ad con-
victum. Amplius rurales non affliguntur ex incommoditate iacendi
vel standi, qui plus ardorem solis timent umbras non
quaerunt, balneorum solacia nesciunt, in solida terra iacentes
suaviter dormiunt quam urbani et nobiles vel qui stant in culcitris.
Hoc autem probabile est non multum timere mortem. Nam quanto
quis magis mortem timere videtur quanto magis delicate
vixit et quanto plura solaciorum expertus est in vita, tanto
magis timet mortem. Hii etiam non videntur horrere
effusionem sanguinis. Nam inter cetera genera animalium
quaedam videntur esse crudeliora. Ad hoc igitur intendentibus
videtur sentiendum esse meliores bellatores esse rurales.
Sunt autem alia per quae videtur ostendi urbanos et no-
biles meliores esse pugnatores. Nam inter cetera per quae
redditur bonus pugnator est ut dicebatur velle honor-
ari ex pugna et erubescere turpem fugam. Unde est ut
ait Philosophus in III Ethicorum, quod Hectorem faciat audacem dicebat
enim Hector si ego pugnam fugiam Polidamas mihi redargu-
tiones ponet. Dicit etiam quod Dyamedes hoc modo efficiebatur
strenuus, qui dicebat si in bello in fugam vertar Hector con-
cionans in Troianis dicet a me devictus est Dyomedes.
Quare cum velle honorari et erubescere de aliquo turpi
facto magis conveniat nobilibus quam rusticis, hii meli-
ores videntur ad pugnam eo quod verecundantur fugere. Rursus
in bello multum valet industria et prudentia. Nam sagaci-
tas et versutia aliquando plus facit ad obtinendam victoriam
quam corporis fortitudo. Quare cum communiter nobiles indu-
striores sunt rusticis, secundum hoc meliores esse pugnatores
videntur. Si haec duo maxima esse ad obtinendam victo-
riam, erubescentia fugiendi et sagacitas bellandi, ut
ergo sciamus quid sit de ista veritate tenendum, oportet advertere
in arte pugnandi diversi eligendi sunt pugnatores. Potest
enim esse pugna pedestris et equestris. In pedestri itaque

Certamine magis magis eligendi sunt rurales quam nobiles
eo quod ibi magis indiget ut assuefacti ad portandum pondera et
tollerantiam laborum. In equestri vero magis eligendi
sunt nobiles eo quod equorum fortitudo supplet defectum quem
patiuntur nobiles in non posse sustinere labores quos
sustinere consueverunt rurales. Cum ergo omnium nimium valet
bellandi sagacitas parata erubescentia fugiendi exercitatio
tamen quod ut nobiles ex omni parte efficiantur strenui bellatores
assuefaciendi sunt ad portandum armorum pondera et ad
sustinendum labores et motum brachiorum et aliorum membrorum
corporis ut requirit operatio bellica. Que autem quot sunt ista
et que debeant exercitari bellantes in sequenti capitulo ostendetur.

**Quod in opere bellico nimium valet exercitatio armorum et quod ad incedendum gradatim et passim ad cursum et saltum exercitandi sunt** vi

Recitat Vegetius in libro de re militari exercitationem
armorum et industriam bellandi fuisse ea que ter-
rarum orbem Romano populo subiecerunt. Nam
quid potuisset paucitas Romanorum adversus multitudinem
Hispanorum contra dolos Affrorum et prudentias Grecorum
nisi prius illi exercitati fuissent in armis et magis ha-
buissent bellandi industriam. Non est ergo ingenium eorum
prudentem et sagacem in uno propter peritiam inexperi-
entiam esse imprudentem in alio. Unde multotiens contingit
quod prudentes in rebus aliis propter inexercitium armorum
non sunt industres in bellis. Experientia enim in quolibet negocio
prebet audaciam ut non metuat id facere. Nam secundum Vegetium
nemo facere metuit quod se bene didicisse confidit. Inde
est quod tantum valet armorum exercitatio quia in bellorum certamine
paucitas exercitata sit prompta ad victoriam et multitudo
indocta et rudis semper sit exposita ad fugam et ad ce-
dem. Cum ergo armorum exercitium sit perutile ad opera belli-
ca. Restat ostendere quomodo exercitandi sunt bellantes ad
incedendum gradatim et passim ad cursum et ad saltum.
Nam ista ut per se patebit utilia sunt in bello et
inexercitatio circa ipsa bellantibus est nociva. Ipsi enim
milites et pedites vel bellantes assuescendi sunt ad

gradum et passus bellicos ut gradatim procedant. Ita ut quilibet
in suo ordine se teneat. Nam si acies sive peditum sive mi-
litum non ordinate incedat duo mala inde sequuntur. Nam non
servato debito ordine cum una parte erit acies compressa
et pervia ultra quam debeat in alia non arta et stricta plus
quam oportet. Primo ergo quia acies in aliqua parte est pervia
citius ab hostibus perforabitur et dividetur et per consequens debella-
bitur. Secundo in parte in qua nimis arta est impedietur ad pu-
gnandum. Nam cum bellator a suo consocio nimis compr-
imitur sua impediuntur brachia ne possit hostibus plagas
infligere. Hec enim duo sunt in acie vitanda. ut si liceat non
possit de facili perforari ab hostibus et non impediatur ad pu-
gnandum quod sine debito gradu et debito ordine servato in
incessu fieri non potest. tam ergo pedites quam equites bella-
tores antequam bella exerceant sunt multotiens simul congregan-
di et exercitandi ut incedant armis ordinate incedant ac si
deberent pugnas committere. et cum viderit magister bellorum aliquem
non tenere ordinem debitum ipsum increpet vel corrigat vel
si nimis deliquerit ipsum omnino repellat ab acie tamquam inuti-
lem bellatorem. Secundo exercitandi sunt bellatores tam pedi-
tes quam equites ad cursum ut sint habiles in percurrendo. Vi-
detur autem hoc valere ad tria. Primo ad explorandum inimicorum facta. Nam
bonum est in exercitu aliquos agiliores percurrere qui de facili
non possunt ab ipsis hostibus comprehendi explorantes conditiones
et facta hostium. Secundo est utile ad obtinendum me-
liorem locum. Nam et locus multum facit ad pugnam.
Ideo si bellatores exercitati sunt ad cursum facilius obtinebunt
aptiorem locum ad pugnandum. Est etiam hoc utile ad
persequendum hostes et fugientes. Nam non de facili quis
potest evadere manus insequentium vel percurrentium. Tertio exer-
citandi sunt bellatores ad saltum, ut sciant saltu vel per
saltum incedere. Quod etiam ad tria est utile. Primo ad re-
movendum impedimenta. secundo ad terrendum adversarios. 3o
ad effugiendum maiores plagas. Contingit enim aliquando
invenire fossas et alia impedimenta in via que sine
saltu transiri non possunt. quare utile est ad removendum
impedimenta ut equites et pedites sint docti ut sciant

equum sic pungere ut per saltum foveas et alia impedimenta pertranseat et pedites et etiam milites si contingat eos pedes esse si volunt boni bellatores existere sic ab ipsa iuventute exercitandi sunt ad saltandum ut possint per saltum foveas et alia impedimenta transire. Convenitur etiam ex hoc adversarii quando sic incedet hostes per saltum incedere. Nam ipse saltus velut motus facit ut plaga amplior infligatur. Quod non sufficiat ad incedendum gradatim et sero et ad cursum et ad saltum exercitare bellantes sed sunt plura alia ad que sunt exercitandi homines bellicosi. VII

Possumus autem preter tria predicta ad que exercitandos diximus bellantes enumerare octo alia ad que exercitari debent homines bellicosi. Primo enim exercitandi sunt ad portandum pondera. Secundo ad invadendum et percuciendum cum clava. Tertio ad emittendum tela sive iacula et ad percuciendum lancea. Quarto ad iaciendum sagittas. Quinto ad proiciendum lapides cum fundis. Sexto ad percuciendum cum plumbatis. Septimo ad ascendendum equos. Octavo ad sciendum artem natandi. Esset etiam ultimum dicendum quod exercitandi sunt bellatores ad percuciendum cum gladiis et ensibus. sed de hoc speciale capitulum faciemus. Primo enim sunt exercitandi bellatores ad portandum pondera ut plus ponderis portare assuescant etiam quasi sit armorum sarcina. Nam consuetudo est quasi natura quedam. Cum ergo quis assuetus est ad portandum maius pondus videtur sibi quasi quod levius incedat si oneretur minori pondere. Nam non solum arma sed etiam plura alia sunt ferenda in bello. Quare etiam ad maiora pondera non est inutile assuescere bellatores. Secundo exercitandi sunt bellatores ad invadendum et percuciendum clava. Recitat enim Vegetius quod antiquitus apud Romanos in campo aequo multi pali infigebantur et iuvenes quos volebant facere optimos bellatores exercitabant ad palos illos ut ita quilibet haberet dupli ponderis scutum quam sit scutum quod portatur in bello et clavam ligneam dupli ponderis et quilibet illorum sic oneratus contra aliquem illorum palorum quasi contra adversarium incedebat et nunc percuciebat palum in summitate nunc in imo nunc in medio et contra palum illum sic impetuose se gerebat percuciendo ipsum et cooperando se et alia faciendo que requiruntur ad bellum atque contra hostem dimicantem et cum diu mane et sero iuvenes sic exercitati essent cum postea veniebant ad bellum

non gravabantur in percuciendo cum clava vel in sustinendo quosli-
bet labores bellicos. Tercio excitandi sunt bellatores ad emittendum
tela et iacula et ad percuciendum cum lancea quod etiam ad fixum
palum fieri debet. Fiebant enim antiquitus ut ad iuvenes exercitati
essent ad percuciendum palos infixos cum clava quod excitabantur
ad percuciendum cum telo vel cum iaculo sive cum lancea
stabant enim a remotis et assuefaciebant brachia ut possent
palum illum percutere vel saltem prope eum percutere. Est autem atten-
dendum in percuciendo telum vel lanceam primo vibrandum est telum
et postea fortiter est impellendum vibrato enim telo propter maiorem
motum quem efficit fertur ad longius projicitur et amplius vulnus
infligit. Quarto excitandi sunt iuvenes bellatores ad iaci-
endum sagittas vel cum arcubus vel cum balistis. Nam
quia contingit quod ipsos hostes non possimus eminus attingere
utile est eos sagittis impugnare. Immo dato quod pugnantes
se cum hostibus possint coniungere antequam coniungantur proficuum est
eos arcubus et balistis terrere. Legitur enim de Affricano Scipione
qui cum pro populo Romano certaret dicebat non aliter eum aliter
se contra hostes optime credebat congressurum nisi in omnibus aciebus optimos
sagittarios instituisset. Quinto sunt bellatores excitandi ad ia-
ciendum lapides cum fundis. Hic enim modus bellandi in quibusdam
maritimis insulis fuit inventus in quibus pueri, ut Vegecius
recitat, adeo industres erant ut matres nullum cibum eis exhi-
berent quem non primo cum funda percuterent. Est enim hoc exer-
cicium utile quia fundam portare nullus est labor. Interdum
tamen evenit ut in lapidosis locis conflictus et ut mons
sit aliquis defendendus in impugnacione etiam castrorum
et civitatum non inutile est lapides cum fundis lapides
circere. Sexto excitandi sunt bellantes ad percuciendum cum
plumbatis. Nam pila plumbea vel ferrea cum cathena
aliqua coniuncta cum manubrio ligneo vehementer ictum reddit. Ita
propter vehemenciorem motum acuis vehemencius percutit pila cum
cathena haste infixa quam si ipsi haste vel ipsi manubrio
ligneo esset coniuncta. Ad omne enim genus percussionis excitandi
sunt bellantes ut contra alios et alios hostes aliter et
aliter percuciendo dimicent. Septimo bellatores excitandi

sunt ad ascensiones equorum. Nam ut Vegetius recitat
fiebant antiquitus equi lignei ad quos ascendendos iuve-
nes in hyeme exercitabantur sub tecto in estate vero in campo
Et primo equos illos ascendebant inermes et deinde ar-
mati. et adeo ad hoc assuefiebant ut a sinistris et a dextris
equos illos ascenderent. Immo quod plus erat evaginatis
gladiis ascendebant in illos. interim tanta cura exercitabantur
in pace. quod in tumultu prelii sine mora desuper ascendebant
equos. Octavo assuescendi sunt bellatores ut etiam natare
sciant. Nam non semper pontes sunt prompti. et multo-
tiens ignorantur aque profunditates. propter quod ex ignorantia
natandi contingit multos periclitatos esse. Unde est quod
apud Romanos antiquitus consuetudo erat quod iuvenes
futuri bellatores postquam per magnam partem diei exercitati essent
ad arma si tempus erat natatorium iuvenes ducebant ad
flumina ut artem natandi addiscerent. Immo non solum
pedites et equites. sed etiam ipsos equos ad natandum exercita-
bant. Advertendum autem quod predictorum exercitiorum quedam sunt
magis propria equitibus. quedam peditibus. quedam utrisque communia
que autem sint hec non magna consideratione egent et solerter intuenti
latere non possunt. Nam ascendere equos est proprium equitibus
proicere lapides cum funda videtur esse proprium peditibus. Cetera
vero aliquo modo sunt applicabilia ad utrosque. Quod utile est in
exercitu facere fossas et construere castra. Et qua-
liter castra sunt construenda et que sunt atten-
denda in constructione castrorum. VIII

Negotia bellica inter cetera periculosiora esse viden-
tur. ideo in eis est magna diligentia adhibenda. In
talibus ergo non potest quis superabundare cautela.
In pugna enim omnino est eligendum maiorem diligentiam
habuisse quam bella commissa requirerent quam circa ipsa in aliquo
exercitio neglexisse. Nam recitat Vegetius dixisse bellatorem
quod in aliis rebus si quid est erratum potest postea corrigi
delicta vero preliorum emendationem non recipiunt. sed statim pe-
na errorem consequitur. quia imperite et imprudenter pug-
nantes vel post conflictum pereunt vel in fugam conversi
adeo efficiuntur timidi quod contra suos victores vix aut

sinquam audent bella committere Verum quia si in bellis omnino est semper
ad formidandum cautelis non est pretermittendum quin in aliquo casu
possit exercitum esse profligandum vel debellandum ab hostibus Con-
tingit autem pluries diurno et nocturno tempore quod exercitu
absque fossis et castris existente et non credentes hostes esse
propinquos quod supervenientibus hostibus fugit exercitus debell-
atus ergo postquam exercitus suam dietam complevit et aliqu-
ando pernoctare et ulteriorem moram contrahere si ad locum illud
in aliquo casu vel in aliquo eventu hostes supervenire possunt
fossis erigendo munitiones aliquas quasi ad modum castrorum quia
nichil tam salutare tamque utile invenitur in bello sicut si de-
bite sunt facte munitiones et recte constituta sunt castra
ita ut infra castrorum spacia totus exercitus securus
permaneat quando contra quecumque et undique supervenientes
hostes obsideant Debent enim exercitus semper secum muni-
tiones congruas ut cum castra metari voluit quasi quandam
munitam civitatem secum portasse videatur Ergo utile esse
circa exercitum facere fossas et construere castra Restat ostendere
videre qualiter huiusmodi munitiones et castra sunt construenda
Nam si hostes sunt absentes facile est circa exercitum fodere
munitiones erigere et castra construere sed si adversarii presentes
assunt difficilius est castra munire Sunt enim in tali casu
duo necessaria videlicet hostibus resistere et castra construere
In tali ergo eventu secundum sapientum sententiam est exercitus
dividendus ita quod omnes equites et una pars peditum
debet ordinari in acie ad pellendum impetum hostium Reliqua
vero pars peditum que possit sufficere ad celerem constructionem
castrorum debet celeriter castra construere Opportet autem super
construendis castris et faciendis fossis aliquos magistros prefi-
cere qui negligentes sollicitent et unicuique iniungat quod ipsum
oporteat agere. Ostenso utile esse castra construere et
qualiter cum presentibus hostibus construenda sunt castra et que
sunt attendenda in constructione castrorum In faciendo
in fossis et in construendis castris intra quorum spacium
exercitus est collocandus tria sunt consideranda videlicet situs
forma et munitionis modus Circa situm autem castrorum ad plus

spectat sunt quatuor attendenda. Primo ut sit in copia
aque et aliorum que sunt exercitui necessaria. Secundo non debet
esse illi vicinus mons aliquis vel locus aliquis a quo possit
exercitus impugnari. Tercio circa situm considerandum est spa-
cium ut pro numero bellatorum accipiendum est spacium circa quod
sunt municiones erigende ut non plus accipiatur de spacio quam
requirat [illegible] sive vel multitudo nec etiam accipiatur tam mo-
dicum ut ultra quam debeat oporteat exercitum constringi et co-
arctari. Quarto si oporteat exercitum in loco illo moram contrahere
et adsit potestas eligendi est circa situm salubritas aeris. Nam
in exercitu quod plurimum timenda sunt prelia hostium sic ut ostendit
et facultas timende sunt pestes morborum. Declaratis ergo que
sunt attenda circa situm castrorum declarandum est qualem debeat
esse eorum forma. Videtur autem velle Vegetius municiones
et fossas fiendas circa exercitum debere habere formam
quadrilateram oblongam quia figura circularis est capacissima
eligibilius est facere municiones circa circularem formam vel
formam multorum angulorum. quia si multum timentur de impetu
hostium oportet fossas facere multorum angulorum. eo quod illa forma
est magis defensioni apta ut infra patebit. Talis itaque
forma est melior in constructione castrorum nisi loci situs
impediat. Nam aliquando contingit situm illum non pati talem
formam. In tali ergo casu construenda sunt castra secundum
circularia triangularia quadrata vel aliam aliquam formam
ad quam requirit dispositio et aptitudo situs. Porta autem
principalis ex illa parte fienda est que respicit hostes vel
circa quam positus est exercitus. Sunt etiam in castris po-
nenda insignia ad terrendum hostes et etiam ad hoc ut
si contingat aliquos de exercitu elongari a castris nisi per
signa melius sciant ad castra redire. His itaque pertractatis
superest dicere quibus municionibus magis attendendum est in con-
structione castrorum. Nam si exercitus diu vult morari intendit
erigende sunt forciores municiones et fiende ampliores
fosse. sed si plurimum ibi pernoctare cupit et ibidem per modicum
tempus consistere non oportet tantas municiones erigere.
Modum autem et quantitatem fossarum tradit. Vegetius dicens
quod si immineat magna vis hostium fossa debet esse lata
pedes novem alta septem. sed si adversariorum vis

atrior imminet conveniens fossam ampliorem esse et altiorem facere
ita ut sit lata pedum xij et alta novem. Est tamen advertendum
quod si fossa sit alta pedum ix per terram ei erectam super fossam
crescit quasi pedum iiij^or ita quod tota fossa alta erit quasi pedum
xiij. Debet autem fossa esse in ante ex parte hostium et terra proi-
cienda est ad partem intra ubi est exercitus collocandus
In terra autem illa figendi sunt stipites et ligna im-
mediate ac quasi secundum exercitus portae debent sic ergo castra
constituere ut fossae factae possent exercitus morari securius
## Que et quot sunt consideranda in bello si debent publica bella committi
ix
Ut patet per philosophum et per prehabita circa negotia
bellica est maxima cautela adhibenda. Nam
quia bellorum casus irremediabiles sunt diligenter
videnda sunt omnia circa bella consideranda quae faciunt
primus quando pugna publica committatur. Melius autem
pugnam non committere quam absque debita provisione et casui se
exponere. Videmus autem in bello duo existere videlicet viros
pugnantes et auxilia quae deserviunt ad pugnam. Ex parte
autem virorum pugnantium quantum ad praesens spectat sex sunt
attendenda sicut ex parte auxiliorum et adminiculantium
ad bellum sex alia enumerari possunt quae sunt attendenda. In
primis ergo rex aut princeps aut dux dicti exercitus qui
debet esse vigilans sobrius prudens et industrius xij con-
siderare debet sex ex parte virorum et sex ex parte adminicu-
lantium postquam eligat prius ad pugnam committendam. Sunt enim
sex ex parte hominum bellatorum quae faciunt ad obtinendam vic-
toriam. Primum est numerus bellatorum. Nam illi plures quam
bellantes ceteris aliis partibus sic quod hominis sunt victo-
riam obtinere debent. Nam ut tangitur ij politicorum quantitas in impu-
gnatione est utilis sicut maius pondus magis trahit. Secundo
ex parte bellatorum attendenda est exercitatio. Nam brachia
hominum inassueta ad percutiendum et membra inexercitata ad
bellandum deficiunt in sustinendo. Quapropter nimis expediens quod
et sine maiori labore et poena faciat opera consueta
Tertio attendenda est tollerantia circa necessitates cor-
poris. Nam quantum in exercitu oportet multa incomoda tollerare. Ope-

si sunt aque ibi molles et muliebres et reperientes incommo-
ditates aquarum sustinere deficient propter incommoditates quas su-
stinuerunt bellare renuunt et exercitum fugiunt. Quarto consi-
deranda est fortitudo et duricies corporis. Multum enim interest inter
duriciem ferri et molliciem panni cerici et inter suavitatem
ludi et asperitatem pugne. Considerato enim bello in quo omnes
volunt esse boni bellatores. Sed postquam veniunt ad exerci-
cium operum gestorum et gustant quanta sit duricies ferri
et quantum sit armorum pondus et quantus sit labor pugne
et quantum affligunt vulnera hostium ut plurimum eciam in car-
ne et robustiores corpore si propter talia non retrahuntur a bellando
Nam et si contingat molles tamen eciam postquam gustaverint
bella appetere pugnam hoc est ut raro. Nam homines carnes
molles ut supra tangebatur sunt aptiores ad intellectum
sed ut plurimum sunt inepti ad pugnandum. Nam tales diffici-
liter sustinent armorum pondus vehementer dolent ex illa-
cione vulnerum. Quinto consideranda est in bellatoribus versucia
et industria ad bellandum. Nam quanto cauciores sunt bella-
tores tanto cicius victoriam optinent. Sexto attendenda est
virilitas et audacia mentis quia audaciores et magis cordati
ut plurimum in pugna victoriam optinent. Rex ergo et princeps
vel dux exercitus precipue pugnam publicam dimittet ex parte hominum bel-
latorum sex considerare debet. Primo ex qua parte sunt plures
bellatores. Secundo qui sunt exercitati magis. Tercio qui sunt
forciores in sustinendo penalitates et incommoda. Quarto qui sunt
robustiores et duriores corpore. Quinto qui industriores et sa-
gaciores mente. Sexto qui sunt audaciores et meliores et
duriores corde. Et tunc dux sobrius et vigilans prout
viderit suum exercitum in hiis abundare et deficere poterit accele-
rare pugnam vel differre et bellare publice et aperte vel
per insidias et latenter. Enumeratis sex condicionibus que
considerande sunt precipue committatur bellum publicum ex parte
hominum bellatorum. Reliquum est enumerare sex alia que sumuntur
ex parte circumstanciarum et eorum que auxiliantur in bello quod
auxiliantur enim arma victualia loca pugnandi tempus
et auxilium superlatum. Dicemus ergo dux exercitus considerare
debet ex qua parte sunt plures equites et meliores. Secundo ex

qua parte sint meliores sagittarii plures armati et habentes
meliora arma Tercio utrum plura victualia abundant Nam
aliquando absque vulnere et absque bello adversarii cedunt deficien-
tes in victualibus et ob incommoditatem non valentes moram
contrahere Quarto considerandum est pugnatores locati sunt in
altiori situ vel meliori ad pugnandum Quinto circa pugnam
attendendum est tempus utrum in tempore quo committenda
est pugna sol sit oppositus faciebus eorum vel hostium et
utrum sit aliquis ventus flans et elevans pulverem contra
ipsos vel contra adversarios Nam habentes solem et ventum
seu pulverem contra se offenduntur in oculis ut dimicare
non possint Sexto est attendendum qui plures auxiliatores
expectant auxilia Nam si hostes expectant plura auxi-
lia non est bellandum nisi accelerada est pugna si autem
ipsi plures auxiliatores expectant est pugna differenda
His ergo omnibus diligenter inspectis prudens dux exercitus
sufficienter advertere poterit utrum debeat publicam pugnam
committere Nam prout videt se in pluribus predictis condicionibus
abundare vel deficere sic se habere poterit circa bellum Forte
enim nunquam contingit omnes condiciones predictas concurrere ex una
parte sed tamen plures et meliores condiciones concurrunt est po-
tentior ad bellandum Quod utile est in bello ferre vexilla
et constituere duces et prepositos et quales esse debeant qui in
exercitu vexilla portent et qui equitibus et peditibus preponuntur

X.

Semper virtus unita et ordinata fortior est
se ipsa dispersa et confusa Contingit autem
aliquando communi bello ordines et acies turbari
et confundi Hoc igitur hostes post attendere observabant
antiqui ut dividerent exercitum in turmas et acies et
singulis singula vexilla constituebant ita ut unumquodque ve-
xillum per litteras vel per aliqua evidencia signa aperte
ostenderetur cuius aciei vel cuius turme esset vexillum illud
ut si contingeret aliquem bellatorem deviare a sua acie
de facili rediret ad illam Utile ergo fuit in bellis insignia
et vexilla deferre ne confunderetur exercitus Rursus expedi-
ebat constituere duces centuriones decanos et alios prepositos
belli Nam totus exercitus quasi se ad similitudinem unius corporis

Quare sicut omnia membra corporis seruire videmus capiti sic
omnes bellatores et omnes partes eius exercitus seruicium
defendunt. quare sicut confunduntur membrorum opera nisi non diri-
gantur per ipsum caput in quo viget sensus et cognicio
sic confunduntur bellatores in exercitu si careant centurionibus
aut ducibus qui debent esse eorum caput et eorum direc-
tiuum. Unde est quod antiquitus ne oriretur confusio in bello
constituebatur dux aliquis qui toti exercitui erat prepositus
sub hoc autem duce erant centuriones. sub centuri-
one vero decani. Dicebatur enim decanus a decem sicut centurio
a centum. habebat enim centurio sub se decem decanos
ita quod preerat centum bellatoribus et decem decanis quorum
quilibet decanorum sub se x inferiores pugnatores habebat
In galea enim centurionis scripte erant littere aliquae
vel signum aliquod euidens quod inspicientes decani cogno-
scebant centurionem proprium et sciebant quem sequi debebant
Sic et in galea cuiuslibet decanorum signum aliquod erat im-
pressum per quod x bellatores inferiores quibus ipse erat prepositus
decanum proprium cognoscebant. Hoc itaque modo vel aliquo
alio tam in aciebus equitum quam eciam peditum constituendi
sunt duces et prepositi et ferentes vexilla ut quilibet sciat quid
debeat agere. Est enim tantus error armorum propter strepitum et pro-
pinquitates illas quod verba et amoniciones non sufficiunt ad di-
rigendum bellantes. sed oportet dare euidencia signa ut
quilibet ex suo intuitu sciat se tenere ordinate in acie et
cognoscat quid sit acturus. Ex hoc autem patet propter quales
debeant esse portantes insignia et vexilla. Nam vexillo
fracto totus exercitus est confusus. Cum magna ergo diligencia
est vexillifer eligendus ut sit corde fortis animo constans
fidelis principi. expertus in armis et alia singula que
requiruntur ad bonum et probum strenuumque bellatorem. contigit
enim eciam nostris temporibus totum populum ciuitatis cuiusdam deuictum
esse a bellatoribus paucis. eo quod vexillifer scandens eo
inimicis velauit vexillum et abscondit ipsum. quare con-
fundebantur bellatores quia non habebant caput et ignora-
bant ad quid debent attendere. propter quod si in bellatori-

Quia multorum hominum periculis mortis exponitur tum magis diligenter vexillifer est eligendus. Ex dictis autem patebit qualis esse debeat qui in exercitu cum peditibus et equitibus preponendus. Nam sicut caput est principalius aliis membris, sic qui in bello preest aliquibus turmis vel bellatoribus aliis esse magis strenuus ille et magis expertus in hiis que requiruntur ad pugnam. Quare si pedites debeant boni bellatores esse debent fortes viribus procere stature scientes eicere hastas et tela scire debent gladium vibrare ad percutiendum, scutum portare ad se protegendum debeant esse vigilantes agiles sobrii habentes armorum experientiam. Cum omnia hec perfectius reperiri in eo qui est supra pugnantes pedites preponendus. Debet ergo qui in pugna peditibus preponitur esse fortis viribus procere stature, sciens eicere hastas et iacula, sciens dimicare gladio ad percutiendum, portare scutum ad se protegendum, vigilans agilis sobrius habens omnium armorum experientiam ut sciat erudire pugnantes sibi commissos cogat eos ad hunc bellandum et arma tenendum. Nam ipse armorum nitor terrorem mentit hostibus ut portans huiusmodi arma credatur bonus esse bellator. Quia non rubigo armorum arguit inertiam bellandi in eo qui portat illa. Si ergo talis debet esse qui preponitur peditibus bellatoribus, multomagis debet esse armorum expertus et procerus corpore et fortis viribus qui equitibus preponendus, quia in bello equestri, equestri maior conflictus esse solet quam in pedestri pugna. Oportet ergo prepositum et ducem militarium bellatorum belli esse habilem corpore ut possit etiam armatus agiliter equum ascendere, scire fortiter astare cum lancea et mittere iacula eicere, cum scuto se protegere cum clava et ense dimicare, habere omnium armorum experientiam ut possit suos commilitones ad pugnam erudire ut fortiter pugnare arma teneant et alia faciant que requiruntur ad bellum etc.

## Quibus cautelis debet uti dux belli ne suus exercitus ledatur in via

.XI

Mors est quod terribilissimum et finis omnium terribilium

Ut dictum fuit capitulo precedenti ubi ergo maius mortis periculum et ubi ho-
stes insidiantur maior timor et omnis cautela adhibenda
ut exercitus servetur illesus et ut vita civium conservetur
Non ergo sufficit considerare ea que sunt consideranda in pugna
committenda nisi sciantur cautele ad removendum impedimenta
viarum ne exercitus per insidias hostium periclitetur in via
Possumus autem quantum ad presens spectat octo cautelas enu-
merare quas debet dux belli retinere in corde ut salvetur
vita pugnatorum qui sunt sub ipso Prima est ut itinera
regionum per que exercitus profecturus est et intervalla locorum
et qualitates viarum et compendium ad semitas et montes
et flumina existentia in itinere illo debet habere conscripta
Immo si viae ille et passus et flumina dux exercitus habet
depicta ut quasi oculorum aspectu prospiciat qua exercitus
debet pergere tutius posset sine exercitu ducere sicut enim
marinarii faciunt quod inventores maris periculum ne communiter
naves patiantur naufragium descripserunt maris mappam
ubi portus maris distantiam maris et cetera talia proportionaliter
sunt descripta qui marinarii intuentes statim percipiunt
qua debeant pergere et in quo loco existant et a quibus
debeant sibi cavere quia cum per insidias hostium
exercitus totus quasi vel etiam pluribus exponatur in via
quam nauta in mari nullo modo debet exercitus pergere per
viam aliquam in qua pati possit aliquas insidias nisi
qualitates viarum montes et flumina et cetera respecta
in illo itinere habeat dux conscripta etiam et depicta
Secunda cautela est ut secundum Vegetium quod licet vias et
qualitates viarum conscriptas et depictas ducat dux
belli contra ductores aliquos habere debet scientes vias illas
qui plures per eas pergunt et experti sunt illas Nam
videre aliqua conscripta et depicta non sunt ita nota sicut
si proprio sensui videmus Nam potior est cognitio
rei per quam cognoscitur in propria quam per quam cognoscitur
in pictura vel in suo simili Sed tamen conductores multi
excitant fraudes aliquas debet circa eos dux bonus apponere
custodias ne possent fugere Debet etiam eis comminari

Mortem si in aciem fraudulenter se habeant et promittere
dona si fideliter se gesserint. Tercia est habere secum sapie
tes plures fideles peritos exercituum in bellis de quorum
consilio agat quicquid videtur esse fiendum. Ubi tantum
erit periculum multis debet inniti ipso capiti ne credere sibi
soli. Quarta cautela est ut itinera ignorentur per que debet
exercitus proficisci. Nam consilium ducis quanto minus est publicatum
tanto que sunt in consiliis deliberata minus impediuntur
et citius finem debitum mancipantur. Postquam vero deliberatum est
per quas vias debet exercitus pergere et vias illas dux habet
conscriptas et deputatas et non habentur conductores aliqui fide
les. quanto hoc minus publicatum est et magis celatur ab hosti
bus. tanto exercitus magis secure proficiscitur. Quinta
est in quolibet agmine et in qualibet acie habere equos custodes
fidelissimos habentes equos veloces et fortes qui ante
et a tergo et a dextra et a leva perlustrantes illustrent
et discooperiant insidias ne hostes aliquam latitantes ex
aliqua parte molestent exercitum. Nam et si minus esset
notum ducis consilium eo tamen ipso quod per aliquas vias
incipit exercitus ire accipere coniecturam quibus potest per
quas partes debeat proficisci et quod probabile est semper
in talibus aliquos exploratores adesse cogitare debet dux
belli quod et hostes possent ad aures hostium pervenire. Itaque
cum pericula provisa minus noceant per velocissimos custodes
sunt detegende insidie ne exercitus circa aliquam partem
ex improviso patiatur molestias. Sexta ut ex illa
parte exercitus fortiores milites et magis bellicosi
pedites apponantur ex qua creditur magis periculum
imminere. quod si ex omni parte de periculo dubitatur
undique sunt remedia adhibenda. Septima est ne
exercitus dispersim vadat. Nam interrupta acie faci
lius debellantur. In qualibet vero hora sic exercitus se debet
habere ut si contingat hostes presentes adesse eis non
possent efficere nocumenta. Ut dicit Vegetius et Publius dux quod qui
est munitus non est deceptus. Semper ergo dux belli cui
commissa est tantorum vita debet esse attentior et vigilans

ne hostes eum invadere possent quasi neglientem et dormientem. Sic etiam dux exercitus centuriones et decuriones alii qui operibus bellicis preponuntur semper monere milites et pedites ut sint parati ad arma ut si contingit aliqua invasio subita possent invadentibus resistere. Sit etiam dictum dato quod attendere acute repentinus insultus esse quod inprovidus pronus et minus parati nocumentum. Octava cautela est considerare exercitum in quibus sit copiosior utrum magis abundet in peditibus vel equitibus. Nam equites melius se defendunt in campis. Pedites vero in locis silvestribus et montuosis itaque ut viderit dux belli se abundare in equitibus vel peditibus eligere poterit vias campestres et amplas et nemorosas vel montanas et alia prout viderit expedire

## Qualiter ordinande sunt acies si debeamus contra hostes dimicare vel contra adversarios. xii

Postquam diximus sub quo continetur exercitus bellicus et ex quibus regionibus sunt meliores pugnatores et ex quibus artibus sunt meliores bellatores. declaravimus etiam qualiter in exercitu costenende sunt munitiones et castra et quod sunt considerandas si debeant publica bella committi et ex quibus cautelis abundare debet bellorum ducem ne sinis exercitus ledatur via eundo ad campestre bellum nihil ut videtur ultra dicere restat ubi ut doceamus ordinare acies contra adversarios et invadere hostes prius hic dicemus de ordine acierum si non ordo servetur in acie non modicum valet ad pugnam. Nam ut ait Vegetius nisi bellantes sunt ordinati et occupent debitum spacium bene pugnare non possunt. Quia si nimis sunt constricti impediuntur ne aliquos contra possint. Si vero nimis rari et inter intervallos aditum prestant hostibus ad faciendum devotant ergo servare autem debitum ordinem in acie ut equites et pedites suam aciem servent non sine magno exercitio fieri potest. qui ergo in aliquo tempore potest bellare per diuturna tempora debet exercitare pugnatores ad servandum

debitum ordinem in acie et ad faciendum ea que requiruntur
in bello. Modus autem per quem pugnatores huiusmodi ordinem
servare discunt est ut frequenter tam equites quam pedites ducantur
ad campos et ille qui est exercitatus in bellis et qui dux equitibus
vel peditibus esse proponitur. Primo debet equites et pedites
linealiter disponere ita ut seriatim maneant et equaliter
ad se invicem distent secundum distantiam quam requirit acies
equestris vel pedestris. Postea precipere debet ut duplicent
aciem ita quod medietas aciei statim separet se a medietate
alia et seriatim ordinet se ante aciem vel post ipsam. Quo
facto statim debet precipere dux belli ut aciem quadratam
faciant et deinde ut constituant trigonum quod faciliter
fit acie quadruplicata et secata diametro et partibus
quadratis giratis sive factum trigonum vel ut fit rotunda
acie. Quod non omnes hos modos geometricos capiunt ductis
iii pugnatoribus ad campos sive equitibus sive peditibus
imparare debet dux belli quod pugnatores ordinent se secundum formam
quadrangularem et postea secundum triangularem et deinde secundum
rotundam. Et consequenter debent assuefieri bellatores ut sciant
construere aciem secundum quamlibet formam. Hic tamen sciendum quod triangularem
circa formam aciei inter ceteras formas esse magis ideo
secundum hanc formam magis est formanda acies semper. Sed diversitas
ut exigit loci talem formam requirit. In huiusmodi tamen consti-
tuenda est forma predicta. Forme autem aciei que inter se utiles
ad bellandum sunt piramidalis rotunda et forficularis. Nam
pugnantes vel solum se volunt defendere vel et sustinere
ictus vel volunt alios invadere. Si ergo bellantes non sentiunt
se tante potentie esse ut alios debellare possent
sed sufficit eis ut se defendant tunc est constituenda acies
secundum rotundam formam et pugnantes debent se magis con-
stringere et constipare ut acies non possit ab hostibus
ipso transsitundi. Circa aciem autem de summitate et in ex-
teriori parte constituendi sunt homines quomodo armati
et melius quam absque timore gravamine possunt ictus
suscipere. Si vero pugnantes credunt se esse tante potentie
ut possint adversarios invadere tunc non secundum corpus proportio-

hostes sunt pauci vel multi · si hostes sunt valde pauci construenda est acies secundum formam scircularem ut acies sit apta ad modum ferri equi et quasi sufficiens ad includendos in medio capiat et circumdat · Si vero hostes sint multi construenda est acies in forma quam appellant cuneum piramidalem et acutam ut possit hostes scindere et dividere et ad divisis hostibus facilius debellare · acies ergo constructa in forma rotunda utilis est ad sustinendum · In forma vero scircularis est utilis ad circumdandum et concludendum cum hostes sunt pauci · sed in forma acuta et piramidali utilis est ad scindendum et dividendum cum hostes sunt plures · Sciendum ergo quod cum aciem construendam est secundum multitudinem pugnatorum et prout plures aut pauciores pugnantes videntur se habere potuit plures aut pauciores acies construere · Sciendum etiam quod semper in cornibus aciei et in locis ubi magis periculum est ne acies confundatur apponendi sunt probiores pugnatores · qui possunt viribus dimicare · Est autem advertendum quod in qualibet acie preter illam pugnatorum constitucionem aciei reservandi sunt aliqui strenui bellatores extra ipsam aciem qui possunt ad illam partem succurrere ubi viderint magis aciem deficere · Hec ergo tria observanda sunt in constructione acierum · Primo ut acies bene ordinentur secundum formam rotundam acutam et scircularem ut exigit bellum committendum · Secundo ut probiores bellatores in illis partibus aciei apponantur in quibus magis potest confundi et perforari acies · Tercio ut extra quamlibet aciem reserventur aliqui milites strenui et audaces · qui possunt succurrere ad partem illam circa quam acies videtur titubare et deficere etc.

Quod deridendi sunt in bello omnes preliantes cessim et quod eligibilius est preliare punctim XIII

Ostenso qualiter sunt acies ordinande et construende · Reliquum est ostendere qualiter pugnantes preliari debeant · Utrum eligibilius sit preliari cessim vel punctim · Possumus autem quinque vias ostendere quod deridendi sunt preliantes cessim · et eligibilius est preliari punctim · Prima sumitur ex prohibicione armorum · 2a ex resistencia hostium · Tercia ex providencia voluntatis · Quarta ex fatigacione membrorum · Quinta ex decepcione

percutiendum. Prima via sic patet. Nam quanto ensis sive gladius
plus capit de armis, tanto propter armorum resistentiam difficilius
itur ad carnem. Unde est quod bellorum experti dicunt pugnatores
semper debere habere loricas amplas, ut anuli loricarum se
constringant, quia quanto illi anuli sunt magis compacti,
tanto oportet ex eis plures frangere ut vulnus notabile fiat. Sed
percutientes caesim oportet plus de armis incidere quam percutientes
punctim, ut ergo vulnus perveniat citius ad carnem, magis est
eligibile percutere punctim quam caesim. Modica autem incisio
armorum sufficiat ad ledendum carnem percuciendo punctim,
que non sufficeret percuciendo caesim. Secunda via ad investigandum
hoc idem sumitur ex resistentia ossium. Nam si quis quasi inermis
existeret, de percussione caesim, pluries perveniret ad cor vel ad
membra vitalia, oportet magnam plagam facere et multa
ossa incidere. Sed percuciendo punctim due uncie sufficiunt ad
hoc quod fiat plaga mortalis et sit letale vulnus. Considerare
enim debemus quod quantum est hasti notum est quod longitudine est
nobis proficuum. Ideo in exercitu, quod quilibet mittit adversa
rium percuciendo est punctim, quia sic percuciendo citius
infligitur plaga mortifera. Tercia via sumitur ex parte
vulneratum. Nam quanto hostis magis vulnerat, provide magis
potest se protegere et citius potest illa vitare, quia iacula
provisa minus ledunt. Sed percuciendo autem caesim, quia oportet
fieri magnum brachiorum motum, prius quam infligatur plaga
adversario, ex longinquo potest providere vulnus. Ideo
magis potest sibi cavere et recipere se ab ictibus. Ideo
ait Vegetius quod punctim percutere adversarium sentiat antequam
videat. Hoc enim genere percuciendi potissime usi sunt
Romani, deridebant enim Romani milites omnes percutientes
caesim, quia et ipsi semper volebant percutere punctim. Quarta
via sumitur ex fatigatione membrorum. Inter cetera enim in bello
est hoc potissime attendendum, ut pugnatores absque nimia
sui fatigatione possint nimis adversarios ledere. Nam si bel
latores nimis se frangent, propterea volentes laborem illum
tollerare de facili dimittunt arma et committunt se fuge.
Quare cum percuciendo caesim propter magnum motum brachiorum

insurgit ibi magis labor. punctim non feriendo modica
fatigatio sufficiat. Eligibilius est punctim quam cesim
percussio, nam cesa quantocumque impetu veniat raro occidit. sed
puncta modico impetu inflicta facit letale vulnus.
Quinta via sumitur ex deceptione pungentis. Nam bonus bella
tor sic potest se defendere ad adversarium ledendum ut hostis ipsum ipse non ledat.
Omnis ergo ille modus percuciendi est magis eligendus cum quo
feriens minori lesioni potest attendere. Quare cum pungendo puncta
cum tecto corpore possit communiter adversarius ledi, melius est
punctim pungere quam cesim. Percuciendo non cesim oportet elevare
brachium dextrum, quo elevato dextrum latus nudatur et ideo
aperitur et datur hosti via ut possit eos facilius ledere.
Nam levius infertur lesio et nocumentum corpore nudato quam tecto.

## Que et quot illa que reddunt hostes potentes et quibus modis et quando debemus hostes invadere. xiiij

Ut dicebatur supra quod hosti est proficuum nobis est
nocivum. Ea igitur que reddunt hostes fortiores
ad resistendum bellantibus, quia illa sunt proficua eis,
eorum opposita sunt eis nociva et reddunt eos debiliores
ne possint impugnantibus resistere. Quantum autem ad presens spectat
possumus septem enumerare per que hostes sunt fortiores
contra impugnantes. Primum est si sunt in acie debite ordi
nati. Nam tunc ut vulgo dicitur ut supra tangebatur fortior est
virtus unita quam dispersa. si hostes sunt bene muniti et debite in acie or
dinati si invadantur difficilius devincuntur. Secundum quod reddit
hostes fortiores ad resistendum est locus. Nam in uno loco hostes
facilius se tuentur quam in alio. Nam in transitu fluminum
inter precipitia montium et inter difficultates viarum si con
tingat hostes in tali situ reperiri difficilius se defendere
potuerunt quia oportet eos sparsim incedere. Quare sicut locus ineptus
defensioni si in eo hostes inveniantur reddit eos debiliores
ad bellandum sic locus aptus facit eos fortiores ad resi
stendum. Tercium est ipsum tempus. Nam tempus in quo ventus
est contrarius hostibus et in quo pulveris facies eorum percutit
et in quo solares radii opponuntur eorum oculis difficilius
pugnant hostes resistere. Tempore vero in quo hec non sic se habent
hostes habiliores sunt ad pugnandum. Quartum quod reddit
hostes magis animosos et magis promptos ad remittendum

est premisse. quia cum diuisi sunt et dispersi adinuicem pugnatores
magis se inuicem et minus tuentur ideo citius occisi. Quintum
autem est debita et moderata quietatio. Nam quando hostes sunt
lassi laboribus vigiliis et incommoditatibus aliis si tunc inua-
dantur faciliter deuincuntur. quare si debite quieuerint. debita quies
quietes hostes potenciores reddit. Sextum est amor et con-
cordia ipsorum. Nam hostes diuisi corpore faciliter deuincuntur
multo magis diuisi animo et voluntate debellantur celerius
quia maior est diuisio animorum quam corporum. et ideo si hostes non
sunt sparsi. sed sunt corpore coniuncti potenciores ad bellandum
sunt et multo magis si se diligant et sint coniuncti animo
et voluntate. quia de se ipsis magis confidunt. erunt viliores
et promptiores ad pugnandum. Omnis enim amor est quedam vis
xiiij vnitiua. et plus amor vnit amicorum corda quam loci vni 6
coexistencium corpora. quare si vnitas loci et congregatio bellancium
eos potenciores facit amor et vnitas cordium. eos viliores
reddit. Septimum quod facit hostes potenciores ad vincendum
est latencia propriarum condicionum existencium circa ipsos. Nam quanto
condiciones hostium incognite sunt tanto facilius eligunt viam
qua debeant impugnari. quanto ergo eorum negocia magis
sunt latencia magis ignorant impugnatores eorum. Estimatis
itaque que reddunt hostes potenciores ad vincendum. de facili
patet per quem modum et quando bellatores suos hostes inuadere de-
beant. Nam cum septem modis enumeratis hostes forciores red-
dantur ad modum oppositum se tunc sunt inuadendi et debellan-
di. Primo igitur dux belli per insidias vel aliquem alium modum
debet diligenter aduertere quando hostes sunt dispersi et tunc
debet eos inuadere quia non tunc potentiam resistendi. Secundo
debet diligenter explorare eorum itinera et transitus fluminum
et precipitia moncium et angustias siluarum difficultates pal-
udum et viarum si hostibus opponat. quia sic facilius deuincentur
Tercio debet aspicere ad ipsum tempus ut quando sol iuberat
ad oculos hostium puluis et ventus repercuciuntur ad corpora eorum
tunc debet eos inuadere quia oculis ipsorum disgregatis a sole et
offensis per ventum et puluerem non bene videre poterunt
qualiter debeant dimicare. propter quod cogit eos fugam eligere.
Quarto dux exercitus sciens se temptare debet ut illa hora

suos commilitones faciat cibum capere et requiescere et eorum
equos pausare ut possint invadere hostes ex improviso
ut eos invadat qui cibum capiunt vel qui dormiunt qui sunt
securi existentes inermes . vacantes discalceati distracti
equi non suspicantes eorum adventum. Quinto decet diligenter
explorare quando hostes magnam fecerunt dietam sunt fatigati
habent lassatos equos . tunc . n . si eos invadere poterunt de facili
terga vertent. Sexto ut vegetius dicit dux belli inter suos
hostes et inimicos vel per se vel per alios mittere dissensiones
ingerat commovendo eos ad lites vel ad inimicitiam ut de se invicem
non confidant. Hoc . n . facto si eos invaderit non habentes fidu-
ciam de se invicem de facili convertentur in fugam. Sed hanc cautelam
licet ponat eam vegetius non multum est appreciandum quia repu-
gnat bonis moribus. Septimo decet diligenter explorare conditiones
hostium qualiter se gerant . qualiter se habeant . quis est dux eorum
de quo dux ille magis confidit quos mores habeat. Nam
exploratis conditionibus singulis facilius invenietur via
qualiter debeat hostes invadere et debellare. Quomodo homines
bellatores stare debeant si volunt hostes percutere
et quomodo debent eos invadere et quomodo debeant declinare
a pugna si quando non sit bonum pugnam committere. XV.

Diximus in quodam capitulo precedenti percutiendo
punctim non cesim esse in quo docuimus multis et
circa multa. In hoc autem capitulo specialem doctrinam
peditibus volumus dare qualiter debeant stare cum volunt hostes
percutere. Percussionis autem hostium duplex est modus unus a remotis
ut cum iaciendo iacula vel missilia adversarios feriunt. Alius
autem cum adeo appropinquant quod manu ad manum se percutiunt. Aliter
autem debent stare bellatores viri cum a remotis iacula iaciunt
et aliter cum a propinquo eos se feriunt. Nam iaciendo iacula
a remotis debent habere pedes sinistros ante et dexteros retro.
Illud enim quod est in aliquo per prius motivum principalius existit in parte
dextra. Ita quod pars dextra in aliis fortior est et movendo
et aptior est ad motum et quod sic movetur movetur aliud immobili
ut si movetur manus movetur brachio stante si movetur brachium
movetur corpore quiescente et si movetur unus pes movetur alio pede

in motu. oportet enim moveri parte dextra immota parte sinistra
quiescenti. Cum ergo pes sinister anteponitur et latus dextrum elon-
gatur optime disponitur ad iaciendum iacula et missilia quia
quiescit in sinistra et movetur dextra vibrans ipsum iaculum
quo vibrato vehementius movetur acutius et fortius ferit. Licet
ergo tam partem dextram quam sinistram possimus quiescere et movere
dextra tamen aptior est ad movendum et sinistra ad quiescendum
Ideo pugnantes a remotis debemus quiescere super sinistrum
pedem antemissum et elongare nos a dextro ut possimus
vehementius impellere et vibrare iaculum. Sed quando ad manum
pugnatur gladio debemus contrario modo nos habere. Itaque
pedem dextrum teneamus ante et sinistrum post. Tum quia latus dextrum
aptius est ad motum si illud sit hosti propinquius ipso motu po-
terit melius ictus effugere. Vehementius enim percutitur quod stat quam
quod movetur. Rursus si dextrum latus sit hosti propinquius melius
poterit ipsum percutere. Debent enim pugnatores cum ad manum pu-
gnant tenere debent pedem sinistrum immobilem et cum volunt
percutere cum pede dextro debent se ad faciem. et cum volunt
ictus fugere cum eundem pedem debent ad se retrahere. Sic itaque
tenendo pedem sinistrum immobilem et cum dextro se movendo
poterit facilius hostes percutere. et eorum ictus facilius fugere.
Viso quomodo debeant bellantes stare si debeant hostes
percutere restat videre quomodo sunt hostes includendi et circum-
dandi. Secundo sciendum quod raro aut nunquam sic circumdandi sunt
hostes in pugna publica quod non pateat eis aliquis aditus
fugiendi. quia tunc desperantes. quia videntur compulsi efficiuntur
audaces videntes. enim se necessario morituros plura mala com-
mittunt in eos qui contra pugnant. Unde est quod laudatur Scipi-
onis sententia dicentis. Nunquam sic claudendos esse hostes
quod non pateat eis aditus fugiendi. Nam fugientibus ho-
stibus nullum est periculum et in fuga perimuntur multi absque eo
quod timeant periculum sed cum se vident quasi coacti feriunt
includentes. Cum ergo supra diximus formandam esse aciem
sub forma forficulari ut cum hostes sunt pauci ad hoc
quod melius includantur et circumdentur non sic intelligendum est quod ita
debeant circumdari quod nullus debeat aditus patere nisi forte

esse adeo pauci quod quantumcumque debellare rebellare vellent non possent nocumentum efficere Ostenso itaque qualiter debeant stare pugnantes si velint hostes perimere et qualiter eos debeant circumdare Restat nunc tertio declarare qualiter sit ad pugnam declinandum si non habeat consilium ut inducat pugnam bonam committere eo quod hostes sint fortiores et non possimus illis resistere in quo quantum ad presens spectat dux belli duplicem habere cautelam Prima est quantum ad exercitum proprium Nam et si dux consilium habeat non esse pugnandum debet hoc valde paucis patefacere et non debet illud toti exercitui pandere ne timentes turpiter fugiant ab insequentibus hostibus occidantur. taliter itaque dux se habere debet quod non credat exercitus quod velit fugere sed quod alibi velit parare insidias et quod contra hostes velit aciem dimicare Secunda cautela adhibenda est ex parte exercitus hostium Nam sic debet declinare bellum ut hoc hostes lateat Ideo multi tempore nocturno potius quam diurno hoc agunt et plures hanc habuere cautelam quod milites stantes in acie ex opposito hostium prohibebant eos ne pedites videre possent per quod pedestres latenter pugnam recedit. qua recedente equites pera melius possunt vitare hostium persecutores Est ergo advertendum quod qui declinare pugnam unumquaeque acies sic debent dividere quod si contingeret hostes insequi fugientes a bello plures occiderent et magis maius nocumentum eis inferrent fugientibus quam si se verterent et debellarent Debet ergo dux belli inquirere utrum sit aliquis locus proprinquus ad quem possit confugere exercitus si fugaretur ab hostibus

Quot sunt genera bellorum et quot modis devincendae sunt munitiones et urbanitates et quo tempore melius est obsidere civitates et castra XVI

Videntur omnia bella ad quatuor genera reduci videlicet ad campestre obsessivum defensivum et navale Bellum autem campestre dicitur omne pugna facta in campo seu in terra cum qua bellatores ab invicem pugnant absque munitionibus mediis. quanto tamen huiusmodi pugna magis est a munitionibus separata tanto est magis campestris et magis periculosa Secundum genus pugnae dicitur obsessivum cum bellatores sunt tante potentiae quod non expectant ut hostes de munitionibus existentes vadant bellare ad campum sed ipsi munitiones invadunt

et obsident eos tale genus pugne quod nomine dicitur obsessiuum
Est autem et quartum genus pugne quod defensiuum vocari potest
Nam sepe contingit pugnantes aliquos in tanta multitudine esse et tan
tam habere potenciam ut non expectent hostes exire ad campum
sed ipsas ciuitates obsidant et inuadant Sic contingit aliquos esse
adeo paucos et tam debiles ut non putant in campo resistere
posse impugnantibus Ideo se in ciuitatibus clausos tenent et sufficit
eis quod possint ciuitates defendere Si contingat eas ab hosti
bus impugnari tale genus pugne quo quis defendit ciuita
tes et castra dicitur defensiuum Nam et si in omni pugna
est aliquo modo inuasio et defensio et tamen cum quis obsidet ciuitates
et castra magis dicitur eas inuadere quam se defendere In pugna
ergo obsessiua magis est inuasio quam defensio In bello vero
quo quis se tuetur in ciuitatibus et castris magis est
ibi defensio quam inuasio Ideo tale genus pugne magis
dicitur defensiuum Quintum autem pugnandi modum dicitur Nauale
Nam sicut contingit esse pugnam in terra sic etiam contingit
eam esse in aquis Immo horribiliores et periculosiores sunt
pugne aquatice quam terrestres Singulares autem pugne in aquis fiunt
communiter conditionibus aque ille existat nauales dicuntur Cum ac
tum sint iiij^or genera pugne quorum diximus de campestri
Restat dicere de obsessiua defensiua et nauali Contingit
autem reges et principes pugnare omnibus hiis modis pugnandi
Nam aliquando committunt campestre bellum Aliquando non obsident
ciuitates et castra Contingit etiam aliquando aliquos in
aliquibus ciuitatibus esse propter quod oportet eos uti pugna defensiua Am
plius in principatu et regno contingit esse portus et ciuitates mari
timas iuxta mare sitas propter quod ne portus destruantur
et ne stat propter eos ab hostibus intus in regnum et ne
terre maritime impugnentur Decet igitur et principibus
aliquando ordinare bella naualia Dicto itaque de bello cam
pestri et aliis quibusdam bellorum que dicendum videntur de cam
pestri pugna diffusius diximus et de cautelis bellorum in campestri
diffusissime tamen propter iam dicta circa omne bellum possint cau
tele haberi quare quis decet se habere non oportet circa bellorum
genera diutius immorari Post enim dicta de bello obsessi
uo Capitulum quod quot sunt bellorum genera et dicto quod

Post bellum campestre primo dicendum de pugna obsi-
dionaria. Cum per huiusmodi pugnam contingat obtineri et de-
vinci munitiones et urbanitates, restat videre quot modis
talia devinci possunt. Est autem triplex modus optinendi munitiones
et castra, videlicet per sitim, famem et pugnam. Contingit enim aliquando
obsessos carere aqua, ideo vel oportet eos siti perire vel munitiones
reddere. Cum ergo diligenter excogitare debent obsidentes munitiones
aquas viciare per aliqua ingenia vel per aliquam industriam pos-
sint ab obsessis accipere aquam. Contingit multotiens evenire aquas
a remoto principio derivari usque ad munitiones obsessas, que
si in illo fontali principio destruantur fistula conductus per
quem pergit aqua ad obsessos, oportet ipsos pati aquarum penu-
riam. Rursus aquando munitiones sunt alte et aque non perveniunt
usque ad eas, que sunt a munitionibus remota, debent obsi-
dentes adhibere omnem diligentiam quando possint obsessis
prohibere aquam. Secundus modus impugnandi munitiones est per famem.
Nam sine cibo durare non possumus. Ideo obsidentes ut
munitiones optineant passus maris et omnia loca per que pos-
sent obsessis victualia deferri diligenter custodire debent
ne eis talia deferantur. In huiusmodi autem obsessionibus multo-
tiens et plus affligit fames quam gladius. Unde est quod
multotiens obsidentes volentes cito optinere munitiones
si contingat eos aliquos capere de obsessis non occidunt illos
sed per mutilationem membrorum reddunt inutiles et propterea eos
remittunt ad munitiones obsessas ut videlicet unacum aliis comme-
dentes apud illos obsessos maiorem inopiam et famem ex-
citant. Tertius modus optinendi munitiones est per pugnam,
ut cum ingreditur ad muros et cum per pugnam devincantur. Quomodo obsessos
si quando et quot modis contingit talem pugnam committere in sequenti
capitulo ostendetur. Ostenso quot sunt genera bellorum et quot modis
devincende sunt munitiones obsesse, restat ostendere quo tempore
melius est obsidere civitates et castra. Sciendum itaque quod
tempore estivo antequam sunt recollecta blada vina et alia
per que posset subveniri inopie obsessorum est melius obsessionem
facere. Illo enim tempore omnia devincendum melius devincantur
obsessi. Secundo per se per sitim sunt munitiones optinende

maiori est facere obsessionem tempore estiuo . eo quod tunc magis desiccantur aque . nec sic abundant celestes pluuie ut possint per cisternas subueniri obsessis . Rursus si per famem et cisternam non ciuitas obsessa optinenda melius est obsessionem facere tempore estiuo antequam messes et vina sint recollecta quia semper tali tempore consueuerunt deficere fructus anni preteriti quare si obsessi non poterunt gaudere fructibus anni aduenientis citius peribunt inopia . Amplius si per bellum et pugnam inimicos sint optinende melius est hoc agere estiuo tempore . Nam tempore hyemali abundant pluuie replentur fosse aquis quare difficilius impugnantur obsessi . Rursus incomoditates temporum magis molestant obsidentes et existentes in campis quam obsessos manentes in domo . Vel ergo obsessiones faciende sunt tempore estiuo . vel si per multa tempora obsessiones durare debeant saltem inchoande sunt tempore estiuo priusquam blada vina et alios fructus terre obsessi possint colligere etc.

**Quomodo debent se munire obsidentes et quomodo per cuniculos impugnari possint munitiones obsesse etc.**

Si obsidentes negligentes fuerint et non diligenter se muniant obsessis molestari poterunt . Nam cum contingat obsessiones per multa aliquando durare tempora non est possibile obsidentes semper esse paratos . Ideo nisi sint muniti contingit quod aliquando existentes in castris vel fuerint occupati sompno vel cibo vel ocio obsidentes aut aliqua necessitate dispersi repente prorumpunt in ipsos et succendere temptant destruere obsidentium machinas et aliquando multos ex obsidentibus perimunt . quare obsidentes ut tuti permaneant longe a munitionibus obsessa saltem per ictum teli vel iactus debent castra metari et circa se facere fossas et figere ibi ligna et construere propugnacula ut si oppidani in eos vellent repente inuadere resistenciam inuenirent . Viso quomodo se debent munire obsidentes ne ab oppidanis molestentur . Restat ostendere quot modis impugnare debent obsessos . Est autem unus modus impugnandi communis et publicus . videlicet per balistas arcus et per lapides emissos manibus et fundis et etiam per appositiones scalarum non multum autem industriosus impugnare si obsessi facerent

se ad muros et propugnacula statim impugnant con-
tum balistis et arcubus iaciunt contra ipsos lapides uel
cum fundis vel manibus apponunt scalas ad muros ut si
possint ascendere ad partes illas ut sint pares illis. preter
tamen hos modos impugnationis apertos est dare triplicem imp-
ugnationis modum non omnibus notum quorum unus est per
cuniculos alius per machinas proicientes lapides magnos
et graues. Et tercius est per edificia impulsa usque ad muros mu-
nitionis obsesse. De omnibus itaque impugnationibus dicemus.
Sed primo de impugnatione per cuniculos. Primo ergo per cuni-
culos id est per vias subterraneas decipiuntur munitiones. Debent
ergo obsidentes separatim in aliquo loco terram fodere aut tectam
terram tentorium uel aliquod aliud edificium debent apponere
ne obsessi inde possint intueri ut incipiant fodere. Ibi enim fo-
dendo magis profundiores quam sint fosse munitionis deriuare
debent pergere usque ad muros munitionis perducere quod si hoc fieri
potest leuiter est munitio capienda. Nam hoc facto primo debent in
muros fodere et supponere ibi ligna ne statim cadat et si ad
omnes muros uel cum maxima parte murorum subfoderint
et subpuntauerint si viderint obsidentes quod per solum tantum
murorum possint munitionem optinere statim debent apponere
ignem in lignis sustinentibus muros et facere omnes muros
vel magnam eorum partem simul cadere et replere fossas
quo quasi ex inopinato terreantur obsessi ut faciliter
deuincantur oppidani. Est etiam aduertendum quod iste subterranee
semper sint munite tabulis et aliis artificiis ne ca-
dat terra et suffocet fodientes terram et que extrahitur
de dictis fossis est taliter abscondenda ut ne videatur
ab obsessis et cum ergo ignis apponitur ad ligna sustinencia
uel sustentamenta murorum apponentes tunc ignem et exeuntes
cum eo debent se ad locum tutum fugere ne ledantur per muros
ruinam casuros. Sic ergo agendum est oppugnatione per cuniculos
tum ad munitionem optinendam sufficit sola murorum ruina
Sed cum hoc creditur non sufficere cauendum sub fossis et
subpuntacionibus nondum apponendus est ignis. Sed procedendum est
ad maiores munitiones et ad interiora menia castri uel
ciuitatis obsesse et similes vias subterraneas. et simul faciendum
est circa ea quod factum est circa muros. Rursus procedendum
est diuertendo vias subterraneas ut per eas possit ingressus

ad civitatem et castrum que omnia latenter fieri possunt absque eo
quod sentiatur licet non sine difficultate et diuturnitate temporis
possunt hec omnia fini debito consumari. Cives itaque seu
pacientes aliquo tempore nocturno vel in aliquo congruo alio
ad pugnandum per appositum ignis fieri debent ut simul cadat
muri et municiones subposite et per vias subterraneas fiat
ingressus ad castrum vel ad civitatem et per aditum factum
a cuniculis cadentibus velud nec obsidentes ingrediantur castrum
vel civitatem obsessam et sic poterunt optinere illam etc.

## Quot et que sint genera machinarum emittencium lapides per que impugnari valent municiones obsesse et dirui possunt civitates et castra

xviii

Contingit autem plures municiones aquas obsessas super lapides fortissimos esse constructas
vel esse circumdatas non tamen profundissimas fo-
veas vel aliquo modo esse munitas et per cuniculos et sub-
terraneas vias inpugnari non valde difficulter optineri
possunt. eveniunt etiam plures. ut si municio obsessa per vias
subterraneas capitur possunt obsessi tamen providentes fos-
sionem impedire eam ne per ipsam fraudulenter et per insidi-
as devincatur. quod quomodo fieri debeat ostendemus cum de sequentibus
capitulis agetur de defensiva pugna. Cum enim tractabimus
quomodo obsessi se defendere debeant declarabimus quomodo obsessi
cuniculos et alia machinamenta obsidencium debent providere
quare si modus artis debet imitari naturam que per faciliori
viam ad effectum producat rem. cum per cuniculos non ita
municiones de facili impugnari possunt sicut per machinas
lapidarias vel per edificia contigua usque ad menia castri
vel civitatis obsesse. ex talibus uti argumentum ut habeat
intentum. Videndum est ergo quot sint genera machinarum
lapidariarum. et quot sint modi edificiorum. et quomodo municiones
impugnentur. Machine autem lapidarie quasi ad iiii^or genera
reducuntur. Nam in omni tali machina est dare aliquod trahens
et elevans virgam machine ad quam coniuncta est funda
qua lapides iaciuntur. huiusmodi autem elevacio virge aliquando
fit per contrapondus. aliquando non sufficit contrapondus. sed
ultra hoc ad funibus elevatur virga machine qua elevata
eiciuntur lapides. si ergo per solum contrapondus fit huiusmodi proiectio

contrapondus illud vel est fixum vel est mobile vel est com-
positum ex utroque. Dicitur autem contrapondus esse fixum quando
quando virge fixa est quedam cassa immobiliter adherens virge plena
lapidibus et harena vel alio ad gravitatem. Quod genus
machine veteres trabucium vocare voluerunt. Inter ceteras
autem machinas hec verius proicit quia contrapondus semper unifor-
miter trahat. Ideo semper uniformiter impellit. Cum hec
autem machina quasi acus percuti posset. Nam cum aliquod signum
percuciendum est per ipsum si nimis proicit ad dextram vel ad sinistram
vertenda est ad locum circa quem iaciendus est lapis. Si vero
nimis alte proicit vel elonganda est machina a signo vel
in funda eius est apponendus lapis gravior si tamen elevari
non potest. Si vero nimis infime vel nimis basse proicienda
est machina vel alleviandus est lapis. Semper enim ponderandi
sunt lapides machinarum si determinate proiciendum ad aliquod
signum. Aliud genus machine habet contrapondus mobiliter ad-
herens sive flagellum vel virgam ipsius machine. Et hoc genus
machine Romani inventores biffam vocaverunt. Hec autem differt
a trabucio. Nam quia contrapondus mobiliter adheret virge
machine licet plus trahat racione motus non tamen sic uni-
formiter trahit. Ideo plus proicit non tamen sic uniformi-
ter et recte proicit et percutit. Est autem et tercium genus machine
quod tripancium nuncupant habens utrumque contrapondus unum
infixum virge et aliud se mobiliter inherens circa ipsam et ideo est
vero ponderibus infixi rectius proicit quam biffa; vero ponderis
mobiliter se inherentis longius emittit lapidem quam trabucium.
Quartum vero genus machine est quod loco contraponderis
habet funes qui trahuntur per manus et manus hominum. Huiusmodi enim
machina non proicit ita lapides magnos sicut predicta tria
genera machinarum. Tamen non oportet tantum tempus apponere
ad reordinandum huiusmodi machinam sicut in machinis prefatis.
Ita quod plures et spissius proicit hec machina quam predicte.
Ille ergo qui obsidet castrum aut civitatem aliquam si vult
eam impugnare per machinas lapidarias diligenter considerare
debet utrum magis possit muros vel impugnare rectius
vel longius vel medio modo inter utrumque vel etiam magis
possit obsessos offendere proiciendo spissius et frequentius.
Nam proicere ... expedit omnibus predictis machinis vel

omnibus conpetentibus modis conpiciendi vel aquis sive aqua predictarum
machinarum castrum et civitatem obsessam potest inpugnare. Si enim
plena notitia habeatur de machinis de quibus mentionem fecimus
sufficienter sciretur quomodo et quando per machinas lapidarias poterit
quis munitionem inpugnare. Ad omne genus machine lapidarie vel
aquarum predictorum vel potest originem sumere ex predictis. Etiam
advertendum quod die et nocte per lapidarias machinas inpugnari
possunt munitiones obsesse tamen ut videatur qualiter in nocte per
tenebras lapides emissi a machinis semper ad lapidem alligari
debet ignis vel tecto ignita. Nam per titionem ignitam lapidi
alligatam apparere potest quando machina proiciat et quod sine
quanto ponderosior est lapis in funda machine imponatur

## Quomodo per edificia lignea impulsa ad muros civitatis vel castri impugnantur munitiones obsesse

XIX Tangebantur autem superius tres modi inpugnandi
munitiones obsessas. Quorum primus erat per cunicu-
los alius per machinas. Tertius vero per edificia
lignea impulsa ad muros munitionis obsesse. Dicto ergo de
inpugnatione facta per cuniculos et lapidarias machinas restat
dicere de inpugnatione quomodo fieri contingit per edificia in-
pulsa ad muros vel ad menia castri vel civitatis obse-
sse. Huiusmodi autem edificia quasi ad quatuor genera reducuntur
ut ad arietes vineas turres et musculos. Notatur enim
aries testudo quedam lignorum que ne igne comburatur
tendis coriis coopertur. Super hac vero testudine sic cooperta
corigiis et fortiter contexta ne lapidibus obruatur, intrinsecus
ponitur trabs cuius caput ferro vestitum. Quod ideo appellatur
aries quia caput ferri ibi appositi durissimam habet frontem ad
percutiendum. Huiusmodi vero trabs funibus vel cathenis ferreis al-
ligatur ad testudinem factam ex lignis et ad modum arietis se
subtrahit et postea fortiter muros munitionis obsesse
percutit et distrumpit. Cum enim per huiusmodi trabem sic ferratam
multis ictibus sic percussus est murus ita quod iam lapides exi-
stentes in ipso incipiunt commoveri, in capite eius infigitur
quedam ferrum retortum ad modum falcis per quod lapides com-
moti et conquassati evelluntur a muro ut tota perforetur.
Valet etiam huiusmodi edificium ad inpugnandum munitionem aquarum
dato quod aliquid non possit pertingere usque ad muros eius

 

Nam quia huiusmodi trabs caput habet sic ferratum retrahitur
et impingitur poterat perforari murus munitionis obsesse. Dato quod
tectura illa sub qua sunt homines impingentes trabem
non pertingat usque ad murum. Est autem huiusmodi testudo sub
qua homines impingentes arietem sive trabem optime mu-
nienda que viri illi sagittis vel lapidibus vel aliquo alio
modo ex aliqua parte possint offendi. Aliud autem edificium
est ad impugnandum munitiones obsessas quod vocant vineam.
Vineam autem huiusmodi edificium tamen nominant quod sit autem hoc
ex tabulis grossis et fortibus optime colligatis et duplicatis
sive sit duplex tabulatum ne lapidibus emissis possint. Tale
edificium superius cooperitur etiam coriis ne ab igne possit
offendi. Consuevit autem tale edificium fieri in latitudine octo
pedum et in longitudine xvi. In altitudine vero tot pedum
quot homines competenter ibi possint existere. Huiusmodi vero edifi-
cium tante quantitatis vel etiam maioris est optime undique mu-
niendum et impellendum usque ad muros munitionis obsesse sub
quo homines existentes fodiunt muros illos. Est autem hoc edifi-
cium utile adeo tamen est munitio obsessa quod usque ad muros eius
potest tale edificium impelli. Tertium genus edificiorum sunt turres
vel castra. Nam si per arietes nec vineas capi potest munitio
obsessa accipienda est mensura murorum munitionis illius et secundum
huiusmodi mensuram vel etiam secundum altiorem construende sunt lignee
turres vel castra que tegende sunt crudis coriis ne succen-
dantur ab igne. Nam cum huiusmodi ligneis castris ducuntur impinguntur ad mu-
ros munitionis obsesse. Primo iaciende lapides. Nam si in altitudine ca-
strorum excedit altitudinem murorum et etiam turricellarum et
propugnaculorum existentium in ipsis. Sic se habebunt existentes in castris
ad existentes in munitionibus quomodo se existentes in munitionibus
ad eos qui sunt in basso et in terra. Rursus in huiusmodi castris
ordinantur pontes cadentes per quos itur ad muros muni-
tionis obsesse. Altitudo autem murorum duobus modis potest accipi. Primo per
umbram. Nam leve filum cuius nota sit quantitas ligandum est
ad sagittam et proiciendum usque ad muros munitionis secundum quantitatem
cuius sciri poterit quantitas umbre. In illa ergo hora in qua
accipitur umbre quantitas erigendum est aliquod lignum de alto

faciens tantam umbram et 2m altitudine eius tanta erit altitudo murorum
vel quando non est sol splendens et faciat umbram. Si aliqui tegantur in bibus
Habimus alium modum accipiendi altitudinem cuiuslibet edificii et quorumcumque
murorum accipiatur aut aliquod lignum vel tabula aliqua ad quantitatem alt
hominis et ipse homo ad eius quantitatem accepta est tabula iaceat se
ad terram et ad pedes eius ponatur predicta tabula et aspiciat
per summitatem eius tabule et si visus eius protenditur magis alte quam
sit edificium tunc altitudo summitatis est tabula magis prope
ad edificium illud. Si vero visus protendatur magis basse ad tabulam
sit extra ad pedes et iacens in terra elongetur se ab edificio
predicto donec per summitatem tabule protractus videat summitatem
eius. Illud ut patet per geometrie quanta erit distantia a capite
hominis sic iacentis usque ad edificium illud tanta erit edificii altitudo
Possent autem mensurari talium altitudinum accipi per regulas traditas
astrolabio et quadrante. Sed de hoc nobis non est cure. Sufficiat
autem de talibus ad presens tanta dixisse. quanta sufficiunt ad propo
situm Quartum genus edificiorum vocatur musculos. Sunt enim
musculi quedam edificia parva super quibus teguntur homines trahentes
vel impellentes castra usque ad menia murorum obsesse.
Possunt autem per huiusmodi musculos quasi continuare castra usque ad
muros obsessa. Cum ergo factum est castrum et est impugnanda civitas
Illud castro sit edificatum ad muros impugnandos est tria
considerare videlicet partem superiorem excedentem muros et turriculas
murorum. Secunde partem que media ad quam applicari potest ascendi
super muros. Tertio partem infimam ad quam applicari musculi sub
quibus sunt homines trahentes vel impellentes castra. Cum ergo castrum
appropinquat quantum debent ad muros murorum obsesse illi
qui sunt in parte superiori debent proicere lapides et fugare eos qui
sunt in muris. qui vero sunt in parte intermedia debent ponere dimittere
et invadere muros. Sed qui sunt in parte infima et sub musculis si
possunt ad muros accedere et eos suffodere. Verum cum autem obsiden
tes muros possunt obsessa murorum. Et cum baliste arcus ma
chine lapidarie et omnia talia congregata. ut cum hoc sciendum
sit tunc murorum pugnatur. quanto in pluribus simul muro
impugnatur. tanto plus tenentur obsessi et citius capiuntur.

## Qualiter edificanda sunt castra et civitates

## Quod per pugnam ab obsidentibus faciliter devincantur. XX

Postquam diximus de bello campestri et determinavimus de bello obsessivo docentes obsidentes munitiones et castra qualiter deberent ea obsidere et debellare, in parte ista determinare volumus de bello defensivo ut per hoc doceamus obsidentes qualiter deberent invadere obsessos. Volumus docere ipsos obsessos qualiter se debeant defendere ab obsidentibus. Primo autem quod maxime facit ne obsessa civitas devincatur ab obsidentibus et quod magis facit ut obsessi faciliter possint defendere munitionem aliquam est scire qualiter edificanda sunt castra et civitates et munitiones cetere ne faciliter impugnentur. Sunt autem huiusmodi in hiis edificationibus consideranda per que munitiones fortiores existunt et difficiliores ad capiendum. Primo quidem fortificantur munitiones et sunt difficiliores ad debellandum ex natura loci. Secundo ex angularitate murorum. Tertio ex terratis. Quarto ex propugnaculis. Quinto ex fossatis. Ex natura quidem loci urbes et munitiones existunt fortiores si edificate sint in preruptis rupibus vel locis eminentibus et inaccessibilibus, vel si mare sit circa eas vel paludes aut flumina circumdant ipsas. Ideo a principio cum edificande sint munitiones defendende ab exteriori pugna et ab obsidentibus consideranda est natura loci ut in tali loco edificentur quod in ipso situ fortiores existant. Vel si non vacat munitiones de novo edificare et aliqui timentes iram dominorum aut domini metuentes furorem populi nolunt se tenere in munitione aliqua, si assistit facultas, querenda est munitio que ex ipsa natura loci fortior existat et difficilior ad impugnandum. Secundo urbes et munitiones sunt difficiliores ad impugnandum ex angularitate murorum. Nam si muri munitionis habeant angularitates, si contingat obsidentes ad muros accedere ut muros devorent, obsessi facilius se tuentur ab illis et levius offendunt obsidentes. Nam per angularitates murorum non solum ex parte anteriori sed etiam a tergo et quasi a parte posteriori percutiunt impugnantes munitionem. Illa ergo fingendi igitur sunt muri angulares ut munitio facilius defendi possit. Tertium quod reddit munitionem difficilem ad capiendum dicitur esse terrata vel muri extra terrati. Nam ad munitionem fiendam non solum est querenda bonitas situs et angularitas murorum sed circa munitionem illam edificandi sunt gemini muri equaliter distantes et in terra spacium

quod inter illos duos muros includitur ponenda est terra que
fodienda est de fossis que fiende sunt circa muros illam
vel que aliunde terra apportanda et ponenda in illo spacio inter
medio. quelibet autem terra intra tale spacium posita ita conden
sanda vel densata quod adiuvante glutine et efficacie quasi
murus. Contingit enim autem tumulus ex terra facere si bene
condensetur. Propter quod non est ingens huiusmodi constituere mu
ros de terra densata. valent enim constitutio talium murorum
ad defendendum muros que deruuntur per machinas lapi
darias. Nam dato quod per huiusmodi machinas totus murus
exterior rueret murus constitutus ex terra quasi absque lesione
susciperet ictus machinarum. quia cum lapis eiectus a
machina perveniret ad huiusmodi murum propter mollitiem eius
cederet terra et reciperet lapidem illum quasi acsi ibi esset
fabricatus. expertum est enim muros ex terra constitutos
densata minus ledi a machinis quam muri alii ex quibuscumque
talibus ex terra factus esse grossus. quia tunc absque lesione
suscipiat lapides emissos a machinis. Octavo quod facit
munitiones fortiores sunt turres et propugnacula. Nam in ipsis
muris constituende sunt turres et propugnacula ut murus
tutius defendi possit. Maxime autem circa portam
civitatis ipsius munitionis de qua timetur ne ad eam accedant
obsidentes fiende sunt turres propugnacula et ante huiusmodi
portam ponenda est cataracta pendens cum fenestris un
dique autem ferrata prohibens ingressum hostium et ne
dum ignis. Nam si obsidentes vellent portas munitionis
succendere. Cataracta est autem ante portam plures cos
Rursus super cataractam debet esse murus habens spacium
per quam locum possint proici lapides et emitti per eas aqua
ad extinguendum ignem si contingeret ipsum ab obsidentibus
esse appositum. Nonum quod facit munitiones magis inexpugna
biles et fortiores est latitudo et profunditas fossarum que
si assint profunde replende sunt aquis. His ergo quasi
sunt difficiliores munitiones ad capiendum. Quia videmus
quod a principio ab his qui volunt munitiones defendere ab obsidentibus
eos ut in munitionibus illis omnia haec vel plura ex istis conveni
unt ad hoc quod facilius defendantur

Quomodo sunt civitates muniende et castra et universaliter omnes municiones ut ab obsidentibus difficilius capiantur XXI

Non sufficit scire qui edificande sunt municiones et
quales muros debent habere et que debent esse structure
nisi sciatur qui sunt muniende et quomodo ut non de facili
devinci possint. Dicebatur enim supra triplicem esse modum devincendi
municiones videlicet per famem, sitim et pugnam. Sic ergo muniende
sunt municiones obsesse ne aliquo horum trium modorum
possint devinci. Quantum enim ad famem devincatur tria sunt attendenda.
Primo ut frumentum avena ordeum et siligo singula et universa
pabula que possunt de facili ad victum deportanda sunt ad municionem
obsessam priusquam obsideatur ab exercitu et si timetur ab obsessione
ante collectionem frugum ex aliis locis propinquis sunt
talia adquirenda ne municio obsessa ad carenciam victus
possit pati defectum. Primo quidem aut non possunt ad municionem deferri
vel si deferuntur quod simul cum esse utile castro vel civitati obsesse
totum est igne comburendum ne obsidentes inde supervenientes
capiant emolumentum et ex bonis propriis municionem
obsesse impugnent. Si autem timeatur de diuturnitate belli
ut quis per multa tempora debeat obsessos obsidere maxime
munienda est civitas vel castrum obsessum quia ubi similiter
multa leguminum magis putrescit et plus durare prohibetur
copia aut carnium salsarum non est pretermittenda sal multitudo
multo est expediens municioni obsesse eo quod ad multa est
utile. Secundo quidem municionem castri vel civitatis obsidende
aquam quantum ad victum quo solum attendendum est ut magna
copia victualium deferatur ad municionem obsessam. Secundo
enim ut victualia delata per temperatos erogatores per familias
dispensentur. Unde si fieri possit si civitas obsessa
esset magna et posset aliunde recuperare victum quibus
qualis contracta civitatis victualia reduci deberent
ad horrea publica et parce et temperate per meos prudentes
dispensare quia si munitio obsessa comodia esset ambiciosus
est efficere quod esset difficile quia non nisi possent multa que
victualium nisi parce et cum temperamento dispensetur.
Tercio in talibus est attendendum ut persone debiles et inutiles

non valentes ad defensionem munitionis obsesse proficere · si commode fieri
poterit sunt ad partes alias transmittende tales non · n consumant et co
medant que debent bellatoribus erogari Rursus si timeatur de
inopia victualium bestie que sunt in munitione obsessa a quibus obsessi
possunt commode abstinere sunt occidende et sunt comedende vel
salsande si esui sunt apte Immo in tali casu commendendum
est multa que ad esum vetat communis usus Viso quomodo muni
tio obsessa vitat ne capiatur fame Decimo videri potest quomodo
se debent habere obsessi ne devincantur per sitim Dicendum antequam
aliquam castrum obsideant providere debent ut ad talem munitionem pergant
in qua sit aquarum copia · quod si non ibi nec fontes sint · fodendi sunt
putei · quod si eciam locus sit siccus ibi nec putei fieri possunt
faciende sunt fosse ut celestium aquarum superabundancia suppleat aliarum
aquarum defectum quod si munitiones obsesse sunt circa mare et non
possunt habere aquam nisi salsam · eo quod dulcem aquam habeant distan
tem ad quam capiendam prohibent obsidentes tunc mediante
terra potest dulcificari nam ut vult philosophus in metheororum dicitur
ex aqua calida et salita per poros terre transeat totum in dulcem
convertitur · Defendendum eciam est ad munitionem obsidendam in magna
copia acetum et vinum ne ex potu solius aque bellatores adeo
debilitentur quod non possint viriliter resistere obsidentibus Ostenso
quomodo sunt remedia contra famem et sitim per que obsessa munitio devinci
convenit Restat videre que sunt remedia adhibenda ne
per pugnam obsessa munitio devincatur Debent ergo ad civitatem
vel ad castrum obsessum deportari in magna copia sulphur pix et
oleum ad comburendum machinas hostium ferra eciam et ligna
sunt ad munitionem obsessam in debita abundancia deportanda · ut
per ligna hasta sagittarum et telorum · et ex edificia necessaria munitioni
fieri possint per ferra non reparari possint arcus et fieri tela
et sagitte et alia per que impugnare valeat obsidentes Est eciam inter
hec ferri utile ipsis obsessis ad defendendum edificia et machinas
ipsorum obsidentium ut in sequentibus apparebit Saxa · n · et
lapides rotundi in magna copia sunt ad munitionem deportanda · quia
talia sunt solidiora et aptiora ad iaciendum Ex hiis ergo
implendi sunt muri turres munitionis obsesse · talem eciam possibile
reputata defendendam esse ad ipsam munitionem in magna ab
undancia et ea que ea implenda sunt multa vasa ut
cum obsidentes appropinquant muris munitionis iacienda sunt

Vasa illa quibus fractis pulvis illius subintrat obsidentium
oculos et adeo offendunt eos ut quasi ceci et non pervideri posse
ne armorum et nervorum etiam copia et funium multum est neces-
sarium obsessis propter balistas et arcus et alia tendenda quia si
nervi deficiunt loco eorum possunt adhiberi crines equorum et
capilli mulierum. Recitat enim Vegetius quod cum Romanis nervorum
copia defecisset et non possent machinas parare ad resi-
stendum bellatoribus mulieres Romane abscisis crinibus eos suis
maritis tradiderunt per quos machine reparate adversariorum
impetum repulerunt. Maluerunt enim ut ait Vegetius ille pudi-
cissime femine cum maritis crine deformato capite quam servire
hostibus integris crinibus. Sunt etiam ad munitiones deportanda
cornua bestiarum ad instruendum balistas et arcus et coria cru-
da ad tegendum machinas et alia edificia ne ab adversariis
per malleola comburantur. His enim cautelis et per ea que dicta sunt inspicere
poterunt obsessi ne eorum munitiones per pugnam ab obsiden-
tibus devincantur etc.

## Quomodo resistendum est impugnationi facte per cuniculos qualiter machinis lapidariis et aliis edificiis obsessi debeant obviare XXII

Enumerabantur supra tres speciales modos impugnandi
munitiones obsessas. Quorum unus erat per cuniculos
et vias subterraneas. Alius per machinas lapidari-
as. Et tertius per edificia impulsa usque ad menia castri vel civitatis
obsesse quae si deinceps parantur obsidentes invadere obsessos.
Reliquum est ut declaremus quomodo obsessi a predictis impugnationibus
quas obsidentes se defendere valeant. Prima ergo dicere de reme-
diis quod impugnatores per cuniculos possumus. Aut etiam hec duo re-
media assignare. Unum est per profunditatem fossarum repletarum aquis.
Nam si circa munitionem obsessam sit profunde fovee aquis
replete impediuntur obsidentes ne obsessos impugnare possint
per cuniculos et vias subterraneas. Dato enim quod fosse aquis re-
pleri non possint valde profunde et per ampla si sint sufficiunt
impedire subterraneas vias quia hoc genere impugnatores non
possunt impugnare munitiones obsessas nisi dicte vie subter-
ranee profundiores sint fossis munitionis. Ergo defendi vel est
supra firmam petram et tunc propter duritiem lapidis non facile
est per cuniculos debellare eam vel est supra petram de facili

debilem aut supra terram que difficili fodi potest et terra per consimiles
foveas est fortificanda in muris ne per cuniculos diruantur. Secundum
remedium contra cuniculos et vias subterraneas est facere in inte-
riorum obsessa viam ad contraveniendum vie subterranee facte ab
obsidentibus. Si enim in muris obsessa foveas vel terram profundas
vel terram eas repletas aquis propter quod timent de impugnatione per cuni-
culos diligenter considerare debent obsessi utrum ab aliqua parte inde
aut terram deferri. et utrum per aquam signa cognoscere possint obsi-
dentes inchoare cuniculos. quod cum perceperint statim debent aliam
viam subterraneam facere contravenientem illis cuniculis. ita tamen quod via
illa pendeat contra obsidentes et tunc per viam illam sic preparatam
in partem fecerint obsidentes per viam illam in muros ingredi
latenter. Debent enim obsessi iuxta inchoationem vie subterranee habere
magis vias plenas aquis et etiam urinis ut cum bellatores
obsidentes debent se fingere fugere et exire foveam illam quo facto
totam aquam et urinam sic congregatam effundere debent super obside-
ntes existentes in cuniculis. temporibus enim nostris multi obsidentium se puti-
tati sunt. quare si hec aquam facta fuit non demum reputare impossibi-
le item sicca posset. Viso quomodo resistendum sit debellatoribus
facientibus per cuniculos restat videre quomodo obsessi debeant obviare impu-
gnationibus factis per lapidarias machinas. contra hoc autem quadruplex subvenire
Primo quod aliquando subito ex muris obsessa exit magna multitudo
armatorum et invadit machinam et postquam exeuntes possint sufficere
ad defendendum eam succendunt ipsam. Sed si in muris ipsam ob-
sessi exire non audeant tunc clam de nocte per muros aliqui ligati
funibus emittuntur qui absconse ignem portantes absque eo quod alii
percipiant machinam incendunt. quo facto reducuntur sursum per
funes ad muros ipsos. Est enim et tertius modus destruendi machi-
nas faciendo sagittas quas appellant toleos. Est autem sagitta
ia in ince. que habet quandam caveam in qua ponitur ignis factus
ex oleo sulphure pice rasina. que stuppa convoluta bellatores
antiqui incendiarium vocaverunt. huiusmodi autem sagitta per balistam
forte emissa usque ad machinam multotiens succendit ipsam.
Quarto etiam modo resistitur machinis lapidariis faciendo alias
machinas interius per quas invadendo eas et destruendo ipsas. Inter
ceteras autem summum remedium est per quam constituta est machina
intus facere ei fundam ex cathenis ferreis vel texturam ex ferro
et inter machinam illam continere faciant in qua aliquos

ferrum bene ignitum quod bene ignitum apponatur super fundam ex ferro
textam et proiciatur ad machinam illam vel ad quodcumque edificium
ligneum contra hoc corium crudum non valent nec sufficienter resistere
Omne enim edificium ligneum hoc modo comburi potest. Sunt autem et multe
et alie particulares cautele valentes ad defensionem contra lapidarias ma-
chinas sed quia talia completa sub narratione non cadunt prudentum
iudicio relinquuntur. Ostenso quomodo resistendum est turribus et lapidariis
machinis reliquum est ostendere quomodo obviare debeat edifi-
ciis aliis ad menia murorum obsessis. Ad hoc autem valet quecumque
diximus contra consistentia machinarum. Nam sicut destrui possunt
lapidarie machine per improvisum insultum obsessorum et per
homines latenter de nocte emissos et per sagittas deferentes
ignem secum et per machinas alias emittentes lapides vel per
fundas ex ferro textas iacientes ignita ferra. Sic omnibus
hiis modis possunt omnia edificia lignea impugnari. Immo ut supra
tetigimus contra singula lignea edificia maxime valet si per alias machi-
nas vel aliquo alio modo ferra ignita iaciantur in ipsa. Possumus
tamen specialia remedia contra huiusmodi edificia assignare. Ut quia arietem
constitutum supra diximus esse trabem ferratam percutientem muros
murorum obsessorum per duriciem corporis capitis vocari arietem.
Contra hoc autem constituatur quoddam ferrum curvum dentatum cum dentibus
fortissimis et acutis et ligatum cum funibus cum quo capiatur caput
arietis vel caput illius trabis ferrate, quo capto cum omnibus ad
superiora trahitur vel ita suspenditur ut muris nocere non possit. Unde
et bellatores antiqui hoc ferrum vocabant lupum eo quod acutis
dentibus arietem capiat. Contra castra non multum valet ferra ignita
adhiberi. Tamen speciale remedium contra ipsa est quod fiant cuniculi
et vie subterranee et etiam subfodiatur terra ubi debent transire castra, qua
suffossa et castro deducto in ipsam pre magnitudine ponderis
eorum castra iterum consistunt eo quod non possent ex fovea integre re-
moveri. Contra vineas vero et musculos etiam multum valet
ignita ferra, quia si bene contingeret per huiusmodi edificia perforari muros
murorum obsessorum. Sed de hoc dubitatur antequam hoc fiat. Nam illos
muros cingentes edificia lignea vel si sit populus edificatus muri
lapidei, ut si contingeret obsidentes intrare murorum recinctum
clausi intra muros illos et non valentes se defendere propter
murorum inclusorum lapidibus obruuntur. Est enim diligenter adver-
tendum quod aliquando obsidentes fingunt se fugere etiam per insidias

invadunt inimicos obsessos. Ideo non statim post recessum hostium sunt munitiones dimittende et est custodia negligenda. Ideo investigande sunt conditiones hostium ut quod palam bello non possunt per insidias et versutias obtinere non possint.

## Qualiter construenda sunt navigia et qualiter committendum navale bellum et ad quid singula bella ordinantur

XXIII

In hoc ultimo capitulo tractatus volumus aliqua de navali bello notificare. Licet enim multa que dicta sunt in aliis generibus bellorum applicari possint ad navalem pugnam, aliqua tamen sunt specialia in pugnando. Primo incidenda sunt ligna ex quibus fabricanda sit navis. Nam navis navalis fabricata ex incongruis et incommodis lignis hostium de facili perit. Secundum Vegetium ligna ex quibus construenda sunt navis sunt quolibet tempore incidenda. Nam mense Maii et Aprilis in quo humor incipit in arboribus abundare non est bonum incidere arbores ex quibus fabricanda sunt navis. Sed tempore Iulii et Augusti vel etiam aliquo alio tempore quo humor arborum desiccatur, ad huiusmodi fabricam construendam incidenda sunt ligna. Rursus non statim incisis lignis ex eis fabricanda est navis. Sed primo arbores sunt dividende per tabulas et per aliquod tempus dimittende sunt ut desiccari possint. Nam si ex lignis viridibus construatur navis, cum naturalis humor expiraverit, contrahuntur ligna et fiunt in navibus rimae. Cum navibus quae nil periculosius esse potest, dummodo sunt in navalibus bellis et expone se periculis ne pereant per rimas naufragium patiantur. Visa quando incidenda sunt ligna et qualiter reservanda ut ex eis navis valeat debite fabricari, videre restat quomodo in navi bene fabricata committenda sunt bella. Habet autem navale bellum quantum ad aliquid similem modum bellandi cum pugna terrestri. Nam sicut in pugna terrestri oportet pugnantes bene armatos esse et bene scire se a percussionibus protegere et hostibus vulnera infligere, sic et hic requiritur in bello navali. Immo in huiusmodi pugna oportet homines esse melius armatos quam in terrestri, quia cum pugnatores maxime quasi fixi stent et modicum se moveant melius sustinent pondera armorum. Et sic eorum armatura gravior esse debet. Possumus hic quantum ad praesens spectat doctrinam enumerare per quae maxime

pugnatoribus hostes impugnare debent Primum est ignis grecus
incendiarius vocatur Expedit enim eis habere multa vasa plena
pice sulphure rasina oleo . quod omnia cum stupa commolvenda sunt
habent enim vasa sic repleta sunt succendenda et proicienda ad naves
hostium ex qua proiectione vas frangitur et illud incendiarium
comburitur et succendit naves Secundo multa tela in navi proicienda ut
ex multis partibus possit navibus succendi . et tunc propter tela tot est
terror nautas committendi duces bellum ne possit succurrere ad extinguendum
ignem Secundo ad committendum maximum bellum multum valet insidie Nam
sicut in terra ponimus insidie multum quod ex improviso invadentes hostes
eos terrent et de facili vincunt . sic in mari post aquas insulas fi
unt insidie ut maximi pugnatores ex improviso irruentes in hostes
eos facilius vincant Tercio est cum maximum bellum attendendum ut
sic pugnantes naves faciant circa confinium aque et naves hostium
impugnent ad litus . quia pugnandi impetum perdunt quod timent ad terram
Quarto ad arborem navis suspendendum est lignum quoddam longum ex utraque
parte ferratum . quod ad percuciendum cum naves quoniam nautas sic habeat
quod aries cum quo conterimus muros civitatis obsesse Sic enim sic or
dinari lignum et ut ligamentum tenentes ipsum possint deprimi et ele
vari . quia hoc facto maiorem habet commoditas . ut cum ipso percuti
possit cum navibus quoniam ex quibus in ipsa Quinto in bello navali ha
benda est copia amplarum sagittarum cum quibus scindenda sunt vela
hostium Nam velis eorum perforatis et non valentibus retinere ventum
non tantum possunt ipsi hostes impetum habere pugnandi ne possunt sic fa
cilius terrere sunt velut declinare a bello Sexto convenit habere
falces quasdam ad modum falcis incidentes quod aplicatum ad funes veli
retentis ut statim incidit ipsa a se mali et cadentibus ab arbore
subito ab hostibus ne sic pugnare possint . quia per talem malorum
velocitatem reddit navibus pugnatoribus et quodam modo inutiliores ad pugnandum
Septimo convenit circa nautas habere viros fictos fortes ut
cum videt se esse plures hostibus cum illis unas capiunt eorum
naves et non permittunt eos distendere Octavo in navali bello
hec est cautela attendenda in de calce alba pulverisata habeat
multa vasa plena quod ex alto sunt proicienda in naves hostium
quibus ex impetu proiectis et fractis elevatur pulvis ut sicut
dicimus in bello terrestri et subintrat hostium oculos et adeo
offendit eos ut quasi tunc videre non possint . quod in bello

Navali est valde periculosum. quia ex omni parte bellantes in tali bello videntur sibi imminere mortem. quia oculi bellancium in tali pugna ex pulvere talabus sic offenduntur ut videre non possunt. de facili perimuntur ab hostibus vel submerguntur in aquis. Nona cautela est habere multa vasa plena ex molli sapone saponis quae cum impetu proicienda sunt ad naves hostium et erit super loca illa in quibus contingit hostes existere ad defendendum naves. Nam vasis illis confractis in huius locis loca illa per saponem liquidum redduntur adeo lubrica quod hostes ibi ponentes pedes statim labuntur in aquis. Est autem et decima cautela quam predictis ceteris omnibus. Nam reperiuntur aliqui marinarii qui diu sub aquis durare possunt. Naute ergo debent sic se ordinare contra naves hostium et cum postquam debent aliqui emittere diu valentes durare sub aquis qui arte et penetrati sub aquis debent attendere ad hostilem navem et eam in fundo perforare faciendo in plura foramina per quae ab hostibus reparari non possunt cum per ipsa recipit abundare aqua qua abundante et hostes et naves periculitabit. Sunt autem in bello navali alia observanda. ut sit ibi copia lapidum et etiam sagittarum acutorum quia qui lapides iaciuntur cum quibus nimium offenduntur hostes sed certa tria quae omnibus peritia sit sub navatore non cadunt. sufficiat ergo cautele quas diximus circa navale bellum. Ostenso quare sit liquide inducenda ex quibus construenda est navis et quomodo bellandum est in navali bello. Reliquum est ut declaremus ad quid bella omnia ordinantur. Sciendum ergo secundum philosophum non bellamus ut bellemus sed ut pacem habeamus. Potest ergo bellum ex necessitate hominum et ex cupiditate eorum ordinari ad triplex. ut ad aliquam aliam satisfactionem ire vel concupiscentie. bella enim si iuste geruntur et debite fiant. ordinanda sunt ad pacem et ad quietem hominum et ad commune bonum. Ita sic se debent habere bella in societate hominum. sicut se habent potiones et flebotomie in corpore humano. Nam sicut in humano corpore sunt plures humores sic in congregatione et in societate hominum est dare plures personas et plures homines. et sicut quando diu humores

Sunt equata in corpore et non est ibi humor excessiuus· non
indigemus nec potione· nec flebotomia· sic quando homines
debite se habent et quilibet non iniuriatur alteri· non sunt
committenda bella· quare sicut per flebotomiam et
potionem superfluitas humorum est curanda per quam
purgatur sanitas corporis· sic per bella sunt ho-
stes conculcandi et occidendi per quos impeditur commune
bonum et pax ciuium· et eorum qui sunt in regno. Sup-
posito ergo reges et principes habere instituere bellum
et hostes eorum iniuste turbare pacem et commune
bonum· non est inconueniens docere eos omnia genera bel-
landi· et omnem modum per quem possint suos
hostes vincere· quia totum ordinare debent ad commune
bonum et ad pacem ciuium. Illam si intendant commune
bonum et pacem ciuium· merebuntur pacem illam eternam
in qua est summa requies· quam deus ipse suis
promisit fidelibus· qui est benedictus in secula secu-
lorum· Amen

Anno domini M° cccc° sexagesimo liber
Egidy in Collegio pauperum ingrossatus per
Georgium de Missinicze post magistrum
Mathiam de Sluzowecz etc. Iesus Christus

Vgustinus qntum valeat anima. Adeodato filio suo ex
pomt in hec verba. Utinam doctissimu aliquē. neqz
id tantū. sed etiam eloqntissimū et omnino sapntissimum
pfectum qz hominē de hoc ambo interrogare possemus.
quo nā ille modo quid anima in corpore valeret. quid
in seipa. quid apud deū. cui mūdissima pxima ē. et in
quo habet sūmum atqz omē suū bonū dicendo ac dispu
tando explicare; sunc aūt cū michi ad hanc rem desit
alius. audeo tantū tibi nō deesse. Sed hoc mercedis ē.
qz dum quid valeat anima indoctus expedio. quid ipe
valeam securus experior. In pmis tn̄ tibi amputē latis
simā qndam et infinitā expectationē. ne me de oī aīā
dicturū putes. sed tantū de humana. quā solam curare
debemus. si nobismetipis cure sumus; Hoc igit primo
quod citius animadūtere facile ē. corpus hoc terrenū atqz
mortale pñcia sua viuificat. colligit in vnū. atqz in
vno tenet. diffluere atqz contabescē non sinit. Alimē
ta per mēbra equalit suis cuiqz redditis distribui fac.
congruentiā eius modū qz conseruat. non tn̄ in pulcri
tudine. sed etiā in crescendo atqz gignendo. Sed hec hoī
etiā cū arbustis comunia videri queunt. hec ei etiā
dicim9 viuere. in suo. vero quidqz illoz gnē custodiri.
ali. cresce. gignere. videm9. ac fatemur; Ascende itaqz
altum gradū et vide quid possit anima in sensibus
ubi euidentior manifestior qz vita intelligit. Non eī
audienda ē. nescio que impietas rusticana. plane ma
gis qz lignea quā sint ipe arbores. quib9 patrocinū pbz
que dolere vitem qndo vua decerpit et nō solū senti
re ista cum ceduntur. sed etiā videre atqz audire cred.
De quo errore sacrilego. alius ē dissēndi locus. Nunc
qd instituerā intende. que sit vis anime in sensibus

atque in ipso motu manifestioris animantis quorum nobis cum hys
que radicibus fixa sunt nulla potest esse comunio. Intendit se anima
in tactu et eo calida frigida aspera lenia dura mollia
levia gravia sentit atque discernit. Deinde innumerabiles differentias sa
porum odorum sonorum formarum gustando olfaciendo au
diendo videndo que diiudicat. atque in hys omnibus ea que secundum
naturam sui corporis sunt asciscit. atque appetit. reicit. fugit
que contraria. Removet se ab hys sensibus certo intervallo
temporum et eorum motus quasi per quasdam ferias reparans
imagines rerum quas per eos hausit secum catervatim et
multipliciter versat. et hoc totum est somnus et somnia.
Sepe etiam gestiendo ac vagando facilitate motus delectatur.
et sine labore ordinat membrorum concordiam. pro copula
tione sexus agit quod potest. atque in duplici natura societate
atque amore molitur unum. Fetibus non tantum gignendis tamen
non sed etiam fovendis. tuendis. alendis que conspirat.
Rebus inter quas ~~agit~~ corpus agit et quibus corpus
sustentat consuetudine sese innectit. et ab eis quasi me
mbris egre separatur. Que consuetudinis vis etiam seiun
ctione rerum ipsarum atque intervallo temporis non discissa. me
moria vocatur. Sed hec rursus omnia posse animam etiam
in bestys nemo negat; Ergo attollere in quartum gradum
qui iam est homini proprius. et cogita memoriam non consue
tudine inoletarum. sed animi advisione atque signis commen
datarum ac retentarum rerum innumerabilium. tot artes opificum.
agrorum cultus. extructiones urbium. variorum edificiorum. ac
moliminum multimoda miracula. inventiones tot signorum
in litteris. in verbis. in gestu. in huiuscemodi sono. in picturis
atque figmentis. tot gentium linguas. tot instituta. tot no
va. tot instaurata. tantum librorum numerum. et huiuscemodi
monumentorum ad custodiendam memoriam. tantam que curam
posteritatis. officiorum. potestatum. honorum. dignitatum que ordines.
sive domi militie que in republica. sive in profanis. sive

in sacris apparatib⁹ vim ratiocinādi et excogitandi fluvios eloq̄ntie carminū varietates ludendi ac iocandi causa mil leformes simulationes modulandi peritiā dimetiendi sb tilitatem numerandi disciplinā p̄teritoꝝ ac futuroꝝ ex p̄ sentib⁹ coniecturā. Magna hec et omnino hūana Sꝫ ad huc ista partī doctis atq̄ indoctis partim bonis ac ma lis animis copia copia communis; Suscipe ḡ atq̄ insili q̄r to gradui ex quo bonitas incipit. atq̄ oīs vera laudatō hinc eī anima se nō solū suo si quā uniūsi parit̄ agit. ſꝫ ipī etiā vniūso corpori audet ꝑponere. bona q̄ eius bona sua nō putare atq̄ potentie pulcritudiniq̄ꝫ sue cōpara ta discernere atq̄ contemnere. et inde quo magis se dele ctat. eo magis se se abstrahere a sordibus. totā q̄ ema culare ac mūdissimā et ēcissimā redde. Roborare se aduūsus oīā que de ꝓposito ac sententia demouere moliūt. Societatem hūanā magnipendere. nichil q̄ velle aliqñ al teri. qđ sibi nolit accidere. Sequi auctoritatē ac p̄cepta sapienciū et per hec loqui sibi credere. In hoc tm̄ p̄claro actu aīe inē at adhuc labor et contra huī⁹ mūdi mo lestias atq̄ blandicias. magn⁹ acerrimus conflict⁹. In ipō eī purgatōnis negotio. subest mortis met⁹. sepe non magn⁹. sepe nō uehemētissim⁹. Non magn⁹ tū. cū robus tissime creditur. Nam videre hoc utrū sit v̄m. nō nisi purgate anime licet. tanta dei ꝓvidencia iusticia q̄ gu b̄nari oīa. vt nulli mors iniq̄ accide possit. etiā si eam forte iniq⁹ intulerit. Vehement̄ aūt formidat̄ mors in hoc iā gradu. cū et illud eo creditur infirmius. qđ solli citius queritur. et eo ipō minus videtur. quo t̄nquillitas ꝓpt̄ metū inīor ē investigandis obscurissimis rebus p̄ne cessaria. deinde quo magis sentit aīa. eo ipō q̄ ꝓficit. q̄n tū int̄sit int̄ purā et contaminatā. eo magis timet. ne deposito isto corpore. min⁹ eā d̄s possit q̄m seipām ferre pollutā. Nichil aūt difficilius. q̄m et metuere mortē. et ab illecebris huī⁹ mūdi sicut p̄icula ipā postulāt t̄pare. Tanta ē aīa ut etiā hoc possit adiuuante sane iusticia sūmi et̄ni dei. qua hec vniūsitas sustentatur. et regitur.